CORPUS
IURIS CIVILIS

EDITIO STEREOTYPA

VOLUMEN TERTIUM

NOVELLAE

RECOGNOVIT

RUDOLFUS SCHOELL

OPUS SCHOELLII MORTE INTERCEPTUM

ABSOLVIT

GUILELMUS KROLL

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCXCV.

PRAEFATIO.

Rudolfus Schoell cum praematura morte nobis eripiebatur, imperfectam reliquit Iustiniani novellarum editionem, quam ante finem anni 1893 se absoluturum esse speraverat. Circumspiciens igitur Theodorus Mommsen eum, qui intra idem fere temporis spatium finem rei imponeret, tandem in me incidit, qui non sine aliqua dubitatione opus suscepi et fortasse detrectassem, si omnes rei difficultates tunc cognitas habuissem. Illud certe spero, qui de meis quoque curis sententiam laturi sint, reputaturos esse, quam aliena sint haec studia ab homine philologo longe diversas res tractare solito.

Sed ut missis ambagibus ad ipsam rem transeam, cum diem obibat Schoell, typis impressae erant nov. I—CXXXIV c. 13 p. 688 (fasc. X—XIV = vol. III fasc. I—V); sequentia usque ad nov. CLXIII p. 750, 18[1]) paene adeo erant perfecta, ut typis tradi possent; praeterea schedae tantum sanequam exiles aderant ad novellas quinque ultimas spectantes, notulae paucissimae ad edicta, appendicis edendae subsidiorum nec vola nec vestigium. Ea igitur usus sum ratione, ut quaecunque Schoellium servaturum fuisse putarem, ipse quoque servarem; ubi ille ad certum iudicium se non pervenisse significasset, meum utcunque sequerer ingenium; errores si quos detegebam, tacite sustuli. Praefationem qualem confecturus fuerit, prorsus incertum; studia certe ad textus historiam adumbrandam fecisse videtur perpauca. Duplicem igitur veniam mihi oblatum iri spero, quod subsidia ad hanc editionem adhibita enumerare satis habeo.[2])

Iustiniani igitur novellarum (τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων) syllogae olim extiterunt plures, ex quibus melius novimus tres:

I. collectionem 168 novellarum

II. eam qua usus est interpres latinus vetus (Authenticum)

III. eam ex qua Iuliani epitome latina fluxit.

Collectio autem 168 novellarum facta est Constantinopoli Tiberio regnante nititurque sylloge vetustiore Iustiniani novellas usque ad annum fere 544 latas comprehendente, cui additae sunt et eiusdem imperatoris leges recentiores et Iustini quattuor (CXL. CXLIV. CXLVIII. CXLIX), Tiberii tres (CLXI. CLXIII. CLXIV), praefectorum praetorio formae tres (CLXVI—CLXVIII). Continebat eas quoque leges, quae latina lingua conscriptae erant, versione graeca non adiuncta. Hanc collectionem integram codex exhibet nullus (paene integram M), sed omnibus subsidiis adhibitis paene integram restituere possumus, talem fere qualem in hac vides editione.

Ex hoc ipso corpore fluxit epitome quam **Theod.** confecit Theodorus scholasticus Hermopolitanus, qui codicis quoque breviarium graecum conscripsit nec multo post annum 575 fuisse videtur. Inscribitur ea in codice unico sic: *Σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων σὺν παραπομπαῖς τῆς κειμένης ὁμοίως διαιρέσεως πῆ μὲν ἐν τῷ κώδικι, πῆ δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς νεαραῖς, Θεοδώρου σχολαστικοῦ Θηβαίου Ἑρμοπολίτου.* Disposuit rem ita, ut numerum rubricam exordium sequatur epitome, cuius singulis capitibus subiunguntur *παραπομπαί* i. e. mentiones eorum Codicis, vel ipsarum Novellarum locorum, qui ad constitutionem intellegendam aut illustrandam idoneae viderentur; subscriptiones semper adduntur. Edidit ex codice Athoo maximae laurae 37 saec. XI (qui desinit in nov. CLXVI verbis *τὰ τοῖς τῶν χρόνων*) Zachariae *Ἀνέκδοτα* Lips. 1843. p. 1—165.

1) Hinc igitur prima persona (*correxi* etc.) non iam Schoellius designatur. Asterisco, quo suas emendationes distinguere solebat ille, usus non sum.

2) Cf. F. A. Biener Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. Zachariae von Lingenthal Gesch. d. griechisch-römischen Rechts.[3] Berlin 1892. P. Krueger Gesch. d. Quellen und Litt. d. röm. Rechts. Lpz. 1888 p. 355 ss.

B Corpore 168 novellarum usi sunt etiam qui Leone imperante (886—911) compilaverunt Basilica. Quot et quas novellas receperint, discimus e scholio quod e Tipuciti codice Vatic. 853 bombycino(?) saec. XIV f. 500ʳ (ubi extat in fine libri LX Basilicorum) primus edidit Alemannus in notis ad Procopii hist. arc. XIV p. 78, deinde Heimbach ed. Basil. II p. VIII: *χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ρξη' νεαραὶ συνετέθησαν παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. ἐξ αὐτῶν ρμα' ἐτέθησαν εἰς τοὺς προσφόρους τίτλους τῶν ξ' βασιλικῶν βιβλίων, αἱ δὲ λοιπαὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι παρεσιωπήθησαν, ἤγουν β'. ε'. ϛ'. ζ. θ'. ια'. μ'. μϛ'. ν'. νδ'. νε'. νϛ'. νη'. ξη'. οδ'. οε'. οϛ'. οθ'. πγ'. πδ'. ϙη'. ρϛ'. ρκζ. ρκθ'. ρλζ. ρμ' καὶ ρμθ'* (cf. Biener 135). Scholion est antiquissimum aut certe ad codicem spectat antiquissimum; nam sequenti aetate numerum novellarum in Basilicorum codicibus omissarum in dies crevisse testantur Michael Psellus in *συντόμῳ διαιρέσει τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ* (edidit Heimbach *Ἀνέκδοτα* II Lips. 1840 p. 234) et index reginae qui dicitur (editus ibidem p. 237 e cod. Paris. 1349 s. XI) qui enumerat 168 novellas addens aut num in Basilicis desint aut ubi extent. Hi igitur plane consentiunt de eis, quas deesse dicit scholiasta (nisi quod tacet Psellus de nov. IX. XI latinis et de LIV. LV. CXLIX, ind. reg. de IX), sed uterque plures omitti ait partim easdem partim diversas. Addunt enim Psellus et index nov. XXXVIII. LXII (lat.) LXVII. LXXVII. CI. CIV (lat.) CV. CXXVII. CXXXIX. CXLI. CLIV, Psellus solus CLXI (sed *ρξγ'* reponendum puto pro *ρξα'*), index solus X. XIX. XXXIII (lat.). XXXIV (lat.). XLV (falso). LXV (lat.). LXX. CX. CXXXVIII (lat.). CXLVII. CXLVIII. CLXIII (?). Etiam plures absunt a codicibus Basilicorum qui supersunt.[1]) — Quae autem receptae sunt plerumque integrae non manserunt; omiserunt enim Basilicorum redactores semper epilogos cum subscriptionibus, plerumque rubricas inscriptiones prooemia (prooemia, rarius inscriptiones, nonnumquam attulerunt B² scholia Basilicorum, totarum novellarum interdum epitomas Theodori), praeterea ex ipsis constitutionibus quae eis minus videbantur necessaria. Latinarum summas receperunt Theodori (XXIII. XXXV. XXXVI. XXXVII. LXII. LXXV. CIV. CXI. CXIV. CXXXVIII. CXLIII. CL) atque etiam paucarum graecarum (LI. CXXI. CXXII? CLXV).[2])

Basilicorum libri sexaginta qui olim fuerunt non omnes servati sunt; desunt enim 19. 31—37. 43. 44. 53—59. Sed in his quae infuerint novellae plerumque discimus ex indice reginae eisque qui insunt in codicibus Coisliniano et Parisino Tipucitique paratitlis[1]), partim etiam e synopsi alphabetica. Fuit igitur in B

l. 31 t. 5, 1: nov. LXXXI
l. 35 t. 11, 81: nov. CVIII t. 18, 1: nov. CLVIII t. 20, 2: nov. CVII
l. 36 t. 1, 7: nov. CLIX
l. 37 t. 11, 1—4: nov. LXXII t. 12, 1: nov. XCIV t. 12, 2: nov. CLV
l. 48 t. 26: nov. CLVI
l. 55 t. 14, 1: nov. CLVII t. 14, 4: nov. CXXII t. 14, 5: nov. CLVI
l. 57 t. 5: nov. CXXX t. 8: nov. CXVI t. 9: nov. LXXXV t. 19, 1: nov. CLII
l. 59 t. 4, 1: nov. XLIII t. 4, 2: nov. LIX

De ceterarum quae nunc desiderantur locis pristinis coniecturas proponit Biener 583 (cf. Heimbach VI 416 ss.).

Basilicorum editiones extant duae, quarum alteram curavit Annibal Fabrot Parisiis Bᶠ 1641—1647 septem volumina complectentem, qui hos edidit libros hisce usus codicibus:

l. 1—18, 2, 16 e codice Paris. 1352 membr. saec. XIII qui textum habet decurtatum
l. 20—30 e codice Paris. 1348 bomb. saec. XIII
l. 28. 29 e codice Paris. 1354 chart. a. 1556 (apographo codicis Laur. 80, 11)
l. 38—42 e codice Paris. 1345 membr. saec. XII
l. 45—48 e codice Paris. 1349 membr. saec. XI et 1354
l. 60 e codice Paris. 1350 membr. saec. XIII.

Supplementum dedit Reitz Lugd. Bat. 1765, qui l. 8 edidit e codice Leidensi, qui fluxit ex Escorialensi deperdito, l. 49—52 e codice Parisino 1357 chart. saec. XV. Bᵖ

Alteram editionem paravit G. E. Heimbach (sex voll., Lips. 1833—1870) his praeter editiones Fabroti et Reitzii usus auxiliis:

ad l. 1—9 codice Coislin. 151 bomb. saec. Bᶜ XIV (non saec. XI)[2])

1) Etiam aliunde constat iam XI. et XII. saeculo codices extitisse decurtatos: Heimbach VI p. 158. Inde quod novellae a scholiasta commemoratae etiam in codice L omittuntur neque ullae praeter eas nisi latinae paucae, novellarum delectum in hoc codice extantem Basilicis non multo recentiorem esse colligitur.

2) Id quoque evenisse, ut posteriores loco verborum integrorum antiquitus receptorum summas ponerent, hoc confirmo exemplo: nov. XVII extat in B 6, 3, 22—38, sed in cod. Paris. 1352 nil inest nisi quorundam capitum summae. — Verba Iustiniani haud ita magnum in B passa sunt detrimentum, nisi quod vocabula latina semper in graeca mutata sunt; ceterum et hic et alias tenendum est, accuratam Basilicorum recensionem nondum extare.

1) Paratitla librorum 1—12 edidit Heimbach II 753 e codice Vatic. 853 pessime ut solet (cf. Brandileone bull. dell' ist. di dir. rom. I 107 ss.); ex sequentibus quaedam adnotavit in notis indicum quos supra dixi. Tipucitus fictum ex *τί ποῦ κεῖται*: cf. Heimbach II p. VII ss. *ἀνέκδ.* I 220 s.

2) Ne hunc quidem librum integrum esse demonstrant Krueger Zeitschr. f. Rechtsgesch. IX 193 Za-

B^c ad l. 11—14 codice Coislin. 152 membr. saec. XIII vel XIV

B^l ad l. 28. 29 codice Laur. 80, 11 membr. saec. XII.

Praeterea ad l. 46—48 Parisinum 1357 denuo contulit frater, ad. l. 60 Paris. 1350 Tischendorf, ad l. 49—52 interdum adhibuit Vatic. 2075. Supplementum edidit Zachariae Lips. 1846 ll. 15—18 pleniores publicans e cod. C̄politano (nunc Berol.). In libris igitur 10. 20—27. 30. 38—42. 45. 49—52 solis fere nitimur Fabroti et Reitzii editionibus, in ceteris praeterea collationes habemus minime fideles.

B^s E Basilicis integris fluxit synopsis alphabetica scholiis instructa saeculi decimi fere medii (*ἐκλογὴ καὶ σύνοψις τῶν βασιλικῶν ἑξήκοντα βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον*), quam edidit post Leunclavium (Basileae 1575) Zachariae Jus Graeco-Romanum V. Eiusdem temporis est ecloge librorum 1—10, quae olim Theodori nomine iniuria ferebatur; cuius codice Meermanniano usus nonnulla protulit Heimbach (cf. I p. XI).

Non eiusdem momenti cuius Basilica duae similes sunt collectiones antea factae, *ὁ πρό-*
Proch. *χειρος νόμος* (Prochiron) publicatus a Basilio Constantino Leone imperatoribus inter annos 870 et 878 (ed. Zachariae Heidelberg
Epan. 1837) et *ἐπαναγωγὴ τοῦ νόμου* (Epanagoge) a Basilio Leone Alexandro imperatoribus inter annos 879 et 886 edita (ed. Zachariae collectio librorum iuris Graeco-Romani. Lips. 1852). Uterque liber eiusdem fere est argumenti ita, ut ordo solus differat; uterque paene totus ex Iustiniani libris conflatus est paucissimis recentibus legibus receptis; uterque et ipsis novellis utitur (recensione tamen, ut videtur, a corpore 168 novellarum diversa) et Theodori interdumque Athanasii epitome. Sicubi a novellarum verbis hi libri suo arbitrio recedunt, varietates non semper commemoratae sunt, sed eae fere solae, quae e traditione novellarum diversa derivandae esse videntur. Locos novellarum in Epanagoges scholiis citatos non respexit Schoell.

Et Prochiron et Epanagoge postea aucta sunt. Prochiron auctum circa annum 1300 compositum (ed. Zachariae JGR VI) epitomis potius et Basilicis et ceteris fontibus usum est quam ipsis novellis ideoque rarissime commemoratur.

Epanagoge aucta (ed. Zachariae JGR IV 171 ss.) saeculi X. exeuntis novellas addidit ex Athanasio et appendice eclogae (p. VII).

Partim e Prochiro Athanasio Theodoro, partim e fontibus nobis incognitis novellarum summaria brevissima hausit *ἐκλογὴ νόμων τῶν ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτεθειμένων καὶ εἰς ν´ τίτλους διηρμοσμένων* (Epitome) a Constantino Porphyrogenneto anno 920 edita. Titulos 1—23 edidit Zachariae JGR II 265 ss., 24—50 JGR VII (loci novellarum indicantur p. 211). Raro attulit Schoell.

Collectio 168 novellarum adhibita esse videtur in libro qui inscribitur *περὶ χρόνων καὶ προθεσμιῶν ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ἑκατὸν ἐνιαυτῶν* (vulgo *αἱ ῥοπαί*, ed. Zachariae Heidelberg 1836), sed cum interdum numeri citentur ab hac sylloge alieni, diversam collectionem excerptam esse suspicatus est Zachariae (72 ss. cf. 265 s.), sed huius numeros postea auctoritate corporis 168 novellarum in dies crescente immutatos esse. Verum cum unus adhuc notus sit codex saeculi XIV, retinendum est iudicium.

Alterius novellarum collectionis integram habemus versionem latinam, quod Authenticum vulgo dicitur. Continet 134 Iustiniani constitutiones, quae omnes etiam in corpore 168 novellarum fuerunt praeter 121 (edictum VIII); ex his e graeco versae sunt pleraeque, ipsas latinas Iustiniani constitutiones haec sylloge continet 18 (IX. XI. XVII. XXIII. XXXIII—XXXVII. LXII—LXV. LXXV. CXI. CXIV. CXXXVIII. CXLIII). Loquitur de hac re scholion subobscurum quod extat in codice Vindobonensi ante Authenticum f. 51r et in Neoburgensi (V contulit Schoell, Neob. Heimbach. Leviora omitto): *Centum* (om. V in spatio vacuo) *viginti et duae constitutiones sunt; sed error factus est superius intra* (*inter* Neob.?) *centesimam sextam et centesimam octavam, ubi centesima septima esse debuit. Set quia in codice* (*in codice* om. V) *antecessoris idem error est et ille secundum suum codicem nobis transmissionem* (*-ones* V) *fecit, melius esse duxi* (*dixi* libri, corr. Zach.) *non emendare numerum. Hae* (*hee* V, *hec* Neob.) *sunt quae interpretatae sunt, quas tantum* (*tamen* Neob., an *etiam?*) *in codice graeco habemus. Sunt autem et quaedam latinae inmixtae graecis, quaedam inter graecas tantummodo sunt. Non extant* (*etiam* libri, corr. Zach.) *in praesenti codice centesima vigesima* (om. V) *secunda, centesima vigesima quarta* (*c. v. qu.* om. Neob.), *centesima vigesima quinta, centesima vigesima octava, centesima tricesima, centesima tricesima secunda.* De hoc scholio disseruerunt Biener 575 s. Heimbach proll. Auth. LXIII. CCCXVI Zachariae Sitzungsb. d. Berl. Ak. 1882, 1000 ss. Zachariae omnino non ad Authenticum, sed ad Iulianum spectare et anno 555/6 conscriptum esse dixit assentiente Kruegero Gesch. d. Quellen 357, 29. At verisimillimum est haec scripta esse a medii aevi homine aliquo, qui Authentici codicem comparavit cum codice collectionis 168 novellarum la-

---

chariae Beitr. zur Kritik u. Restitution d. Basiliken. Mém. de l'acad. de St. Pétersbourg VII 23 (1877) n. 6.

tinas etiamtum constitutiones continente. Codicem antecessoris dicere videtur non Iuliani, sed ipsius Authentici quem habuit eius praeceptor. Ad ipsos codices V et Neob., etiamsi numeros corruptos esse statuas, haec verba non quadrant; sed in utrumque pervenire potuerunt e libro, qui revera talis erat. Sed ut haec missa faciamus, est Authenticum versio latina (ut omittam paucas illas quae antiquitus latinae fuerunt) collectionis aetatis Iustinianae corpori 168 novellarum similis secundum tempus fere digestae ipso sexto saeculo confecta; nam etsi vitiis stultissimis scatet, a Iustiniani dicendi genere non multum recedit. Zachariae l. c. 993 ss. eam esse syllogen coniecit, quae facta sit paulo post annum 554, cum secundum Iustiniani sanctionem (app. VII 11) leges post codicem datae in Italiam transmitterentur. Sed haec coniectura vel ideo falsa est, quod deest ipsa constitutio pro petitione Vigilii (app. VII) et quod inest lex anno 563 lata, nov. CXLIII (cf. ad p. 708, 18). Novam Authentici recensionem continet haec editio, de cuius subsidiis infra dicturus sum.

Tertiam collectionem novimus imprimis ex Iuliani [1]) antecessoris Cpolitani epitome latina. Confecta haec est secundum syllogen 124 novellas et graecas et latinas complectentem post annum 555 (c. 117 data est k. Iun. a. 555) Iustiniano regnante institutam; inest nulla quin etiam corpore 168 novellarum recepta sit praeter c. 29, quae respondet edicto III. Ordo primorum et extremorum ratione carere videtur, c. 40—117 secundum tempus collocatae sunt (nec tamen nimis diligenter), c. 40—111 eodem ordine quo in corpore 168 novellarum extant. De suo Iulianus addidit paucissima (cf. cap. CLXIII); inscriptiones prooemia epilogos omisit, verba Iustiniani raro presse secutus est (cf. c. CXI. CXV), plerumque contraxit; subscriptiones subiecit semper, sed haud raro omiserunt librarii. Ad ipsa igitur novellarum verba restituenda momenti est Iulianus haud ita magni, eo maioris ad subscriptiones, praesertim cum codicibus tradatur vetustissimis. Ex quibus qui in hac editione commemorantur hi sunt:

Iul.b Berolinensis (antea Rosnyanus, olim Pithoeanus) lat. 269 in fol. saec. VIII—IX (Haenel p. IV cui est 4) continet Iulianum totum cum appendice, de qua infra dicturus sum. Subscriptiones saepe omittuntur; quae insunt descripsit Schoell.

Iul.p Parisinus lat. 4568 (olim Ranconeti) in 4° saec. IX (ita Omont) continet Iulianum f. 2v—165v cum subscriptionibus omnibus, appendicem f. 171r—179v. Contulit Haenel (cui est 2); nov. CXLIII (de qua ante nonnulla enotaverat Krumbacher) et app. I. VII Mommseno intercedente liberalissime Girard.

Vindobonensis lat. 2160 saec. X—XI (Haenel VI cui est 5) habet Iulianum f. 2—162r, appendicem f. 162v—183v. Subscriptiones post const. XVIII omittit paene omnes, quae insunt descripsit Krueger. Idem contulit nov. CXLIII; app. VIII Mommseno intercedente L. Hartmann. Iul.v

Vercellensis bibl. capit. saec. X (Haenel VII cui est 6) exhibet Iulianum cum appendice, subscriptiones servat paucas. Contulit G. E. Heimbach. Iul.u

Raro affertur Sangallensis 1395 saec. VII qui septem foliis nunc valde evanidis continet cap. CCCXLVI — CCCLXII cum subscriptionibus (contulit Haenel) et Paris. lat. 4418 saec. X (contulit Haenel).

Appendix Iuliani comprehendit leges et ex Authentico desumptas (quarundam etiam summas) et aliunde non cognitas. Praeter codices quos modo nominavimus commemorandi sunt hi:

Mediolanensis bibliothecae Trivulzianae saec. IX (Haenel III cui est 3a). Varietatem ad app. VII a comite di Vesme accepit Haenel.

Coloniensis (olim Wallraffianus) X 8 saec. XII (Klenze Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 132) adhibitus a Schoellio (qui ipse contulit) ad XXXIV. CXLIII. Iul.c

Utinensis eccl. metrop. saec. X (Haenel VIII cui est 7. Habet etiam subscriptiones nonnullas) solus exhibet app. II. III. VI. IX. Contulit Haenel.

Appendicis igitur ratio haec est (ea tantum affero, quae ad hanc editionem pertinent; uncis includo summas):

Utin. (134). 34. (65). 114. 143. 138. (140). (121). ap. 6. 9. 7 n. 140 ap. 1—3
Paris. 143 ap. 7 n. 140 ap. 1
Triv. 143 ap. 7 n. 140 ap. 1
Berol. (134). 34. (65). 114. 143. 138. (121). 134. 117, 1. 2 [1])
Vindob. 34.[2]) 114. 143. 138. (121). 134. 117, 1. 2 ap. 8
Vercell. 34. (65). 114. 143. 138. (121).

Ex editionibus vetustioribus duae mentione dignae sunt, Miraei (Lugduni 1561), qui imprimis Ranconeti codice (Iul.p) usus est, et Pithoei (Basileae 1576), qui praeter alios ignotum quoque adhibuit librum app. II. III continentem. Hoc saeculo Iulianum edidit subsidiis plenissimis instructus G. Haenel Lipsiae 1873.

---

1) Ἰουλιανοῦ σχολαστικοῦ vel ἀντικένσορος carmina extant Anth. Pal. IX 481 XI 367—369.

1) Eadem sunt in codice Haeneliano praeter n. 117 c. 1. 2.

2) Exciderunt nov. 34 finis et 114 initium (cf. ad 241, 10. 533, 15) et nov. 65 summa.

Praeter has tres collectiones aliarum vestigia deprehendimus haud pauca. Athanasii scholastici Emiseni *ἐπιτομὴ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν* Iustino imperante confecta est ex collectione novellarum fortasse ab ea quae postea in corpus 168 novellarum transiit haud diversa; insunt enim omnes praeter CXXXVIII. CXXXIX. CXLI. CXLVII. CXLIX—CLII. CLX. CLXI. CLXIII—CLXVIII.[1] Ex his Tiberii sunt CLXI. CLXIII. CLXIV, eparchica CLXVI–CLXVIII. Unius novellae adest epitome, quae neque ipsa corpore 168 novellarum recepta est neque quae ei similis sit: 20, 5. Universa materia digesta est in titulos viginti duos rubricis distinctos (velut primus inscribitur *περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ μοναστριῶν*), his singulae subiciuntur constitutiones addita rubrica inscriptione subscriptione. Rubricae ab eis quae in corpore 168 novellarum sunt saepe diversae haud raro concinunt cum eis, quas praebent Theodorus et Authenticum. In fine singulorum titulorum subnectuntur paratitla ex ipso Athanasio hausta. — Edidit Athanasii epitomen Heimbach *ἀνέκδ.* I uno fere usus codice Paris. 1381 saec. XI non integro. *(Ath.)*

Coll. const. eccl. Hac epitome usus est is, qui edidit collectionem constitutionum ecclesiasticarum tripertitam quae vulgo dicitur (*νόμος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως. συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κώδικι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ νεαραῖς διατάξεσι περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ πραγμάτων εὐαγῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν*). Huius tertio capite 34 novellarum continentur epitomae Athanasianae eae, quae in tribus primis insunt Athanasii titulis; ex sequentibus titulis nonnullae citantur in huius capitis paratitlis, praeterea etiam in capitis primi paratitlis nonnumquam novellarum mentio fit. — Edita est secundum Fabroti recensionem in Voelli et Iustelli bibl. II 1223—1361 (inde *Ath. Fabroti* interdum commemoratur), varias lectiones affert Pitra iuris eccl. Graecorum hist. et mon. II 410 ss. Huius collectionis codici Monac. 380 saec. XIII vel XIV f. 363 inserta est nov. LXXVII: contulit Schoell.

Totus ex Athanasio fluxit etiam libellus *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων*, quem edidit Heimbach *ἀνέκδ.* I 185 ss.

Epitomae novellarum Iulianeae similis usum produnt Nomocanon XIV titulorum, Epitome ad Prochiron mutata, appendix eclogae.

Nomoc. XIV tit. Nomocanonis XIV titulorum ad nos pervenit ea forma quam ei dedit homo aliquis (cuius praefatio est apud Pitram II 448 s. Olim Photium perperam dicebant) anno 883; antiquissima redactio saeculi sexti fuisse videtur, secunda inter annos 612 et 692 facta est ab eo, qui etiam librum *περὶ ἐναντιοφανῶν* conscripsit. Hic raro ipsa novellarum verba (CXX c. 10), plerumque summaria novellarum addidit et ex coll. const. eccl. et ex epitome deperdita Iulianeae simili hausta.[1] Nonnullos novellarum locos e Basilicis adiecit Theodorus Bestes (cuius est praefatio 449 s. Pitra) in commentario anno 1090 conscripto, paucos Theodorus Balsamon in commentario saeculi duodecimi exeuntis. Praeterea librarii interdum quae eis utilia videbantur adscripserunt (cf. ad n. XII. XXII c. 9. 17 CXXXI c. 8). — Edidit hunc nomocanonem post Voellium et Iustellium II 789—1140 Pitra l. c. 433 ss. Collectionis Theodori commentario auctae duo potissimum innotuerunt codices, Dublinensis coll. Trin. 494 saec. XII, ex quo novellarum locos excerpsit Krueger, et Monac. 122 saec. XII de quo disseruit auctariaque edidit Pitra I 660 II 441 ss., quem inspexit Schoell. *(Nomoc.[d] Nomoc.[m])*

Epitome ad Prochiron mutata inest in codice Bodleiano 3399 (Selden. 10: Coxe 590) saeculi XI nobilissimo et Marciano 579. Inseruntur ei fragmenta epitomae novellarum eius qua etiam 'Enantiophanes' usus est, quae e codice Bodl. edidit Zachariae *ἀνέκδ.* 208 ss. *(Anon. Bodl.)*

Eclogae Leonis et Constantini anni 740 saeculo nono adiuncta est appendix, quae novellarum breviaria plerumque desumpsit ex epitome ab 'Enantiophane' adhibita, interdum ipsas excerpsit novellas. Edidit e codice Paris. 1384 saec. XII Zachariae *ἀνέκδ.* 184 ss. Ex hac rursus novellarum summas (praeterea etiam ex Athanasio Theodoro auctore incerto) hausit ecloga ad Prochiron mutata (ed. Zachariae JGR IV 49 ss.).[2]

Restat ut ceteros afferam auctores qui novellis usi sunt.

Collectio XXV capitulorum quam vulgo dicunt (*διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας*) sexto saeculo confecta post leges e codice desumptas praebet novellas CXXXVII. CXXXIII. CXX. CXXXI c. 13. Edita est ab Heimbachio *ἀνέκδ.* II. 145 ss. e codice Monacensi 380, *(Coll. 25 cap.)*

1) Ath. 19, 1 spectare ad ed. III si verum esset, etiam nov. XXI deesset; sed hanc illo loco dici pro certo habeo (cf. ad p. 760).

1) Biener 202 ss. 601 ss. Krueger Zeitschr. f. Rechtsgesch. IX (1870) 185 ss. Zachariae die griech. Nomokanones. Mém. de l'acad. de St. P. VII 23 (1877) n. 7 et: über d. Verf. u. d. Quellen d. pseudophotian. Nomokanon in XIV Titeln. Ibid. VII 32 (1885) n. 16.

2) Nil compertum habeo de epitome Marciana (cod. Marc. 172), quam Enantiophanis epitome uti dicit Zachariae mém. VII 32 p. 6.

adhibitis ad ultimam partem novellas complectentem Parisinis 1324. 1326. 1334, varias lectiones e codice potissimum Palat. 376 saec. XI protulit Pitra II 407 ss. cf. 373 s. Schoell collationibus usus est Monac. 380 sua ad nov. CXX, Paris. 1326 saec. XI Paris. 1334 saec. X Laur. 10, 10 saec. XI Kruegeri ad omnes novellas.

Coll. 87 Cap. Collectio LXXXVII capitum confecta est ab Iohanne scholastico Antiocheno circa annum 550 (fuit patriarcha Cpolitanus 565—578) e novellis etiamtum dispersis (*μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων ἐκφωνηθεισῶν ὑπὸ τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων*). Praebet novellas ad ius ecclesiasticum pertinentes partim integras (quod si fit, rubricae et inscriptiones praemittuntur) partim epitomatas. Hoc libro praetereaque *Nomoc. L tit.* Athanasii epitome usus est is, qui Nomocanonem L titulorum confecit, cui ad- *app. const. eccl.* iecta est appendix constitutionum ecclesiasticarum e collectione 87 capitum compilata eaque huius collectionis capita comprehendens quae ipso Nomocanone recepta non erant.¹) — Edidit collectionem 87 capitum Heimbach *ἀνέκδ.* II 208 ss. et Pitra II 385 ss. cum aliis codicibus usus tum Vaticano 843 saec. IX, Nomocanonem L titulorum Voelli et Iustelli II 603 ss. (cf. Pitra 416 ss.). Collectionis codicem Parisinum 1326 Schoellii in usum contulit Krueger.

Incertum est unde fluxerit delectus codicis Ambrosiani (p. X), quem post Heraclium factum esse e loco p. 21, 8. 10 (cf. Coll. I. Nov. 22) et e thematum mentione p. 663, 23 conclusit Zachariae Zeitschr. d. Sav. St. XIII 8 s., undeque summaria novellarum sumpserit ecloge privata aucta saeculi noni (ed. Zachariae JGR IV).

Solo codice Marciano traditur collectio tredecim Iustiniani edictorum, quam supplementum esse existimes collectionis alicuius Iustiniano regnante factae, velut eius qua usus est Athanasius.²) Aetate primum est alterum datum inter annos 531 et 535, extremum undecimum datum anno 559. Primum et sextum redeunt in corpore 168 novellarum, tertium novit Iulianus const. XXIX, quartum in novellarum corpore latine tantum extat (nov. CXI), octavi versio latina est in Authentico 122, noni epitome in anonymo Bodleiano. Praeterea nullum usquam eorum apparet vestigium.

Ex collectionibus quas enumeravimus duas praebet haec editio: corpus 168 novellarum et Authenticum cum appendice tredecim edictorum ceterarumque Iustiniani constitutionum extra codicem traditarum.

Inter subsidia ad corpus 168 novellarum recensendum parata facile primum locum obtinet codex Marcianus graecus 179 *M* qui olim fuit Bessarionis, membranaceus in folio, foliorum 415, in fine mutilus, ductibus inelegantibus multisque compendiis exaratus a librario saeculi tertii decimi.¹) Altera manus coaeva nil nisi correxit vitia. Continentur libro haec:

In folio praemisso *πίναξ νεαρῶν λέοντος τοῦ δεσπότου* non plenus; desinit enim in *νεαρὰ κε´ περὶ λύσεως ὑπεξουσιότητος καὶ ἀναδόσεως προικός*. Scriptus est totus a manu saec. XV.

In latere verso huius folii scriptum videmus: *ἀφιερώθη παρα τοῦ μεγάλου κριτοῦ κυροῦ συνάτωρος* (s. v. *τοῦ μαλεΐνου*)²) *ἐν τῇ ἁγία καὶ μεγάλη μονῇ τοῦ πατρὸς βιβλία διάφορα· ἐν πρώτοις ὁ ἀπόστολος ὁ καθημερινὸς καὶ τονι(μένος) καὶ ἡ βίβλος τῶν | τῶν ψαλμῶν καὶ ὁ νομοκάνων ὁ ἑρμηνευτεὶς παρα νικολάου δοξαπ͞ρί· καὶ τὸ μέγα βιβλίον τὸ νόμιμον· αἱ νεαραὶ αἱ τῶν νόμων ἐπανορθώσεις παρα λέωντος τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ τοῦ μακαρίου ἰουστινιανοῦ οἱ ἐπονομαζόμενοι* (ω supra) *αὐθεντικοὶ· σὺν τούτοις καὶ τὰ* insti*τοῦ. ρπου*ᵀ.

Deinde manu Bessarionis: *Leonis novellae τόπος να* (del. 79) *αἱ νεαραὶ τοῦ ἰουστινιανοῦ καὶ ἄλλων βασιλέων· κτῆμα βησσαρίωνος καρδηνάλεως νικαίας τοῦ τῶν σαβίνων: Locus 51* (del. 79) *Authentice liber b. Car. niceni Epi Sabineñ.*

f. 1ʳ inscriptio magnae cruci inclusa: *λέοντος ἐν χριστῷ τῷ ἀθανάτω πάντων βα-*

1) Rem explanavit Biener 194 ss. 584 ss. (cf. Heimbach II p. LIV Zachariae mém. de l'acad. VII 23 et Zeitschr. d. Savignyst. rom. Abt. VIII 236 ss.).

2) Biener 53 et Zachariae Gesch. 7 supplementum esse volunt corporis 168 novellarum e sylloge antiquiore excerptum, quam Alexandriae factam esse sine idonea causa statuit Zachariae; at ed. I et VI extant etiam in hoc corpore. Sylloges illius plenioris vestigia Zachariae (Zeitschr. d. Sav. St. XIII 44 ss. XV 366 ss.) deprehendere sibi videtur in adnotatione ad nov. I (p. 10, 6) et in rubrica novellae CXII quae loco verae edicto V (= nov. CXI) praemittur: *περι λιτιγιόσων· καὶ περι ἀσφαλείας ἣν δεῖ ποιεῖν τοὺς ἐνάγοντας πρὸ τῆς τῶν ἐναγομένων ὑπομνήσεως*: — At nihil nisi aberravit librarius. Ex glossemate (p. 521, 20) concludere non debebat (XV 368) edictum V versum esse e contextu latino (nov. CXI). Supplementa ab eodem l. c. p. 50 ss. in edicto ultimo ideo proposita, quod huius edicti archetypum papyraceum et singula folia in fine mutilata fuisse sibi persuaserat, non commemoravi nisi ea quae per se commendarentur.

1) Descripserunt Zanetti-Bongiovanni 103 Morelli bibl. manuscr. I 103 Bluhme apud Bienerum 617 ss. Zachariae ed. nov. I p. VII ss. Specimen dant Wattenbach-von Velsen tab. L. Utile puto codicem accuratissime describere.

2) Recentior quam *συνάτωρ Μαλένος* is qui diplomati anni 1130 subscripsit (Trinchiera syllab. graec. membr. 141 = Montfaucon palaeogr. 401), nisi e codice vetustiore haec transscripta sunt. De Nicolao Doxapatri cf. Zachariae Sitzungsb. d. Berl. Ak. 1887, 1159 ss. Krueger Gesch. d. Quellen u. Litt. 367 s.

σιλεῖ εὐσεβοῦς βασιλέως ῥωμαίων αἱ τῶν νόμων ἐπανορθωτικαὶ ἀνακαθάρσεις. Deinde: *προοιmion* (sic). — Sequuntur Leonis novellae 113, quarum ultima desinit f. 62r in *μὴ παραιτουμένης ἀποστάσεως.*[1])

f. 62r—67v *μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων.* Incipit: *εἰ μὲν δι' ἔριν τινά,* desinit: *ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτῶν ἀκουσώμεθα* ut in editione Leunclavii Ius Graeco-Rom. II 202. Sequitur subscriptio ad Leonis novellas pertinens: *τέλος τῶν διορθωτικῶν τῶν νόμων ἀνακαθάρσεων.* Post spatium septem linearum incipit

f. 67v index novus: *διάταξις ζήνωνος βασιλέως περὶ καινοτομιῶν. περὶ τοῦ μὴ ἐπιλέγεσθαι κτέ.* et ceterarum novellarum rubricae; numeros saepe omisit librarius supplevitque manus recens. Sequitur index edictorum, qui desinit f. 72v: *ιγ' νόμος περὶ τῶν ἀλεξανδρέων καὶ τῶν αἰγυπτιακῶν ἐπαρχιῶν.* Sequitur *ἀρχὴ τοῦ ἰουστίνου νεαρῶν* (*α'—ε'*), deinde *ἀρχὴ τῶν τιβερίου* (*α'—ς'*), tum *α'* (corr. ex *ζ'*) *θεῖος τύπος περὶ ἐπιβολῆς· β' περὶ στρατιωτῶν. γ' περὶ στρατιωτῶν. δ' περὶ παρασποριτῶν. ε' ὅτι ταῖς ἀρχαῖς ἀλλ' οὐ τοῖς ἄρχουσιν ἀντιγράφει ὁ βασιλεύς.* Haec excipit *ἀρχὴ τῶν ὑπαρχικῶν τύπων,* index formarum eparchicarum quem edidit Zachariae *ἀνέκδ.* 258 ss. Desinit f. 73v: *λθ' τύπος λέοντος τοῦ ἐνδοξοτάτου.* Post lineam vacuam sequitur

α' ἴδικτον μαυρικίου τιβερίου· προτεθὲν τοῖς κωνσταντινουπολίταις παρακελευόμενον ἀναιρεῖσθαι τὰς μιτατορικὰς οἰκήσεις.

β' μαυρικίου περὶ λιθοβολούντων.

f. 74r *α': θέσπισμα ἤγουν νομοθεσία εἰρήνης μεγάλου βασιλέως ῥωμαίων καὶ αὐτοκράτορος περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν τινὰ παραγόμενον εἰς μαρτυρίαν καὶ ἀμφ.* (corr. *διαφ.*) *κεφ.*

β': ὁ αὐτὸς βασιλεὺς περὶ τῶν ἀθεμίτως συναπτομένων ἀπὸ τρίτου γάμου καὶ ἐπέκεινα καὶ περὶ τῶν συναπτομένων ἀπὸ τρίτου γάμου καὶ ἐπέκεινα (sic) *καὶ περὶ τῶν συναπτομένων ταῖς οἰκείαις δουλείαις.*

αὕτη προγενεστέρα ἐστι εἰρήνης τῆς βασιλίσσης.

α': νομοθεσία λέοντος καὶ κωνσταντίνου μεγάλων βασιλέων ῥωμαίων καὶ αὐτοκρατόρων περὶ τῶν τὰ ἴδια τέκνα δεχομένων ἐκ τοῦ ἁγίου καὶ σωτηριώδους βαπτίσματος καὶ ἀμφοτέρων (sic) *κεφαλαίων.*

Hunc indicem excipit ipsa *διάταξις ζήνωνος βασιλέως περὶ καινοτομιῶν;* post hanc f. 76v a m² scriptum est: *ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν νεαρῶν ἰουστινιανοῦ* (cf. ad 1, 1). Exhibentur primum corporis 168 novellarum graecae Iustiniani constitutiones praeter nov. CXXII et edictum novellae VIII insertum; omissae sunt latinae (quarum nonnumquam summae e Theod. adscriptae sunt, nov. XI rubrica ex Ath.) quaeque Iustini Tiberii praefectorum sunt.[1]) Hunc ordinem non a librario demum institutum, sed ex archetypo translatum esse demonstratur scholiis loco novellarum omissarum adscriptis: *καὶ αὕτη οὐχ εὑρέθη* et sim. Ubi tamen extat *αὕτη οὐκ ἐγράφη ὧδε* et sim., fortasse librarius ordinem mutavit. Post scholion p. 749 editum legitur f. 391r: *τέλος σὺν θεῷ τῶν νεαρῶν τοῦ ἰουστινιανοῦ: — τοῦ αὐτοῦ ἀρχὴ τῶν ἰδίκτων.* Sequuntur tredecim edicta usque ad f. 410r. Post vacuam dimidiam paginam legitur: *τέλος τῶν νεαρῶν ιουστινιανū: — ἀρχὴ τῶν νεαρῶν ἰουστίνου.* Sunt nov. CXLVIII. CXL. Iustini III. nov. CXLIX. CXLIV Tiber. I (praescribitur *τιβερίου περὶ τῶν θείων οἴκων*) cuius in ultimis verbis *τοιοῦτό τι γενέσθαι συγχωροῦμεν* codex desinit f. 415v ceteris quae indice enumerantur omissis.

1) Nov. LXVI deesse verum non est: numeri additi sunt a manu recentiore, saepe desunt. Hanc quoque codicis partem contulit Schoell.

Praeterea haec videntur memorabilia. Archetypus litteris minusculis exaratus fuit lacunisque (49, 29. 502, 25. 691, 3. 737, 12. 743, 20. 22. 782, 19) foliisque mutatis deformatus. Librarius cum alia scholia adscripsit quorum graviora enotavit Schoell, plura Zachariae, tum interdum *ἕως ὧδε* hucusque novellarum verba in Basilica translata esse significans. Ubicunque recentior manus *ἕως ὧδε* vel *ἄρξου* adnotavit, eum deprehendere videmur, qui codicem descripsit, forsitan eum qui Palatinum 387 saeculo sexto decimo exaravit. Litterae intervallis diversis a manu recenti margini appositae (prima est *Γ* f. 88v, extrema T f. 372v) quid sibi velint nescio.[2])

Codicem contulit Schoell; ubi alia legerat Zachariae, plerumque denuo locos dubios inspiciendos curavit. Lectiones dili-

1) Mentione dignum est Psellum (Heimbach *ἀν.* II 236) codicem habuisse a quo aberant CXL. CLXI? CLXV.

2) Textus historiam me enarraturum esse negavi; sed tamen nonnulla ad verum de codice M iudicium ferendum utilia congessi. Corpus igitur 168 novellarum non semper textum praebet genuinum; interpolationibus enim vetustioribus (663, 12. 668, 2) redactor addidit suas (170, 22—24. 387, 32. 459, 20. 460, 4—10. 594, 4); ibi potissimum, ubi praeter ς alia quoque diversae recensionis exempla praesto sunt, verba pristina in MLB passim depravata esse cognoscimus: velut in nov. CXX Cς Iul., in CXXIII Sς Iul., in CXXXIII Cς(A) verum praebere solent contra MLB. Sed aliis quoque multis locis huius recensionis corruptelas detegimus (MLB: 6, 19. 74, 27. 217, 9. 226, 17. 475, 12. 537, 24. 540, 8. 629, 8. 639, 32. 665, 23. 684, 7 et ubi B deficit ML: 128, 15. 139, 26. 147, 34. 224, 5. 250, 30. 263, 24. 265, 36. 501, 1. 504, 14. 592, 11. 699, 25. 715, 19. 731, 14. 737, 24) cf. etiam 695, 3. Sicubi Basilica verum exhibent contra ML (145, 38. 168, 10. 181, 10. 192, 24. 210, 20. 331, 19. 495, 19. 585, 23. 587, 15) aut codice corporis puriore usa sunt aut ex alia collectione interpolata (cf. 181, 10. 455, 32. 487, 1. 589, 17. 600, 18. 602, 16. 607, 18. 665, 23); idque in universa hac quaestione tenendum est, alterius recensionis codices ex altera correctos esse. Ceterum de Basilicis pessime editis persaepe nil certi statui potest; ad certius

genter enotatae sunt praeter levissima illa, quibus frustra onerare solent apparatum, vitia prosodica, ν paragogicum, ο ex ω, η ex ι a prima manu correcta quaeque his similia sunt.

L Codice Marciano longe inferior est **Laurentianus** (olim bibl. S. Marci Florentinae) plut. LXXX 4 chartaceus in fol. foliorum 194, et in fine et in initio mutilus.[1] Scriptus est saeculo quarto decimo ductibus inaequalibus a duobus librariis, quorum alter a f. 144^{r} = *οὔτω μέντοιγε* p. 560, 10 orsus est. Praecedit index, sed amisso folio primo incipit f. 1^{r} a verbis *παρὰ ἰδιώτου γενομένην* (nov. LII p. 297, 9), des. f. 2^{v} *ρξη΄ περὶ ἐπιβολῶν*; manus recens adiecit *τέλος τοῦ πίνακος*. f. 3^{r} incipiunt novellae, desinunt f. 194^{v} in verbis *ἀπαγορεύοντες βουλευταῖς τε καὶ* nov. CLXIII c. 2 p. 750, 18. Archetypum in complures tomos divisum fuisse colligi videtur ex inscriptione nov. XXXIX: *ἐκ τῶν νεαρῶν βιβλίον β΄*. Manus altera recens multas intrusit coniecturas plerumque e ς haustas, tertia etiam recentior atramenti nigro colore conspicua rarissime apparet.

Omissae sunt in hoc libro praeter novellas latinas eae quoque, quae in Basilicis antiquitus defuerunt (cf. p. IV), interdum tamen (nov. LXXIV. LXXVI etc.) rubrica et inscriptione relicta. Quarum novellarum partes tantum Basilica receperunt, eas totas praebere solet L; sed nonnumquam eadem quae B omisit (cf. nov. I p. 7, 33 XVIII p. 130, 34 LVII. LXVI etc.) eodemque modo quo B diversas novellas contaminavit (nov. VI c. 8. XCI c. 2. CXVII c. 10. CXXIII. CXXVII p. 554, 30), verba tradita secundum B immutavit (p. 9, 17. 17, 22. 70, 26. 149, 25. 168, 6. 173, 19. 207, 16. 393, 23. 512, 17. 552, 5. 557, 23. 568, 29. 685, 4. 688, 3) atque etiam additamenta a novellis aliena ex B recepit (p. 291, 11). Latinarum loco semper fere summae Theodori positae sunt. Subscriptiones desunt omnes.

Antequam extrema codicis L folia perierunt, id quod inter annos 1542 et 1544 accidisse constat (Biener 568), totum librum describendum curavit (Politiani manum agnoscere sibi visus est Maier) Ludovicus Bologninus. Quod apographum nunc est l cod. Bonon. bibl. commun. B 4. 67. In hoc quae in L cum extremis foliis perierunt extant p. 923 ss. Post nov. CLXVII p. 933 varia extant ad ius pertinentia, p. 1015 fragmentum *περὶ ἐπιβολῶν*, de quo cf. ad p. 755, 19. Cetera vacua sunt.[1]

Codicem *L* contulit Schoell, ad *l* usus est Maieri schedis Tubingensibus et Kruegeri collatione.

Solius commoditatis causa hic describo codicem Ambrosianum L 49 sup., qui ali- A quot novellas continet certe non ex corpore 168 novellarum haustas. Est membranaceus in 4⁰ foll. 227; continet primum canones apostolorum et decreta conciliorum, deinde a f. 49 Nomocanonem XIV titulorum Theodori commentario auctum. Haec saec. XI scripta sunt; inde a f. 184^{r} scripsit manus saeculi duodecimi. Inscriptio est: *νεαραὶ ἰουστινιανοῦ βασιλέως περὶ τῶν θείων καὶ ἱερῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων.*

τίτλος α΄ οὗτος ἐστὶν οὕτως· αὐτοκράτωρ κτέ. Est nov. CXXXI c. 1—4 p. 656, 12, sequuntur f. 184^{v}—188^{r} excerpta Athanasiana nov. CXXIII, f. 188^{r}—190^{r} nov. CXXXI c. 5 usque ad finem. F. 190^{r}—195^{r} nov. VI tota, quam excipit eiusdem novellae epitome Athanasiana. Capitum numeri continuantur.

τίτλος δεύτερος f. 195^{r}—197^{r}: nov. III.

titulus tertius: f. 197^{r}—197^{v} nov. XVI cui adiungitur epitome Athanasiana nov. LVI, f. 197^{v}—198^{v} nov. LXXXVI.

τίτλος δ΄: f. 198^{v}—f. 201^{r} nov. V, f. 201^{r}—204^{r} nov. CXXXIII, f. 204^{r}—204^{v} nov. LXXIX. Capitum numeri continuantur.

τίτλος ε΄ f. 204^{v}—209^{v}: nov. VII. f. 210. 211 diversi argumenti capita a manu recentiore inserta.

τίτλος ς΄ f. 212^{r}—212^{v}: nov. XIX.

τίτλος ζ΄ f. 212^{v}—215^{r}: nov. II.

τίτλος ὄγδοος f. 215^{r}—216^{v}: nov. XII.

τίτλος ἔνατος f. 216^{v}—220^{v}: nov. CXV.

titulus decimus f. 221^{r}—224^{r} nov. I inde a *τὸν ἔμπροσθεν* p. 3, 40 (folium unum perisse videtur).

τίτλος ἑνδέκατος f. 224^{r}—224^{v}: nov. XXXII.

τίτλος ιβ΄ f. 224^{v}—226^{r} }
τίτλος ιγ΄ περὶ ἐκκλησιαστικῶν διαφόρων κεφαλαίων } epitomae ex Athanasii titulis I. II

---

iudicium venimus de codice M. Hic enim quamquam saepissime solus pristinam lectionem conservavit (7, 21? 22, 11. 25, 7. 45, 28. 72, 32. 74, 24? 127, 3—6? 215, 17. 220, 27. 287, 3? 313, 7. 330, 27. 334, 19—22. 352, 32. 368, 8. 386, 21. 424, 9. 494, 38), neque neglegentiis vacat (31, 38. 45, 22. 49, 9. 68, 9. 125, 11. 658, 15) omissionibusque ob homoeoteleuton factis (6, 39. 14, 23. 143, 14. 578, 15. 621, 4. 666, 21) corruptelisque minoribus (220, 1. 443, 6. 497, 20. 517, 19. 610, 12. 777, 23. 783, 28) neque **interpolationibus** levioribus (23, 37. 76, 32! 100, 9. 167, 28. 181, 11. 207, 33. 608, 17. 670, 31. 693, 15. 717, 24) glossematisque in textum illatis (33, 24. 67, 31. 71, 41? 75, 40. 80, 9. 102, 21. 142, 26 = 527, 20. 181, 19. 341, 1? 363, 33. 397, 21. 438, 3. 459, 9. 599, 3. 644, 25. 654, 22. 680, 36) neque gravioribus (459, 17. 26—29. 493, 20. 499, 38. 696, 21), **quae magnam partem fluxerunt e Basilicis** (72, 29? 151, 31? 153, 8? 190, 1. 325, 8. 390, 16. 465, 22? 467, 4. 493, 32? 605, 15—21. 606, 11. 654, 25. 655, 6. 673, 31? 697, 7 nov. CXLV), paucae e Codice ipsisve novellis (422, 2. 594, 6. 11). Vides igitur ne hunc quidem librum pro certo duce habendum esse; nimium ei interdum tribuisse Schoellium persuasum habeo.

1) Descripserunt Bandini III 174 Biener 557 ss. Zachariae I p. VI s.

1) Cf. Heimbach Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 317 ss.

τίτλος ιδ' f. 227v (huius folii dimidia tantum pars superest): in fine extat *τῶν Ἰουδαίων αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς* i. e. exordium nov. XLV? Cf. Ath. III.

Manus prior et posterior aequales esse videntur; capita et numeris huius codicis propriis et spatio distinguuntur; argumenta adscripta plerumque perierunt margine absciso. Maiorem partem contulit Krueger, minorem Schoell. Insignis est codex eo quod et antiqua servat quae redactor corporis 168 novellarum depravavit (63, 35. 675, 22) ideoque cum ς congruere solet (6, 19. 9, 4. 10, 20. 14, 23. 22, 14! 28, 27. 35, 31. 37, 24. 43, 11. 44, 22. 60, 35. 63, 31! 97, 32. 99, 7. 421, 12. 18. 537, 24. 543, 4. 544, 26. 656, 1. 675, 18) et summa licentia immutat verba tradita et ex aliarum recensionum codicibus correctus est (95, 25. 673, 8).[1]

Editae sunt novellae graecae primum ab Haloandro (Norimbergae 1531), qui solo nisus est Bolognini apographo[2]); edidit igitur 122 tantum novellarum integrum textum graecum, correxit nonnulla, plura temere corrupit: quid tandem praestiterit, sine accurata codicis *l* notitia statui nequit (cf. Heimbach Ztschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 324 ss.). In editione Basileensi anni 1541 nonnulli loci ope codicis M correcti esse videntur (Biener 354), viginti quinque locorum emendationes prolatae sunt in appendice, quae in Parisina anni 1542 in textum illatae sunt. Quae in Marciano insunt, primus edidit Henricus Scrimger Scotus Augustae Vindelicorum anno 1556 sive ipso usus Marciano sive — id quod post dissertationem Heimbachii l. c. 330 ss. multo verisimilius — apographo eius, codice Palatino 387, diligenter facto, quantum quidem nunc licet iudicare. Correxit pauca eaque fere levia modo versione vulgata modo editione Haloandrina modo suo usus iudicio. Post hos viros nonnulla emendavit Agylaeus in versione novellarum latina (Basileae 1561) partim tacite partim brevissimis notis adscriptis. Haloandrinam et Scrimgerianam contaminavit Contius in editione Lugdunensi anni 1571, quam vulgatae fundamento fuisse iure dicas. Parum enim sive ad emendationem sive ad recensionem contulerunt posteri: quaedam correxit Hombergk in versione latina (Marburgi 1717, desunt edicta), plura Spangenberg (Gottingae 1797), qui etiam Viglii Zwichemi excerpta anno 1533 ex M facta habuit scholiaque potissimum ex eis edidit.[1]) Beck in editionibus Lipsiensibus (1834 et 1837) verbis graecis nihil fere medelae attulit, paulo plus Osenbrüggen (Lipsiae 1840).

Textum vulgatum tandem aliquando evertit Zachariae in editione apud Teubnerum anno 1881 publicata (appendicem adiecit anno 1884, legem de dioecesi Aegyptiaca denuo edidit 1891). Quam tanto viro dignam esse vix est quod dicas. Codicem M totum primus contulit, L et A interdum inspexit, ceteros novellarum testes ad verba pristina recuperanda adhibuit; nec tamen minus sagacitate iudiciique acumine profecit quam diligenti horum subsidiorum usu. Quod ordinem quoque mutavit secundum tempus constitutiones digerens (quae Iustini sunt et Tiberii formasque eparchicas omisit)[2]), id neque commodum est et propter incertam multarum aetatem improbandum.

Venio ad subsidia in edendo Authentico adhibita.

Codices igitur ex ingenti qui extat numero (129 novit Heimbach) hos elegit Schoell.

Vindob. lat. 2130 (iur. civ. 19 cf. Heimbach LXIII ss.) membr. in folio foliorum 233. *v*
Diligenter scriptus est saec. XIII vel XIV, continet autem haec:

f. 1—50 Institutiones

f. 51r—191r Authenticum (folii 191 quod superest et f. 192 vacua sunt)

f. 193r—233 Codicis libros X—XII (Kruegero est J). Hanc partem ea exaravit manus, quae in Authentico correxit (V²).

Ordo novellarum, qui in plerisque codicibus mire turbatus est — non glossatas enim primo eiectas postea denuo receperunt idque saepe non pristino loco, sed appendicem adiecerunt constitutionum extravagantium[3]) — in hoc codice paene integer est: 1—10. 12. 14—20. 22—103. 105. 104. 106—119. 133. 120—130. 132. — 11. 13. 21. 66. 86. 134. Omissa est igitur 131, bis positae 66 et 86. Et inscriptiones et subscriptiones adesse solent; numeris latinis hic illic adscripti sunt graeci. Collationis

1) In aliis quoque codicibus novellae extant dispersae: Vatic. gr. 2075 (Heimbach Basil. VI 174) sub rubrica *Ἰουστινιανοῦ α'* septemdecim habet capita argumenti incerti, deinde nov. V; Vatic. 2019 saec. XIII post epitomen canonum septem novellas. In Ashburnhamensi 99 (Stangl Philol. 45, 211) nihil inesse quod ad ius pertineat ad Schoellium rettulerunt Kyssner et Karo.

2) Omnes novellarum et Authentici editiones recenset Biener 317 ss.

1) De tribus (?) Meermannianis quos habuit Sp. (Biener 555 s. 572 s.) hoc unum indagavi. Cod. Meerm. 178 (= Phillipps. 1499: L. Cohn Verz. d. Meermannhss. 39) habet f. 11v Nomocanonem L tit., f. 156r Coll. 87 cap., f. 179r Coll. 25 cap., f. 209r Leonis novellas, f. 301r novellas 24 quae absunt ab Haloandrina, f. 363r edicta Iustiniani Iustini Tiberii. Esse igitur videtur Meerm. III.

2) Illas edidit JGR III, has *ἀνέκδ.* 249 ss.

3) Postquam Authenticum Irnerii aetate inventum est, e novellis 134 selegerunt 97 quas scholis explanaverunt; has in novem distribuerunt collationes (conspectum dat Heimbach proll. DCCX ss.). Priorum curis usus Accursius anno 1220 suam conscripsit glossam; glossatae eaedem sunt quae in collationibus leguntur, nisi quod 105 (numeri arabici sunt Authentici) est coll. VIII 6, sed glossa caret, 40 glossam quidem habet, sed a collationibus abest.

genter enotatae sunt praeter levissima illa, quibus frustra onerare solent apparatum, vitia prosodica, *ν* paragogicum, *ο* ex *ω*, *η* ex *ι* a prima manu correcta quaeque his similia sunt.

L Codice Marciano longe inferior est Laurentianus (olim bibl. S. Marci Florentinae) plut. LXXX 4 chartaceus in fol. foliorum 194, et in fine et in initio mutilus.[1]) Scriptus est saeculo quarto decimo ductibus inaequalibus a duobus librariis, quorum alter a f. 144^r = *οὕτω μέντοιγε* p. 560, 10 orsus est. Praecedit index, sed amisso folio primo incipit f. 1^r a verbis *παρὰ ἰδιώτου γενομένην* (nov. LII p. 297, 9), des. f. 2^r *ρξη' περὶ ἐπιβολῶν*; manus recens adiecit *τέλος τοῦ πίνακος*. f. 3^r incipiunt novellae, desinunt f. 194^v in verbis *ἀπαγορεύοντες βουλευταῖς τε καὶ* nov. CLXIII c. 2 p. 750, 18. Archetypum in complures tomos divisum fuisse colligi videtur ex inscriptione nov. XXXIX: *ἐκ τῶν νεαρῶν βιβλίον β'*. Manus altera recens multas intrusit coniecturas plerumque e ϛ haustas, tertia etiam recentior atramenti nigro colore conspicua rarissime apparet.

Omissae sunt in hoc libro praeter novellas latinas eae quoque, quae in Basilicis antiquitus defuerunt (cf. p. IV), interdum tamen (nov. LXXIV. LXXVI etc.) rubrica et inscriptione relicta. Quarum novellarum partes tantum Basilica receperunt, eas totas praebere solet L; sed nonnumquam eadem quae B omisit (cf. nov. I p. 7, 33 XVIII p. 130, 34 LVII. LXVI etc.) eodemque modo quo B diversas novellas contaminavit (nov. VI c. 8. XCI c. 2. CXVII c. 10. CXXIII. CXXVII p. 554, 30), verba tradita secundum B immutavit (p. 9, 17. 17, 22. 70, 26. 149, 25. 168, 6. 173, 19. 207, 16. 393, 23. 512, 17. 552, 5. 557, 23. 568, 29. 685, 4. 688, 3) atque etiam additamenta a novellis aliena ex B recepit (p. 291, 11). Latinarum loco semper fere summae Theodori positae sunt. Subscriptiones desunt omnes.

Antequam extrema codicis L folia perierunt, id quod inter annos 1542 et 1544 accidisse constat (Biener 568), totum librum describendum curavit (Politiani manum agnoscere sibi visus est Maier) Ludovicus Bologninus. Quod apographum nunc est *l* cod. Bonon. bibl. commun. B 4. 67. In hoc quae in L cum extremis foliis perierunt extant p. 923 ss. Post nov. CLXVII p. 933 varia extant ad ius pertinentia, p. 1015 fragmentum *περὶ ἐπιβολῶν*, de quo cf. ad p. 755, 19. Cetera vacua sunt.[1])

Codicem *L* contulit Schoell, ad *l* usus est Maieri schedis Tubingensibus et Kruegeri collatione.

Solius commoditatis causa hic describo codicem Ambrosianum L 49 sup., qui ali- *A* quot novellas continet certe non ex corpore 168 novellarum haustas. Est membranaceus in 4^0 foll. 227; continet primum canones apostolorum et decreta conciliorum, deinde a f. 49 Nomocanonem XIV titulorum Theodori commentario auctum. Haec saec. XI scripta sunt; inde a f. 184^r scripsit manus saeculi duodecimi. Inscriptio est: *νεαραὶ ἰουστινιανοῦ βασιλέως περὶ τῶν θείων καὶ ἱερῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων.*

τίτλος α' οὗτος ἐστὶν οὕτως· αὐτοκράτωρ κτέ. Est nov. CXXXI c. 1—4 p. 656, 12, sequuntur f. 184^v—188^r excerpta Athanasiana nov. CXXIII, f. 188^r—190^r nov. CXXXI c. 5 usque ad finem. F. 190^r—195^r nov. VI tota, quam excipit eiusdem novellae epitome Athanasiana. Capitum numeri continuantur.

τίτλος δεύτερος f. 195^r—197^r: nov. III.

titulus tertius: f. 197^r—197^v nov. XVI cui adiungitur epitome Athanasiana nov. LVI, f. 197^v—198^v nov. LXXXVI.

τίτλος δ': f. 198^v—f. 201^r nov. V, f. 201^r—204^r nov. CXXXIII, f. 204^r—204^v nov. LXXIX. Capitum numeri continuantur.

τίτλος ε' f. 204^v—209^v: nov. VII. f. 210. 211 diversi argumenti capita a manu recentiore inserta.

τίτλος ϛ' f. 212^r—212^v: nov. XIX.

τίτλος ζ' f. 212^v—215^r: nov. II.

τίτλος ὄγδοος f. 215^r—216^v: nov. XII.

τίτλος ἔνατος f. 216^v—220^v: nov. CXV.

titulus decimus f. 221^r—224^r nov. I inde a *τὸν ἔμπροσθεν* p. 3, 40 (folium unum perisse videtur).

τίτλος ἐνδέκατος f. 224^r—224^v: nov. XXXII.

τίτλος ιβ' f. 224^v—226^r }
τίτλος ιγ' περὶ ἐκκλησιαστικῶν διαφόρων κεφαλαίων } epitomae ex Athanasii titulis I. II

---

iudicium venimus de codice M. Hic enim quamquam saepissime solus pristinam lectionem conservavit (7, 21? 22, 11. 25, 7. 45, 28. 72, 32. 74, 24? 127, 3—6? 215, 17. 220, 27. 287, 3? 313, 7. 330, 27. 334, 19—22. 352, 32. 368, 8. 386, 21. 424, 9. 494, 38), neque neglegentiis vacat (31, 38. 45, 22. 49, 9. 68, 9. 125, 11. 658, 15) omissionibusque ob homoeoteleuton factis (6, 39. 14, 23. 143, 14. 578, 15. 621, 4. 666, 21) corruptelisque minoribus (220, 1. 443, 6. 497, 20. 517, 19. 610, 12. 777, 23. 783, 28) neque interpolationibus levioribus (23, 37. 76, 32! 100, 9. 167, 28. 181, 11. 207, 33. 608, 17. 670, 31. 693, 15. 717, 24) glossematisque in textum illatis (33, 24. 67, 31. 71, 41? 75, 40. 80, 9. 102, 21. 142, 26 = 527, 20. 181, 19. 341, 1? 363, 33. 397, 21. 438, 3. 459, 9. 599, 3. 644, 25. 654, 22. 680, 36) neque gravioribus (459, 17. 26—29. 493, 20. 499, 38. 696, 21), quae magnam partem fluxerunt e Basilicis (72, 29? 151, 31? 153, 8? 190, 1. 325, 8. 390, 16. 465, 22? 467, 4. 493, 32? 605, 15—21. 606, 11. 654, 25. 655, 6. 673, 31? 697, 7 nov. CXLV), paucae e Codice ipsisve novellis (422, 2. 594, 6. 11). Vides igitur ne hunc quidem librum pro certo duce habendum esse; nimium ei interdum tribuisse Schoellium persuasum habeo.

1) Descripserunt Bandini III 174 Biener 557 ss. Zachariae I p. VI s.

1) Cf. Heimbach Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 317 ss.

τίτλος ιδ΄ f. 227^{v} (huius folii dimidia tantum pars superest): in fine extat *τῶν Ἰουδαίων αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς* i. e. exordium nov. XLV? Cf. Ath. III.

Manus prior et posterior aequales esse videntur; capita et numeris huius codicis propriis et spatio distinguuntur; argumenta adscripta plerumque perierunt margine absciso. Maiorem partem contulit Krueger, minorem Schoell. Insignis est codex eo quod et antiqua servat quae redactor corporis 168 novellarum depravavit (63, 35. 675, 22) ideoque cum ς congruere solet (6, 19. 9, 4. 10, 20. 14, 23. 22, 14! 28, 27. 35, 31. 37, 24. 43, 11. 44, 22. 60, 35. 63, 31! 97, 32. 99, 7. 421, 12. 18. 537, 24. 543, 4. 544, 26. 656, 1. 675, 18) et summa licentia immutat verba tradita et ex aliarum recensionum codicibus correctus est (95, 25. 673, 8).[1])

Editae sunt novellae graecae primum ab Haloandro (Norimbergae 1531), qui solo nisus est Bolognini apographo[2]); edidit igitur 122 tantum novellarum integrum textum graecum, correxit nonnulla, plura temere corrupit: quid tandem praestiterit, sine accurata codicis *l* notitia statui nequit (cf. Heimbach Ztschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 324 ss.). In editione Basileensi anni 1541 nonnulli loci ope codicis M correcti esse videntur (Biener 354), viginti quinque locorum emendationes prolatae sunt in appendice, quae in Parisina anni 1542 in textum illatae sunt. Quae in Marciano insunt, primus edidit Henricus Scrimger Scotus Augustae Vindelicorum anno 1556 sive ipso usus Marciano sive — id quod post dissertationem Heimbachii l. c. 330 ss. multo verisimilius — apographo eius, codice Palatino 387, diligenter facto, quantum quidem nunc licet iudicare. Correxit pauca eaque fere levia modo versione vulgata modo editione Haloandrina modo suo usus iudicio. Post hos viros nonnulla emendavit Agylaeus in versione novellarum latina (Basileae 1561) partim tacite partim brevissimis notis adscriptis. Haloandrinam et Scrimgerianam contaminavit Contius in editione Lugdunensi anni 1571, quam vulgatae fundamento fuisse iure dicas. Parum enim sive ad emendationem sive ad recensionem contulerunt posteri: quaedam correxit Hombergk in versione latina (Marburgi 1717, desunt edicta), plura Spangenberg (Gottingae 1797), qui etiam Viglii Zwichemi excerpta anno 1533 ex M facta habuit scholiaque potissimum ex eis edidit.[1]) Beck in editionibus Lipsiensibus (1834 et 1837) verbis graecis nihil fere medelae attulit, paulo plus Osenbrüggen (Lipsiae 1840).

Textum vulgatum tandem aliquando evertit Zachariae in editione apud Teubnerum anno 1881 publicata (appendicem adiecit anno 1884, legem de dioecesi Aegyptiaca denuo edidit 1891). Quam tanto viro dignam esse vix est quod dicas. Codicem M totum primus contulit, L et A interdum inspexit, ceteros novellarum testes ad verba pristina recuperanda adhibuit; nec tamen minus sagacitate iudiciique acumine profecit quam diligenti horum subsidiorum usu. Quod ordinem quoque mutavit secundum tempus constitutiones digerens (quae Iustini sunt et Tiberii formasque eparchicas omisit)[2]), id neque commodum est et propter incertam multarum aetatem improbandum.

Venio ad subsidia in edendo Authentico adhibita.

Codices igitur ex ingenti qui extat numero (129 novit Heimbach) hos elegit Schoell.

Vindob. lat. 2130 (iur. civ. 19 cf. Heimbach LXIII ss.) membr. in folio foliorum 233. *V*
Diligenter scriptus est saec. XIII vel XIV, continet autem haec:

f. 1—50 Institutiones

f. 51^{r}—191^{r} Authenticum (folii 191 quod superest et f. 192 vacua sunt)

f. 193^{r}—233 Codicis libros X—XII (Kruegero est J). Hanc partem ea exaravit manus, quae in Authentico correxit (V^2).

Ordo novellarum, qui in plerisque codicibus mire turbatus est — non glossatas enim primo eiectas postea denuo receperunt idque saepe non pristino loco, sed appendicem adiecerunt constitutionum extravagantium[3]) — in hoc codice paene integer est: 1—10. 12. 14—20. 22—103. 105. 104. 106—119. 133. 120—130. 132. — 11. 13. 21. 66. 86. 134. Omissa est igitur 131, bis positae 66 et 86. Et inscriptiones et subscriptiones adesse solent; numeris latinis hic illic adscripti sunt graeci. Collationis

1) In aliis quoque codicibus novellae extant dispersae: Vatic. gr. 2075 (Heimbach Basil. VI 174) sub rubrica *Ἰουστινιανοῦ α΄* septemdecim habet capita argumenti incerti, deinde nov. V; Vatic. 2019 saec. XIII post epitomen canonum septem novellas. In Ashburnhamensi 99 (Stangl Philol. 45, 211) nihil inesse quod ad ius pertineat ad Schoellium rettulerunt Kyssner et Karo.

2) Omnes novellarum et Authentici editiones recenset Biener 317 ss.

1) De tribus (?) Meermannianis quos habuit Sp. (Biener 555 s. 572 s.) hoc unum indagavi. Cod. Meerm. 178 (= Phillipps. 1499: L. Cohn Verz. d. Meermannhss. 39) habet f. 11^{v} Nomocanonem L tit., f. 156^{r} Coll. 87 cap., f. 179^{r} Coll. 25 cap., f. 209^{r} Leonis novellas, f. 301^{r} novellas 24 quae absunt ab Haloandrina, f. 363^{r} edicta Iustiniani Iustini Tiberii. Esse igitur videtur Meerm. III.

2) Illas edidit JGR III, has *ἀνέκδ.* 249 ss.

3) Postquam Authenticum Irnerii aetate inventum est, e novellis 134 selegerunt 97 quas scholis explanaverunt; has in novem distribuerunt collationes (conspectum dat Heimbach proll. DCCX ss.). Priorum curis usus Accursius anno 1220 suam conscripsit glossam; glossatae eaedem sunt quae in collationibus leguntur, nisi quod 105 (numeri arabici sunt Authentici) est coll. VIII 6, sed glossa caret, 40 glossam quidem habet, sed a collationibus abest.

titulique nota plerumque adiecta est; glossae insunt Anteaccursianae fortasse a prima manu scriptae, Accursianae postea sed saec. XIV ut videtur additae, recentiores paucissimae.
V^2 Manus altera eiusdem aetatis atramento nigro
V^3 supplevit saepius quam emendavit; tertia multo recentior (forsitan duo sint) atramento pallido ex altero codice emendavit. Codicem ceteris omnibus antecellentem contulit Schoell.

R Berolinensis (antea Rosnyanus 2394 olim Pithoeanus: krit. Jahrb. I 189 Heimbach LXXIII ss.) lat. in fol. 271 membr. foliorum 162. Continet:

f. 1—78 Authenticum saec. XIII scriptum. Primus quaternio exaratus est ab altera manu coaeva [1]), eadem in fine f. 98^v adiecit nov. 52.

t f. 79—86 tres particulas codicis *T* huc delatas. Prima complectitur nov. 8 inde a c. 13 *aut aliquos tales* (p. 76, 39), sequuntur 9. 10 usque ad *neque impetra* (p. 93, 12); altera (f. 82) nov. 72 pr. inde a *turam esse nostrae* (p. 355, 24) et 73 usque ad *si uero alter* (p. 351, 22); tertia (f. 83—86) nov. 33 inde a *toga dicimus* (p. 497, 27). 37. 38. 39. 40 usque ad *quas liberi* p. 246, 25. 44 a verbis *lege confirmantem* p. 271, 3. nov. 49.

f. 87—162 tertii codicis partem, qua haec comprehenduntur: f. 87—91 appendix no-
r vellarum saec. XIV exarata has complectens constitutiones: 123 inde ab *habet fidutiam* (p. 712, 12). 124. 70. 66. 60. 65. 67. 21. — f. 91—110 Iuliani aliquot capita (cf. Haenel XVI). — f. 111—154 Rogerii summa Codicis mutila. — f. 155—162 fragmentum opusculi ad ius canonicum spectantis.

De f. 1—78 haec adnotanda sunt. Ordo novellarum hic est: 1—10. 12. 14—20. 22. 23. 34—36. 41. 45. 46—48. 50. 51. 53—59. 61. 62. 68. 69. 71—86. 88—100. 102—104. 106—115. 117. 119. 120. 126—130. 132. — 11. 13. 21. 66. 86. 134. 52 (quam add. R^2). Haud raro quae constitutiones omissae sint adnotavit scholiasta. Rubricator pinxit litteras initiales, collationis numerum in margine superiore laevo, tituli in dextro, in margine exteriore capitum inscriptiones, in contextu signum ϛ ad denotandas paragraphos. Manus altera saepe prioris vitia correxit et n. 52 adiecit. — Contulit Schoell.

T Monacensis lat. 3509 (iur. civ. 10, olim August. civ. 9) membr. in folio foliorum 302 saec. XIII (Heimbach LVI ss.). Institutiones sequitur Authenticum f. 45—199, cuius pars principalis patet usque ad f. 173^v; appendices adiectae sunt duae, altera f. 174—177 a manu altera eiusdem fere aetatis, f. 178 —199 fortasse ab eadem manu altera. Lacunae insunt haud exiguae, quoniam nonnulla folia hinc evulsa in R transierunt; f. 64^v enim desinit in *aut armatos* p. 76, 39, f. 65^r inc. a *bit petita* p. 93, 12; f. 101^v des. in *neque ecclesiam* nov. 69 c. 1 p. 344, 26, 102^r inc. a *quibus modis* nov. 74 p. 370, 7, desiderantur praeterea partes novellarum 72. 73 (cf. supra); f. 197^v des. *nobili et antiqua* nov. 33 c. 1 p. 497, 27, f. 198^r inc. a *curialibus* nov. 40 c. 4 p. 250, 32. Unum igitur folium prorsus interiit.

Ordo idem fere est qui in R: 1—10. 12. 14—20. 22. 23. 34—36. 41. 45—48. 50. 51. 53—59. 61. 62. 68. 69 etc. (deest accurata descriptio).

Foliis 174—177 continentur nov. 128. 52, f. 178—199 nov. 101 (manus recentissima adnotavit: *alii libri non habent istam constitutionem de donationibus curialium nec sequentes*). 105 (extat bis). 116 (extat bis). 118. 122—125. 131 (extat bis). 24—33. [37—39]. 40. 42—44. [49].

Codicis *T* lectiones selectas primo ex Heimbachii notis excerpsit Schoell, postea (a nov. LXXIX p. 388) ipse eum contulit haud minus diligenter quam *V* et *R*.

Ex ceteris libris hi interdum adhibiti sunt:

Orielensis Oxoniensis 22 (A II 7) *o*
membr. saec. XIII (Heimbach XVII Coxe 7 Krueger praef. Cod. VIII). Novellae 17 paucarumque quae extant subscriptionum collatione a Kruegero confecta usus est Schoell.

Escorialensis bibliothecae altae I S 9 membr. saec. XIII (Heimbach LIII), ex quo inscriptiones et subscriptiones descripsit Dionysius Gonzalez.

Bambergensis D II 11 membr. in folio *Bamb. I*
saec. XIV foliorum 217 (est Jaeckii 814 + 824 + 833. Hunc codicem cum sequenti confudit Heimbach LXI ss.). Continet:

f. 1—49^v Iustiniani Institutiones

f. 50^r—160^r Authenticum cum glossa Accursiana secundum solitum novem collationum ordinem, praeterquam quod in nona ordo hic est: 1—3. 5. 6. 14. 15. 7—13. 4. In fine additur nov. 52 ut in *R*. Subscriptiones adduntur novellis hisce: 8. 53—59. 61. 68. 71—77. 79—85. 88. 134. Primo ex Heimbachii apparatu varietatem excerpsit Schoell, postea (inde a nov. 80 p. 390, 18) sua usus est collatione. Quae de prioribus falsa ex Heimbachio relata sunt, ea in subscriptionum indice addendisque correximus.

f. 161^r—216^r Codicis libros X—XII cum glossa. In spatio vacuo f. 161^{rv} et 217^r indices et addenda scripsit manus recens.

Bambergensis D I 1 membr. in folio *Bamb. II*
saec. XIV pagg. 266 (Jaeck 826) continet haec:

p. 2. 3 actionum tabulam

p. 5—164 Authenticum secundum novem collationes, nisi quod deest IX 4. Novellae

1) Falso de alterius codicis particula loquitur Heimbach; f. 8 errore insertum est inter 1 et 3, ut nunc numerantur.

non glossatae desunt omnes. Subscriptiones subiciuntur hisce: 1. 4—10. 12. 14—20. 22. (23). 41. 45. 47. 48. 89. 90. 92. 93—95. Hic quoque inde a nov. 89 p. 445, 5 sua collatione usus est Schoell.

p. 165—264 Codicis libros X—XII ab altera manu aequali scriptos.

p. 265. 266 indices et tabulas.

Ad subscriptiones potissimum secundum Heimbachii plerumque apparatum variae lectiones ex his afferuntur libris:

Ambr. Vindob. lat. iur. civ. 4, olim Ambracensi, membr. saec. XIII (Heimbach LXIX).

Vind. alter. Vindob. Eugenii 157 membr. saec. XIV (Heimbach LXX).

Neob. Claustro-Neoburgensi 62 membr. saec. XIII (Heimbach LXX).

Paris Parisino lat. 4429 membr. saec. XIII vel XIV (Heimbach XLIII) perpaucas exhibente subscriptiones.

Pist. Pistoriensi bibl. capit. 103 (olim E 4. 2) membr. in folio foliorum 74 saec. XII exeuntis. Exaratus est duabus columnis, glossa adest Anteaccursiana, cui plerumque suprascripta est Accursiana. Nov. 11. 13. 21. 66 positae sunt inter 14 et 15, deest 40; extravagantes desunt 24. 31. 32. 37. 43. 44. 49. 52. 60. 63—65. 70. 87. 118. 123. Subscriptiones insunt ad 8 (p. 80, 10. 88, 41). 121 (at cf. p. 772, 1). 123—125. 134, quas descripsit Krueger. Nov. 121 diligentissime contulit Lud. Chiappelli JCtus Pisanus intercedentibus Buonamicio et Pulleo professoribus Pisanis.

Monacensis 6359 (olim Frisingensis) saec. XIV a Schoellio collatus est ad nov. 116.

Si qui praeterea allati sunt, loco idoneo quae opus sunt adnotata invenies.

Editio princeps prodiit Romae 1476; et haec et sequentes quarum moles non digna est quae describatur [1]), paene solas habent glossatas. Magni momenti sunt editiones Contii, quarum prior prodiit Parisiis 1559 (ab hac pendent Lugdunensis a. 1562 et sequentes), posterior Lugduni 1571. In illa igitur novem collationibus addidit decimam a se scilicet congestam 63 novellas complectentem. Ex his unam tantum (11) ex Authentici codicibus hausit, duas (37. 64) e Iuliani epitome, unam (43) ex Isidori canonibus; maximae partis (47 integrarum et 8 summarum) non Authentici, sed Haloandri versionem impressit, trium et unius summae suam; viginti quinque ex his in ς nunquam fuerunt. Verba Authentici expressit ex editione Parisina anni 1511, cuius vitia repetivit; ipse contextum graeci exemplaris ope passim interpolavit. Posterior aliquanto praestat; in qua exhibuit novem collationum (sunt 96 constitutiones; nam 126 omissa est eiusque locum tenet versio Haloandrina) et nov. 11 versionem vulgatam; duodecim constitutionum (13. 21. 40. 52. 60. 101. 122. 118. 131. 123—125) versionem ex Authentici codicibus dedit, nov. 43 ex actis conciliorum, n. 138 ex appendice Iuliani, sex Iuliani epitomas, quadraginta ab aliis, octo a se translatas; ordinem autem secutus est corporis 168 novellarum. Veri igitur Authentici et formae et ordinis omnia deleta erant vestigia. Praeterea hic quoque ex Haloandri versione et graeco exemplari summa licentia textum interpolavit; qua de re plura disces ex Heimbachii prolegomenis DCIX ss. eiusque notis, cum in hac editione talia omnia afferre necessarium visum non sit.[1])

Contii editionem repetiverunt recentiores; aliquid fructus accessit e Pithoei collatione (1573) et Iuliano (1576), in quibus edidit versionem veterem nov. 37—39. 67. Ordinem vulgatum primus mutavit Beck (Lipsiae 1836 et 1837) restituto pristino, textui succurrit novellis 49. 63—65. 67. 70 quas e V ediderant Savigny et Biener insertis emendationibusque temptatis saepe felicibus. Beckium excepit Osenbrüggen (Lips. 1840 etc.), qui perspecta vulgatae pravitate pristinam textus formam recuperare studuit antiquis editionibus et inde a nov. 22 codice Hamburgensi inspectis: nec tamen multum profecit (cf. G. E. Heimbach krit. Jahrb. II 792 ss.).

Contianum igitur fere textum suscepit G. E. Heimbach, qui primus criticam editionem confecit (2 voll. Lips. 1846. 1851). Qui tantum laborem huic negotio impendit, ut summa laude dignus sit, quamvis multa non recte administraverit. Plane enim abolita Contianae auctoritate ex ingenti codicum numero paucos eosque praestantes electos recensionis fundamentum esse voluit; quos quod non accurate contulit nullaque paene est pagina, in qua falsa non rettulerit, id illius aetatis homini magis condonandum est quam si qui nunc talia peccant. In emendatione haud ita multum praestitit.

Huius igitur editionis consilium est et novellarum graecarum et Authentici pristinam restituere formam. Ab utraque parte summae obstant difficultates; illic saepe nescis utrum ipsius Iustiniani an redactoris sylloges alicuius an interpolatoris recentioris verba recuperes; hic plerumque difficillimum est diiudicare, quid in exemplari graeco scriptum viderit, quid intellexerit qui vertit homo perquam stultus. Illic codicem Marcianum maxime secutus est Schoell, hic cautissimum se praestitit atque etiam spe-

1) Cf. Biener 322 ss. Heimbach DLXXXIX ss.

1) Quibus usus sit codicibus, non constat nec multum interesset scire, nisi aliquot subscriptiones praeberent haud spernendas — si homini fides.

ciossimas coniecturas saepe in apparatu tantum commemoravit. Codicum ceterorumque fontium lectiones adnotatae sunt diligenter praeter vitia levissima, coniecturae virorum doctorum eae tantum, quae aliqua probabilitate commendarentur.

Versio latina plane renovata est, qua de parte optime meruit Krueger; indices adiecti sua ipsi utilitate commendantur, in addendis et indice de Bambergensium lectionibus accuratius relatum esse quam in ipsius contextus notis supra dixi. Restat igitur ut gratias agam maximas et Schoelli et meo nomine omnibus quicunque de hac editione meruerunt, imprimis Paulo Krueger Theodoro Mommsen Eduardo Zachariae de Lingenthal clarissimae memoriae viro, praeterea Francisco Skutsch amico, qui praeter Kruegerum et Mommsenum in plagulis corrigendis me adiuvit.

Vratislaviae d. 17 m. Nov. 1894.

Guilelmus Kroll.

ADDENDA.

2 in nota: Anon. Bod. 212 est Eclogae V 7
3, 3 corrige ἐβουλήθησαν
4, 14 ἤτοι recte del. Zach(ariae) ad notam marginalem (quae exhibetur in eius editione I 21 n. 11) spectare dicens
6, 19 εἰδότα κληρονόμον ὡς coni. Zach.
10 in nota: Athanas. 10, 1 (pro 9, 1). — adn. 6: nota quae est in M non ad ed. II referenda est (Zeitschr. d. Sav. St. VIII 244)
11, 7 in ς: usum qui fuerat] usumque (quidem Schoell) fructum Zach.
16, 15 κἀκείνους] καὶ ἄλλους Zach. servato κτήμασιν. — 24 in ς: usus Zach.
17, 14 corr. δόντος
20, 35 ἐκκλησίας καὶ τούτων ἅπαντες Zach.
21, 2 in ς invitationibus Kroll
23, 18 ἑαυτῶν] ταύτην Zach., αὐτὸ Schoell
24, 4 γινώσκοντα — ἡμῖν Zach. cf. 314, 11. — 6 dn.] CP. Zach.
25, 25 διαχθέντα Zach.
32, 9 πολιὰ coni. Schoell cl. 667, 7 (at cf. v. l. et 671, 25). — 29 τὸ τέτ. τῆς ἐξ ἀδ. αὐτοῦ περιουσίας Zach.
34, 19 μήτ' αὖθις Schoell recte
35, 15 XVI.] XVII. Zach. — adn. ad ς 16: bisiliario Bamb.
36, 3 adn.: οἵ γε Coll. 87 cap.
47, 29 ideo deesse nomen episcopi Alexandrini existimat Zach., quod sedes tum vacua fuerit (cl. chron. orient. p. 82 ed. Ven.)
55 nota: vv. 7—28 in appendicem Nomoc. L tit. pervenerunt e Coll. 87 cap. 14
57, 33 πράττειν coni. Schoell
60, 7 τὸ] τι Zach. — 26 ἐπικεῖσθαι Zach. recte
63, 3 τὸ πρᾶγμα ⟨τὸ⟩ Zach. — 17 ὡς κοινωφελῆ ὄντα καὶ idem. — 31 scribe ⟨ἐπὶ⟩ τῶν ex A ς. — 30 adn. ad ς: Mad. Bamb. (non Mod.)
65, 1 ἐπάρχων Schoell recte. — τε del. Zach. — 32 καθ' αὑτόν Kroll
71, 40 ἕως τῆς ἀρχῆς ἐφίσταται, δίκας τῆς κλοπῆς ὑποστησόμενος Zach.
76, 31 aut ἑκάστης aut ἀρχόντων cum B Zach.
78 adn. ad ς 17: kal. Madii (om. XIII) Bamb. II, data kal. XIII caput bisilario Bamb. I
80 adn. ad ς 10: dat. k. IIII madii capitulo bisiliano add. rubr. in Bamb. II datur XIIII kal. mal. p. const. uisiliario hc̄ consul Pist.
89, 9 qui ⟨primores⟩ in Zach. — 18 felicissimum nostrum . . . exercitum, ut reliqua curialis a. functionis Zach. — 33 ne ab eis praesumatur Zach.
90, 34 καὶ del. Zach.
92 adn. 5: kal. (non k.) Bamb. II
93 adn. ad ς 37: Maii (non Mau) Bamb. II
94, 10 eisdem Zach. recte. — 22 eis] episcopis Zach.
98, 8 τε] τι Zach. — 16 εἰ καὶ] ἢ καὶ cum L ς Haloandro Zach.
99 adn. ad ς 12: obtub', bilisario, consule indic. XIIII Bamb. II
100, 20 τῆς ἐπὶ] an ἐπὶ τῆς? cf. ς — 35 τὸν νόμον variis modis temptat Zach. Zeitschr. d. Sav. St. XIII 10
104, 19 τοῦ ante ἐπάρχου add. Zach.
107, 27 παρατρεπομένας Zach.
108, 35 verba ὅπως — 36 πολιτείαν vice fungi verborum 26 ὅπως — 27 διατυπώσεως putat Zach. haud recte
117, 17 in ς: quisque Zach. — adn. ad ς 9: bilisiario Bamb.
127 adn. 3 dele ς post ἀνιχνεῦσαι M. — adn. ad ς 9: kal. mad. et uic. con. Bamb.
134, 2 ἀπογραφὴν Zach. — 8 ταύταις idem
137, 34 δὲ del. Zach.
140 adn. ad ς 26: dat. XV kal. et c̄ (non c.) bilisario Bamb.
144 adn. ad ς 27: dat. kl. aprilis cap. c. bilisario uic. c. Bamb. II
155, 30 sqq. ἐπιβουλευομένην . . . αὐτὴν Zach.
156 nota: ex B 28, 7, 2 post nov. CXVII c. 9 in L. — adn. 30: κρατήσει etiam L
157 adn. 4 ἐκ τοῦ τῆς L
158, 25 εἰς cum ς del. Kroll
167, 16 plusquamperfectum augmento carens et hic et ceteris locis servare debebat Schoell
186 adn. ad ς 31: de Bamb. II vere relatum est
187, 11 corr. τὰ pro τὸ
188, 2 ex] et Zach. — 38 subscr.: uiri clarissimi c. Bamb. II
190, 28 διότι — 35 φόρους parenthesin putat Zach. Zeitschr. d. Sav. St. X 292
194, 5 cf. etiam 112, 25 B^{Σ} 60, 43, 4 (quo loco φ' corr. Zach.)
201, 33 αὐτοῖς sc. ὑπηκόοις Zach.
205, 30 τῶν del. Schoell
206, 14 ἕνεκεν] ἔνοχον Kroll cl. 465, 13 ep. Jacob. 2, 10 Usener d. heil. Theod. 114
241, 6 in praesenti necessariam tempore Zach.
246, 25 ἐξαίρειν M.
247, 3 νομοθετουμένων M.
249, 12 τοῦτο ⟨τὸ⟩ τῶν Schoell cl. 435, 1
260, 33 ⟨καὶ⟩ οὐκ εἶναι cl. ς Zach.
275, 16 μετὰ] an κατὰ? cf. ς
277 adn. ad ς 12: consuli (non consul.) Bamb. — ad 14: habet etiam Bamb. I in fine coll. IX, in T adicitur post nov. CXXVIII (= Auth. 133).
285, 34 dat. kl. sep. τ. iust. a. c. bis. uic. con. anno secundo Bamb. II (cf. ad 287, 37), d. k. sept. cp. iust. an. XI. bil. ann. II° T
287, 37 dat. X kl. sept. cap. pc. bisilario uic. c. anno secundo Bamb. II d. X. k. set. cp. c. bil. uir. cl. cs. T
298, 34 subscr. in T (ubi praescribitur rubricae nov. XLV = Auth. 52) f. 177: dat. kal. septembris constan. a iust. imperatore pp. an. XII. pc.
305 adn. ad ς 39: X. habet Bamb., octub. idem
308 adn. ad ς 16: imper. domino] iaap. doaano Bamb.
310 adn. ad ς 27: XI.] VII. decimo Bamb. — cons.] consul. idem
312 adn. ad ς 11: nouemb. cp. impr. dnm. Bamb.
329, 10 corr. ΞΑ — adn. ad ς 7: CP. om. etiam Bamb. — dn.] dnn. idem
339, 22 deditae Zach.

344, 14 corr. ἔτι καὶ ἑτέρου
354, 22 ταύτην τὴν θεραπείαν Zach. nunc. — 39 subscr. habet Bamb. I, qui cp. Ip. dnm. iustinianus
356, 32 ἄλλοις Zach., idem ὥστε — 33 σῶν pertinere putat ad praefectum praetorio, cetera ad praesides provinciales. — 35 subscr. est in Bamb. I qui om. non. Iun. CP. habetque dnno et uic.
359, 1 admirabilibus vel admirandis fuit in ϛ
370 adn. ad ϛ 5: prid. nonas Bamb. — ss. (non consule) idem
377, 15 γένοιντο Zach.
378 adn. 3: corr. nov. XLII (non XLIII).
381 adn. ad ϛ 7: dat. quinto id. octub. Bamb.
387 adn. ad ϛ 39: sept. (non sep.) Bamb. — Apione] consule aprone Bamb.
388 Nov. LXXIX extat in A f. 204, cuius lectiones sunt hae: 5 sq. αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς αὔγουστος Μ. τῷ ἁ. καὶ μακαριωτάτῳ πατρ. Κωνσταντινουπόλεως. — 7 γνόντες ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης π. — 12 διασύρειν — τινας — 13 δίκας — om. ἢ et ἢ πρὸς ἀσκητρίας — 14 πέμπουσι πρ. ἐξουσίαν διδόντες αὐτοῖς ἔνδον γίνεσθαι — 17 ἴσως ἀνδράσι καὶ — 20 εἰ] ἵνα εἰ — ἔχει — 22 ἢ] καὶ — ἐν] τῶν ἐν — 23 om. πόλεως ἑκάστης ἐπισκόπῳ — 27 δι'] καὶ δι' — 32 θεοφιλῶν ut ϛ — 389, 1 om. τὰ περὶ τῆς — 2 δικαστῶν — om. αὐτὰς ut ϛ — 3 om. τοὺς primum — 4 θείους] θείους καὶ ὁσίους — οὕτως — οἰόμενοι ἔχειν — 8 ὑπάρχων — 10 τοῦ τε ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου — 14 παντελῶς γενέσθαι — 17 τῆς εὐδαίμονος ταύτης — 20 ἀναδέξῃ — 21 προστάττουσαν — 22 om. θεῖον — 23 τοῦ γράμματος τούτου — 25 om. τὰς — 31 om. ὁ — 33 ποινὴν τὲ ῑ λίτρων χρυσίου — 34 δοθησομένας — 35 πράκτορας δέ γε om. οἱ — ὅλως προσαγαγεῖν τοιαύτην ὑ. ὑπὸ τῶν — 37 κωλυόμενοι καθ. — 39 om. τὸ — 390, 1 εἰς πάντας τούτου κρ. τ. ν. τοὺς πρός τινας — 3 ἢ καὶ — 4 ἔχοι] ἔχοντας πρᾶγμα δίκης οἱασοῦν — 5 om. τῆς prius et alterum — 6 κρατεῖν κυρίως κατὰ
430, 24 δὲ] requiritur δὴ
441, 31 ἔχοιεν cl. 442, 3 Zach.
444, 14 lacunam statuit Zach. haec fere supplens: οὐδὲ ⟨παρὰ ἀδελφοῦ· ἔπειτα δὲ ὁ ἐκ γάμου συγκλητικοῦ πρὸς σκηνικὴν τεχθεὶς οὐ νόθος, ἀλλὰ γνήσιος ἔσται καὶ οὐδὲ⟩ ἕξει.
469 adn. 15: τὰς πολλὰς BΣ 41, 7, 12—21 νόμος] Cod. 5, 14, 9
483, 3 an ᾧπερ?
494, 15 aut hic ἀπαντήσειαν aut 17 ἀφίκοιτο Schoell
495, 10 ἰδιωτῶν] στρατιωτῶν Krueger
507, 20 de apari Zach. Zeitschr. d. Sav. St. X 294
508, 27 κατὰ δέκα χρυσοῦς del. et 29 χρυσίων scrib. Zach. ibid. XIII 33 s.
510. Nov. CVII cap. III habet epit. 31, 21 (IGR VII 65)
514, 36 γενέσθαι aut eiusmodi aliquid ante τοῦ add. Krueger
563, 19 corr. τῷ pro τῇ
593, 3 αὐτοῖς] αὐτοὺς Kroll
609, 6 corr. βασάνων pro βασάντων
650. Nov. CXXX fuit in B 57, 5 secundum ind. reg.
666 adn. ad ϛ 4: huc pertinere videtur subscriptio quae in Pistor. et Escor. praescribitur nov. CXXXIII (= Auth. 131): dat. (datur Esc.) prid. (pridem Esc.) k. Nov. CP. (cap. Pist.) imp. (cpr. Pist.) dn. (dni. ni. Esc) Iustiniani (iust. libri) pp. Aug. (cog. libri) anno XVIIII. pc. (pac. Pist.) Basili vc. anno IIII [a. 545]
693, 7 priore coniectura reiecta Zach. Zeitschr. VIII 233 proponit: πέπονθε περσεκουτίονα) ἠναγκάσθη ἐπιδίδοσθαι
711, 17 in ϛ utilitate caret coni. Mommsen
734, 7 τὴν] μὴ Mommsen
753, 14 aliquid turbatum esse perspexit Mommsen; post εἶτα excidisse verbi causa ὁ ὠνησάμενος putat Kroll
760, 13 verba τοῦ — ἔθνους post φόρων l. 11 ponenda esse putat Mommsen
763, 18 in M esse Ἰουλιανῷσ et scribendum esse Ἰουλιανῷ σ⟨υνηγόρῳ⟩ perperam contendit Zach. et olim et nunc (Zeitschr. XV 369)
764, 29 verba τὴν — ἀλλὰ insiticia putat Mommsen
781, 29 καὶ primum del. Mommsen
782, 18 verba μηδὲ μετὰ ταῦτα suspecta habet Mommsen

SIGNORUM EXPLICATIO.

I. In adnotatione critica ad Novellarum textum graecum:

M = codex Marcianus graec. 179 saec. XIII (praef. VIII).
L = codex Laurentianus plut. LXXX 4 saec. XIV (praef. X).
A = codex Ambrosianus L 49 sup. saec. XII (praef. X).
B = Basilica (praef. IV).
 B^c = codex Coislin. 151 saec. XI et 152 saec. XIV
 B^l = codex Laur. pl. LXXX 11 saec. XII
 B^p = codex Parisinus 1357 saec. XV
 B^f = editio Fabrotiana
 B^S = Synopsis Basilicorum
 B^{Σ} = scholia Basilicorum
ϛ = versio latina quod vocatur Authenticum.
vulg. = vulgata editionum lectio.

Ath. = Athanasii epitome (praef. VII).
Cod. = Codex Iustinianus.
Coll. XXV cap. (*C*) = Collectio XXV capitulorum (praef. VII).
Coll. LXXXVII cap. (*S*) = Collectio LXXXVII capitulorum (praef. VIII).
Coll. const. eccl. = Collectio constitutionum ecclesiasticarum (praef. VII).
Dig. = Digesta Iustiniani.
Epan. = Epanagoge legis (praef. V).
Inst. = Institutiones Iustiniani.
Iul. = Iuliani epitome latina Novellarum (praef. VI).
 $Iul.^b$ = codex Berolinensis 269 saec. VIII—IX
 $Iul.^p$ = codex Paris. 4568 saec. VIII—IX
 $Iul.^v$ = codex Vindobon. 2160 saec. X—XI
 $Iul.^w$ = codex Vercellensis saec. X
Nomoc. XIV tit. = Nomocanon XIV titulorum (praef. VII).
 $Nomoc.^d$ = eiusdem Bestae commentario aucti cod. Dublin. Trin. Coll. 494 saec. XII
 $Nomoc.^m$ = eiusdem Nomocanonis aucti cod. Monac. 122 saec. XII
Nomoc. L tit. = Nomocanon L titulorum (praef. VIII).
Proch. = Ὁ πρόχειρος νόμος (praef. V).
Theod. = Theodori epitome Novellarum (praef. III).

II. In adnotatione critica ad versionem latinam quod vocatur Authenticum:

R = codex Berolin. 271 saec. XIII (praef. XII).
 r = folia alterius libri codici *R* adnexa.
V = codex Vindob. lat. iur. civ. 19 saec. XIII—XIV (praef. XI).
T = codex Monac. lat. 3509 saec. XIII (praef. XII).
 t = eiusdem particulae in codicem *R* illatae.
Bamb. I. II. = codices Bambergenses D II 11 et D I 1 saec. XIV (praef. XII).
Escorial. = codex Escorialensis I S 9 saec. XIII.
O = codex Orielensis Oxoniensis 22 (A II 7) saec. XIII.
Ambrac. = codex Ambracensis Vindob. lat. iur. civ. 4 saec. XIII.
Neob. = codex Claustro-Neoburgensis 62 saec. XIII.
Paris. = codex Paris. 4429 saec. XIII—XIV.
Pist. = codex Pistoriensis 103 saec. XII.
Vind. alter = codex Vindob. Eugenii 157 saec. XIV.
dett. = deteriores, *al.* = alii codices.
ed. pr. = editio princeps Authentici (Romae a. 1476).
vulg. = vulgata lectio (praef. XIII).
edd. = editiones Authentici vel aliquot vel pleraeque.
Gr. = Graeca novellarum lectio.

ᵃ ᵇ litterulis ad codicum notas adpositis distinguitur librarii scriptura primaria (e. g. M^a) et secundaria (M^b).
¹ ² ³ numeris ad codicum notas adpositis distinguitur librarii manus (e. g. L^1) a correctoris correctorumve mutationibus (L^2, L^3). Ubi prima manus sola notatur, correctorem in codice reposuisse quod in contextu nostro editum est, ubi correctio sola, primam manum cum editis consentire significatur.
pr. et *corr.* distinguit priorem lectionem et correctam, si quando de auctore correctionis non satis constat.
s. v. = scriptura vel notula in codice supra versum adscripta.
in mg. = scriptura vel notula in codice in margine adscripta.
v. l. = varia lectio.
m. rec. = manus recens.
add(*it*) *om*(*ittit*) *del*(*et*) *suppl*(*et*) *coll*(*ocat*) *scr*(*ibit*) *corr*(*igit*) *not*(*at*) *cit*(*at*) *coni*(*ecit*) *leg*(*endum*) *scrib*(*endum*) *vid*(*etur*) *lit*(*ura*) *ras*(*ura*) *ex corr*(*ectione*) *in spat*(*io*) *vac*(*uo*) *rubr*(*ica*) *inscr*(*iptio*) *subscr*(*iptio*)
[ ] cancellis quae inclusa sunt delenda esse indicatur.
⟨ ⟩ uncis quae inclusa sunt, praeter codicum fidem addita esse indicatur.
stellula * praefixa id quod in contextu editur ex Schoellii emendatione repositum esse significatur.

IUSTINIANI NOVELLAE

RECOGNOVIT

RUDOLFUS SCHOELL

NOTARUM EXPLICATIO.

I. In adnotatione critica ad Novellarum textum Graecum notis usus sum hisce:

M = codex bibliothecae Marcianae Venetus gr. 179 (olim Bessarionis cardinalis) membr. fol. saec. XIII, qui post Leonis novellas integrum corpus 168 novellarum Iustiniani cum appendice edictorum eiusdem et novellarum Iustini atque Tiberii continet (cf. Biener *Geschichte der Novellen Iustinians* p. 114 sq. 551 sq.). Quae omnia ex eo codice exscripta edidit Henricus Scrimger Scotus Augustae Vindel. a. 1558. Contuli ipse.

L = codex bibliothecae Laurentianae Florentinus plut. LXXX. 4 chart. fol. saec. XIV (cf. Biener l. c. p. 557 sq.), in quo extat corpus 168 novellarum non integrum illud, sed ad Basilicorum normam redactum passimque interpolatum et circumcisum. Libri nunc in fine mutili (deficit in nov. 163 cap. 2) antequam iacturam passus est, exemplum paravit Ludovicus Bologninus, quod hodie servatur in bibliotheca Dominicana Bononiensi: Bolognini exemplum expressit Gregorius Haloander novellarum graecarum princeps editor (Norembergae a. 1531). Contuli ipse.

A = codex bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis L 49 superioris ordinis, membr. 4°, ubi Nomocanoni aucto XIV titulorum saec. XI exarato adiunctus est delectus Novellarum ad ius canonicum potissimum pertinentium saec. XII perscriptus: *Νεαραὶ ἰουστινιανοῦ βασιλέως περὶ τῶν θείων καὶ ἱερῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων.* Novellae per ordinem titulorum minimum quattuordecim (nam extrema codicis folia perierunt) dispositae insunt hae: 134, 1—4. 131, 5 sq. 6. 3. 16. 86. 5. 133. 79. 7. 19. 2. 12. 115. 1. 32. 83; aliarum nonnullarum summae inseruntur ex Athanasii epitome petitae. Ceterum etiam in integris novellis transcribendis saepius epitomatorem egit librarius. Contulit librum ex parte in usum meum P. Krueger, partem ipse excussi.

B = Basilica ad editionem Car. Guil. Ern. Heimbachii (Lips. 1833—1870) et supplementum Zachariaei (ib. 1846).

- *B*^c^ = Basilicorum codices bibl. Coislinianae Parisini 151 (saec. XI) libros I—IX continens et 152 (saec. XIV) libros XI—XIV continens (cf. Heimbachii prolegomena p. 159. 166).
- *B*^l^ = Basilicorum codex bibl. Laurentianae Florentinus pl. LXXX. 11 saec. XII, libros XXVIII. XXIX continens (cf. Heimbach l. c. p. 168).
- *B*^p^ = Basilicorum codex Parisinus 1357, libros XLVI—LII continens (cf. Heimbach l. c. p. 172).
- *B*^f^ = Basilicorum editio Fabrotiana (Paris. 1641—47).
- *B*^s^ = Synopsis Basilicorum (Zachariae Ius Graeco-Romanum V).
- *B*^Σ^ = scholia Basilicorum.

ς = versio latina vulgata quod vocatur Authenticum, quae ex Graeco exemplari antiquissimo Novellarum maiore cum fide quam peritia expressa lectionis Graecae traditae vel testimonia praestat vel supplementa.

vulg. = vulgata editionum lectio.

Ath. = Athanasii Scholastici Emiseni epitome Novellarum (Gust. Ern. Heimbach *Ἀνέκδοτα* I).

Cod. = Codex Iustiniani.

Coll. LXXXVII cap. = Iohannis Scholastici collectio LXXXVII capitulorum (Heimbach *Ἀνέκδοτα* II; add. Pitra Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta II 385 sq.).

Coll. const. eccl. = Collectio constitutionum ecclesiasticarum tripartita (Voelli et Iustelli bibliotheca iuris canonici veteris II 1223 sq.; add. Pitra l. c. II 410 sq.).

Dig. = Digesta Iustiniani.

Epan. = Epanagoge legis Basilii et Leonis et Alexandri (Zachariae collectio librorum iuris Graeco-Romani ineditorum Lips. 1852).

Epan. aucta = Epanagoge aucta (Zachariae Ius Graeco-Romanum IV).

Inst. = Institutiones Iustiniani.

Iul. = Iuliani epitome latina Novellarum Iustiniani (ed. Haenel Lips. 1873).

- *Iul.*^b^ = Iuliani cod. Berolinensis olim Rosnyanus lat. fol. 269 saec. VIII—IX (cf. Haenel praef. IV), quem ipse examinavi.
- *Iul.*^p^ = Iuliani cod. Parisinus 4568 saec. VIII—IX (cf. Haenel praef. II).
- *Iul.*^v^ = Iuliani cod. Vindobonensis 2160 saec. X—XI (cf. Haenel praef. VI).
- *Iul.*^w^ = Iuliani cod. Vercellensis saec. X (cf. Haenel praef. VII).

Nomoc. L tit. = Nomocanon L titulorum, Ioanni Antiocheno immerito adscriptus, cum appendice capitum ecclesiasticorum (Voelli et Iustelli bibliotheca iuris canon. vet. II 603 sq.; add. Pitra iur. eccl. hist. et mon. II 416 sq.).

Nomoc. XIV tit. = Nomocanon XIV titulorum, qui Photii patriarchae nomine fertur (Pitra l. c. II p. 445 sq.).

- *Nomoc.*^d^ = Nomocanonis XIV titulorum Theodori Bestae commentario aucti cod. Dublinensis Trin. Coll. 494 saec. XII. Novellarum locos exscripsit Krueger.
- *Nomoc.*^m^ = eiusdem Nomocanonis aucti cod. Monacensis 122 (cf. Pitra I 660 sq. II 441).
- (Cf. Krueger in *Zeitschrift für Rechtsgeschichte* IX 185 sqq. Zachariae von Lingenthal *Die griechischen Nomokanones* Petropoli 1877).

Proch. = *Ὁ πρόχειρος νόμος.* Imperatorum Basilii, Constantini et Leonis Prochiron (ed. Zachariae Heidelbergae 1837).

Proch. auctum = Prochiron auctum (Zachariae Ius Graeco-Romanum VI).

Ῥοπαί = *Αἱ ῥοπαί* . . . . . (ed. Zachariae Heidelb. 1836).

Theod. = Theodori Scholastici Hermopolitani breviarium Novellarum (Zachariae *Ἀνέκδοτα* Lips. 1843).

II. In adnotatione critica ad versionem latinam vulgatam quod vocatur Authenticum notis usus sum hisce:

R = codex bibliothecae regiae Berolinensis, olim Rosnyanus ex libris P. Pithoei, lat. fol. 271 membr. saec. XIII (cf. Heimbach prolegg. Auth. LXXIII). Contuli ipse.

r = particulae librorum mss. Authentici duorum codici *R* adnexae.

V = codex bibliothecae caesariensis Vindobonensis lat. iur. civ. 19 membr. fol. saec. XIII—XIV (cf. Heimbach l. c. LXIII). Contuli ipse.

T = codex bibliothecae Monacensis lat. iur. civ. 10 saec. XIII (cf. Heimbach l. c. LVI). Lectionem huius codicis ex apparatu Heimbachii ubi e re videbatur enotavi, constanter repetere nolui.

t = eiusdem codicis folia aliquot in Berolinensem *R* singulari fato illata.

O = codex Orielensis bibliothecae Oxoniensis A II 7 saec. XIII. Novellam 17 cum eo libro contulit Krueger, idem paucas quae extant subscriptiones enotavit.

Escorial. = codex Escorialensis bibliothecae altae I S. 9 saec. XIII, unde inscriptiones et subscriptiones in suum usum exscriptas mihi commodavit Krueger.

Bamb. I. II = codices bibliothecae Bambergensis D I. 1 et D II. 11 saec. XIV, e quibus inscriptiones et subscriptiones exscripsit Heimbachius.

Ambrac. = codex Ambracensis Vindobonensis lat. iur. civ. 4 saec. XIII.

Neoburg. = codex Claustro-Neoburgensis 62 saec. XIII.

Paris. = codex Parisinus 4429 saec. XIII—XIV.

Pistor. = codex bibl. capit. Pistoriensis E 4. 2 saec. XII.

Vind. alter = codex Vindobonensis ms. Eugenii 157 saec. XIV.

Horum quinque librorum scripturas si quas citavi repetii ex farragine editionis Authentici a Gust. Ern. Heimbachio curatae (Lips. 1846—1851).

dett. = deteriores, *al.* = alii codices.

ed. pr. = editio princeps Authentici (Romae a. 1476).

vulg. = vulgata lectio editionum cuius fere auctor est Contius (Paris. 1559. 1571 etc.)

edd. = editiones Authentici vel aliquot vel pleraeque.

Gr. = Graeca novellarum lectio.

a b litterulis ad codicum notas adpositis distinguitur librarii scriptura primaria (e. g. M^a) et secundaria (M^b)

1 2 3 numeris ad codicum notas adpositis distinguitur librarii manus (e. g. L^1) a correctoris correctorumve mutationibus (L^2, L^3). Ubi prima manus sola notatur, correctorem in codice reposuisse quod in contextu nostro editum est, ubi correctio sola, librarium codicis cum editis consentire significatur.

pr. et *corr.* distinguit priorem lectionem et correctam, si quando de auctore correctionis non satis constat.

s. v. = scriptura vel notula in codice supra versum adscripta.

in mg. = scriptura vel notula in codice in margine adscripta.

v. l. = varia lectio codicum vel unius codicis a tradita scriptura discrepans.

m. rec. = manus recens.

add(it) om(ittit) del(et) suppl(et) coll(ocat) scr(ibit) corr(igit) not(at) cit(at) coni(ecit) leg(endum) scrib(endum) vid(etur) lit(ura) ras(ura) ex corr(ectione) in spat(io) vac(uo) rubr(ica) inscr(iptio) subscr(iptio)

[ ] cancellis quae inclusa sunt delenda esse indicatur.

⟨ ⟩ uncis quae inclusa sunt, praeter codicum fidem addita esse indicatur.

Stellula * praefixa id quod in contextu editur ex mea emendatione repositum esse significavi.

R. Schoell.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΦΑΛΚΙΔΙΟΥ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω praetori*ων τὸ β΄, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.*

⟨Προοίμιον.⟩ Ἐνησχολημένοις ἡμῖν περὶ τὰς ἁπάσης τῆς πολιτείας φροντίδας, καὶ μικρὸν οὐδὲν αἱρουμένοις ἐννοεῖν, ἀλλ᾿ ὅπως ἂν Πέρσαι μὲν ἠρεμοῖεν, Βανδίλοι δὲ σὺν Μαυρουσίοις ὑπακούοιεν, Καρχηδόνιοι δὲ τὴν παλαιὰν ἀπολαβόντες ἔχοιεν ἐλευθερίαν, Τζάνοι τε νῦν πρῶτον ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων γενόμενοι πολιτείαν ἐν ὑπηκόοις τελοῖεν (τοῦτο ὅπερ οὔπω καὶ νῦν πλὴν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας δέδωκε Ῥωμαίοις ὁ θεός), ἐπιρρέουσι καὶ ἰδιωτικαὶ φροντίδες παρὰ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἀεὶ προσαγγελλόμεναι, ὧν ἑκάστῃ μὲν δίδομεν τὸν προσήκοντα τύπον. ὁπόσα δὲ συχνῆς μὲν ἀπολαύει τῆς κατὰ μέρος βοηθείας, δυνατὰ δέ ἐστιν ἐγγραφέντα νόμῳ κοινὴν ἅπασι δοῦναι τὴν ἐφ᾿ οἷς χρήζουσιν ὠφέλειαν, ταῦτα χρῆναι νομίζομεν καὶ νομοθετῆσαι καὶ παραδοῦναι τοῖς ὑπηκόοις αὐτόθεν βοηθοῦντα, καὶ μὴ τῆς ἀεὶ κελεύσεως τῆς ἐκ τῶν βασι-
1 *λέων δεόμενα. Ἀεὶ τοίνυν ἡμᾶς ἐνοχλοῦσιν οἱ μὲν ὑπὲρ πρεσβείων καταλελειμμένων οὐ μὴν διδομένων προσιόντες, οἱ δὲ ἐλευθεριῶν, οἱ δὲ ἑτέρου τινός, ὅπερ οἱ μὲν παραδόντες τοὺς κλήρους δοθῆναί τισιν ἢ γενέσθαι διετάξαντο, οἱ δὲ ἀγνωμόνως καὶ τῶν πραγμάτων ἐφίενται καὶ ταῦτα λαμβάνουσι, καὶ τὸ κελευσθὲν οὐ πληροῦσι· καίτοιγε καὶ τοῖς πάλαι νομοθέταις εἴρητο προσήκειν τὰς τῶν τελευτώντων διατυπώσεις, ὅσαι μὴ μάχονται νόμοις, πᾶσι πληροῦσθαι τρόποις. Ἀλλ᾿ ἐπειδὴ τοὺς οὕτω γεγραμμένους νόμους ἤδη κατὰ τὸ πλεῖστον ἀμεληθέντας εὕρομεν, ἀνακτήσασθαί τε*

R DE HEREDIBUS ET FALCIDIA.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. II.

⟨Praefatio.⟩ Occupatis nobis circa totius reipublicae curas, et parvum nihil eligentibus cogitare, sed quatenus Persae quidem quiescant, Vandali vero cum Mauris oboediant, Carchedonii autem antiquam recipientes habeant libertatem, et Tzani nunc primum sub Romanorum facti republica inter subiectos habeantur, quod nondum hactenus nisi sub nostro imperio dedit Romanis deus, incurrunt etiam propriae sollicitudines a nostris subiectis semper nuntiatae, quarum singulis quidem damus competentem formam. Quaecumque vero frequenti quidem potiuntur per partes auxilio, possibilia tamen sunt scripta lege ⟨ut⟩ communem omnibus praestent, in quibus opus habent, utilitatem, haec oportere putamus et lege sancire et tradere subiectis per se iuvantia et non semper
1 iussione Imperatorum egentia. Semper igitur nobis importuni sunt alii quidem pro legatis relictis, non tamen praebitis adeuntes, alii vero pro libertatibus, alii ob aliud quoddam, quod transmittentes quidem hereditates dari quibusdam aut fieri constituerunt, indevote autem et res adeunt et eas percipiunt, et quod est iussum non faciunt, cum utique etiam a veteribus legislatoribus dictum sit competere deficientium dispositiones, quaecumque non repugnant legibus, omnibus modis impleri. Sed quoniam ita positas leges iam plerumque neglectas invenimus, reparare eas iudicavimus oportere et tam

Nov. I (= Coll. I tit. 1: gloss.) Graece extat in ML, inde a medio capite 1 in A, cap. 1—4 in B 41, 4, 1, prooem. in B^Σ. — Epit. Theod. 1, Athanas. 9, 1. Iulian. const. I.

I
DE HEREDIBUS ET LEGE FALCIDIA.

Imp. Iustinianus A. Iohanni, gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Occupatis nobis universae reipublicae curis, nec parvi quid animo agitantibus, sed quomodo Persae quiescant, Vandali cum Mauris oboediant, Carthaginienses pristinam libertatem recuperatam obtineant, Tzanique nunc primum Romanorum reipublicae subiecti inter subditos habeantur (id quod nondum hactenus nisi sub nostro imperio dedit Romanis deus), affluunt etiam privatae curae a subditis nostris semper delatae, quarum suam cuique convenientem formam damus. Quaecumque vero frequenti singulatim auxilio fruuntur, lege autem perscripta communem omnibus ubi opus est utilitatem praebere possunt, ea lege sancienda subditisque tradenda putavimus, per se auxilio futura nec perpetua imperato-
1 *rum iussione indigentia. Semper igitur negotium nobis facessunt alii propter legata relicta nec tamen praestita nos adeuntes, alii propter libertates, alii propter aliud quid, quod qui hereditates reliquerunt dari quibusdam aut fieri iusserunt: ei vero quibus obtingunt improbe et appetunt bona et accipiunt nec iussa exequuntur; tametsi a veteribus etiam legislatoribus dictum sit defunctorum dispositiones, si quae legibus non repugnant, omnibus modis esse implendas. Sed quoniam leges ita conscriptas iam magna ex*

ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν Νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ —: αἱ τῶν εὐσεβῶν (ἤγουν βασιλικῶν s. v.) νόμων ἐπανορθώσεις. Νεαρὰ πρώτη M[2] ‖ 1 *Περὶ τῶν κληρονόμων καὶ τοῦ φαλκιδίου L (in quo rubricam praecedit inscriptio v. 3—5) B Athan. p. CVI Index reginae ϛ] περὶ τοῦ φαλκιδίου M περὶ κληρονομιῶν καὶ περὶ Φαλκιδίου Theod.* ‖ 4 *εώας L* ‖ praetori*ων (s. v. πραετορίων) M πραιτωρίων L* ‖ 5 *πατρικίων M* ‖ 6 *ἁπάσας τὰς (τῆς L*[2]*) L* ‖ 7 *οὐδὲν] οὐ μὴν L* ‖ 10 *τηανοι? M*[1] ‖ 23 *ὑπὲρ ληγάτων πρεσβείων L* ‖ 24 *οὗπερ (ουπερ L*[1]*) L* ‖ 31 *νόμους om. L*

1 In nomine domini nostri (nostri *om. V*) Iesu Christi *praescr. RTV* ‖ 2 Falcidia] constitutio prima ℞ *add. V*, constitutio prima et si heres legata solvere noluerit *add. R rubr.* ‖ 3 I (*sic*) aug. Iohi pp scd *R*, *inscr. om. V* ‖ 7 parum *RTV* ‖ 8 sq. quiescunt *et* obediunt *RTV* ‖ uaiandali *V*[1] ‖ 9 *Carchedonii] et archedonii (arcedonii *V*) *RTV* ‖ autem *RV*, *del. V*[2], *om. vulg.* ‖ 10 *et Tzani] quānisi (q *del. R*[2]) *RT* quam *V*[1] qui *V*[2] ‖ 11 habentur *V*[2] ‖ 14 nuntiare *V*[1] ‖ 17 ut *om. RTV* ‖ 18 praestant *T*, praestare *coni. Heimbach* ‖ 24 quiddam *V*[2] *vulg.* ‖ 32 iudicamus *V*

αὐτοὺς ἡγησάμεθα δεῖν καὶ τοῖς τε περιοῦσι δοῦναι τὴν ἐξ αὐτῶν ἀσφάλειαν καὶ τοῖς τετελευτηκόσι τὴν
2 *ἐντεῦθεν ἀποτῖσαι τιμήν. Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο σκεπτέον, ὅτι δὴ τῶν διατιθεμένων τοῖς μὲν ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὁ νόμος ἀπονέμειν τινὰ μοῖραν προσώποις τισίν, ὡς δὴ τοῦτο κατ᾽ αὐτὴν τὴν φύσιν ὀφειλομένοις, ὁποῖον δή τι παισὶ καὶ ἐγγόνοις, καὶ πατράσι καὶ μητράσιν, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ἀδελφοῖς, καὶ εἴ τι τοιοῦτο πρόσωπον ἢ ἐν τοῖς ἐξ ἡμῶν ἢ ἐν τοῖς ἐξ ὧν ἐσμὲν ἠρίθμησαν οἱ νόμοι, τοῖς δὲ οὐδεμία καθέστηκεν ἀνάγκη μοῖραν διδόναι τινὶ τῆς ἑαυτῶν περιουσίας, ἀλλ᾽ αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ φιλοτιμία, πρὸς οὓς ἂν ὁ διατιθέμενος βούλοιτο φερομένη.*

viventibus praebere ex eis cautelam quam morienti-
2 bus hinc exhibere honorem. Primum itaque illud est cogitandum, quia testantibus aliis quidem necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam, tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est filiis et nepotibus, et patribus atque matribus, interdum vero etiam fratribus, et si quam huiusmodi personam aut in his, quae ex nobis sunt, aut ex quibus sumus, enumeraverunt leges, aliis autem nulla consistit necessitas partem dare quamlibet propriae substantiae, sed sua potestas eis largitur ad quoscumque testator voluerit proferenda.

CAPUT I.

⟨A⟩ *Τούτων οὖν ἡμῖν προδιωρισμένων, θεσπίζομεν τοὺς παρά τινων γεγραμμένους κληρονόμους ἢ καὶ τυχόντας* fideicommissω*ν, τῶν καθ᾽ ὁμάδα τυχὸν ἢ κατ᾽ εἶδος, ἢ καὶ πρεσβείων, ἀνάγκην ἔχειν, ἅπερ ἂν ὁ διαθέμενος καὶ τιμήσας αὐτοὺς διατάξειεν, ἐκ παντὸς τρόπου πληροῦν, εἰ τὸ προσταχθὲν νόμιμον εἴη, ἢ εἰ μή τις αὐτὸ νόμος, εἰ καὶ μὴ γένοιτο παρὰ τοῦ τιμηθέντος, ἀλλ᾽ οὖν κύριον εἶναι ῥητῶς ἀποφαίνει.*
1 *Εἰ δέ τις μὴ πληρῶν τὸ διατεταγμένον, ἀλλ᾽ ἁρμόσαντος τῷ τετιμημένῳ τοῦ καταλειφθέντος ἐκ ψήφου δικαστικῆς ὑπομνησθεὶς ἐνιαυτὸν ὅλον ἑλκύσοι μὴ πράττων τοῦτο ὅπερ προσετάχθη, εἰ μέν τις ἐκείνων εἴη τῶν ἀναγκαστικῶς ἐκ τοῦ νόμου τι λαμβανόντων, εἰς πλεῖον δὲ ἢ καθ᾽ ὅσον ὁ νόμος αὐτῷ δίδοσθαι βούλεται γέγραπται κληρονόμος, τοσοῦτον λαμβάνειν μόνον, ὁπόσον ὁ νόμος αὐτῷ δίδοσθαι κατὰ τὴν τετάρτην τῶν ἐξ ἀδιαθέτου μοῖραν συγχωρεῖ, τὸ δὲ ἄλλο σύμπαν ἀφαιρεῖσθαι, καὶ εἰ μὲν καὶ ἕτεροί τινες γεγραμμένοι τυγχάνουσι κληρονόμοι, προσαύξειν ἐκείνοις κατὰ τὸ μέρος τῆς ἐνστάσεως, ὅπερ ἑκάστῳ προσνενέμηται. Εἰ δὲ μηδεὶς ἄλλος εἴη κληρονόμος, ἢ τύχοιεν μὲν γεγραμμένοι τινές, μὴ προσίοιεν δὲ τῷ κλήρῳ, τηνικαῦτα τὸ ἀφαιρούμενον προστιθέσθω τοῖς ἄλλοις πράγμασιν, καὶ ἄδεια παρεχέσθω καὶ ληγαταρίοις καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις καὶ οἰκέταις ἐλευθερίᾳ τιμηθεῖσι προσιέναι καὶ τοῦτο οἰκειοῦσθαι, ἐφ᾽ ᾧ πᾶσι τρόποις τὸ προστεταγμένον πληρῶσαι· ἀσφαλείας δηλαδὴ πρότερον παρ᾽ αὐτῶν γινομένης, καθάπερ ἂν ὁ*

His igitur a nobis praeordinatis sancimus, eos, qui ab aliquibus scripti sunt heredes, aut meruerunt fideicommissa, per universitatem forsan aut per speciem, aut legatum, necessitatem habere, quaecumque testator et honorans eos disposuerit, ex omni modo complere, si quod praecipitur legitimum sit, aut si non illud aliqua lex, vel si non fiat ab eo qui honoratus est, tamen ratum esse expresse iam demonstret.
1 Si quis autem non implens quod dispositum est, sed dum competat ei qui honoratus est, quod relictum est, et ex decreto iudicis admonitus annum totum protraxerit, non agens hoc quod praeceptum est, si quidem aliquis illorum fuerit, qui necessarie ex lege percipiunt, in plus autem, quam quod lex ei dari vult, scriptus est heres, tantum accipiat solum, quantum lex ei dari secundum quartam aut ab intestato partem concedit, aliud vero totum auferri. Et si quidem etiam alii quidam scripti sunt heredes, adcrescere illis secundum partem institutionis, quae unicuique distributa est; si vero nullus alter sit heres, aut sint quidem scripti quidam, non autem adeant hereditatem, tunc quod aufertur adiciatur aliis rebus, et licentia praebeatur et legatariis et fideicommissariis et servis libertate honoratis adire et hoc adquirere, ita ut omnibus modis quod praeceptum est impleatur: cautione videlicet prius ab eis facta, se-

cap. I summaria habent Ῥοπαί 24, 38 et Anonymus Bodleianus ap. Zachariae Ἀνέκδοτα p. 212.

parte neglectas invenimus, eas instaurandas existimavimus, et tam superstitibus securitatem ex illis prae-
2 *standam quam defunctis honorem inde persolvendum. Primum igitur illud considerandum est, aliis testatoribus legem necessitatem imponere partem aliquam personis quibusdam tribuendi utpote quod ipso iure naturae eis debeatur, velut liberis et nepotibus, patribus et matribus, interdum etiam fratribus, et si quam eiusmodi personam vel inter eos qui ex nobis sunt, vel ex quibus nos sumus, leges numeraverunt; aliis vero nullam incumbere necessitatem partem aliquam bonorum suorum cuiquam relinquendi, sed suo arbitrio stare liberalitatem ad quemcumque voluerit testator conferendam.*

I. *His igitur a nobis ante dispositis sancimus iis, qui heredes a quibusdam scripti sunt vel fideicommissa, universalia puta aut singularum rerum, vel etiam legata acceperunt, necessitatem incumbere quaecumque testator vel qui eos honoravit praeceperit omni modo implendi, si quod iniunctum est legitimum sit, aut nisi lex aliqua, etiamsi non fiat ab eo, qui honoratus est, tamen id ratum esse expresse declarat.*
1 *Quod si quis non impleat quod praeceptum est, sed, cum competat quod relictum est honorato, sententia iudiciali admonitus integrum annum traxerit non agens id quod imperatum est, si quidem ex eorum numero sit, qui necessario ex lege aliquid capiunt, in plus autem quam quantum lex ei dari vult, heres scriptus sit, tantum capiat solum, quantum lex pro quarta parte ab intestato ipsi dari permittit, reliquum vero omne ei auferatur, et si alii quoque heredes scripti sunt, illis pro parte institutionis quae cuique tributa est accrescat. Sin nullus alius heres sit, aut si scripti quidem sint aliqui, hereditatem vero non adeant, tunc quod aufertur reliquis bonis adiciatur, et venia detur legatariis et fideicommissariis et servis libertate honoratis adeundi et ea vindicandi, ita tamen, ut omnibus modis quod praeceptum est impleant; cautione*

1 *αὐτὸ L* ‖ 7 *ἐκγόνοις L* ‖ *πατράσι] παισὶ* M^1 ‖ 8 *ἔσθ᾽ ὅτε M] καὶ ἔσθ᾽ ὅτε* LB^{Σ} ‖ 11 *τινὶ M] τινὰ* LB^{Σ} *ς* ‖ 12 *αὐτεξουσίοις* L^1 ‖ 16 fidicomissωn (*ἤτοι ἀποκαταστάσεων s. v.* M^2) *M ἀποκαταστάσεως B* ‖ 17 *ἢ πρεσβείων (καὶ ληγάτων s. v.* L^2) *LB ς* ‖ *ὅπερ L* ‖ 20 *αὐτὸ] αὐτοῦ s. αὐτῶν* L^b ‖ *εἰ] ἐστὶ s. v.* L^2 ‖ 21 *ἀποφαίνοι Haloander* ‖ 23 *ἐκ ψήφου]* et ex decreto *ς* ‖ 24 *ἑλκοίσει (ἑκοίσει* L^a) *L* ‖ 29 *τρίτην* L^1B (*cf.* B^{Σ} *d*) ‖ 31 *καὶ post μὲν om. L* ‖ 37 *ἄδεια παρεχέσθω Haloander ς, ἄδειαν παρεχέτω MLB* ‖ *καὶ om. L* ‖ 38 fidicomissariοις (*s. v. ἤγουν τὴν ἀποκατάστασιν λαμβάνουσιν*) *M φειδικομισαρίοις L* ‖ 41 *αὐτοῦ* M^a

1 morienti *R* ‖ 3 recogitandum *V* ‖ 12 eis *in litura R* ei *V* ‖ *an* sed suae potestatis est largitas? (*sim. Contius*) ‖ 15 merunt V^1T^1 ‖ 18 ex] *del.* R^2, ea V^2 ‖ 20 qui] q* V^1 ‖ 23 qui] quod V^1 ‖ 24 et ex (ēx R^1) *RT*] etiam ex *V al.* ‖ 26 eorum VT^1 ‖ 27 quam *om. V* ‖ 28 scriptum R^1 ‖ tantum ē solum accipiat *R* ‖ 29 dari] uult *add. R* ‖ aut *del. vulg.* ‖ 33 descributa R^1 ‖ 35 quod *om.* V^1 ‖ 36 et legatariis] quidem legatariis *V*

τῶν πραγμάτων καὶ τῶν προσώπων ἐπιδέχοιτο τρόπος, ὅτι τὰ πράγματα λαβόντες πράξουσιν ἐπ' αὐτοῖς, ἅπερ ὀρθῶς γουλήθησαν οἱ διαθέμενοι. ἢ εἴπερ μηδεὶς τῶν μνήμης ἐν τῇ διαθήκῃ τυχόντων βουληθείη προσελθεῖν, τουτέστι συγκληρονόμος ἢ ληγατάριος ἢ φιδεϊκομμισσάριος ἢ οἰκέτης ἐλευθερίᾳ τετιμημένος, τηνικαῦτα ἐπὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου, οὓς ὁ νόμος καλεῖ μετὰ τὸν γεγραμμένον μέν, τῇ νομίμῳ δὲ ὑπὸ τοῦδε τοῦ νόμου περικλεισθέντα μοίρᾳ, φέρεσθαι τὰ πράγματα, καὶ αὐτοὺς ὁμοίως διδόντας ἀσφάλειαν, ὅτι πληροῦσι τὰ τῇ διαθήκῃ περιεχόμενα. Ἄτακτον δὲ οὐδὲν οὐδὲ συγκεχυμένον οὐδὲ ἐπὶ τούτων γίνεσθαι βουλόμεθα, ἀλλ' ὁ πρῶτος κατὰ τὴν τάξιν καλούμενος μετὰ τὸν ἤδη περικεκλεισμένον ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ καθ' ἡμᾶς, οὗτος καλείσθω πρότερος, εἶτα ὁ μετ' ἐκεῖνον, καὶ ἐφεξῆς οὕτως, ἕως ἂν ὁ τελευταῖος ἐκλιπὼν χώραν ποιήσῃ καὶ τῶν ἔξωθέν τινι, βουλομένῳ καὶ προσελθεῖν καὶ τὰ καταλελειμμένα πληρῶσαι. μεθ' οὓς καὶ τὸ δημόσιον, εἴγε βούλοιτο, τίθεμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ληγαταρίων καὶ φιδεϊκομμισσαρίων τοιαύτην εἶναι βουλόμεθα τάξιν, ὥστε προτέρῳ δίδοσθαι παρρησίαν τῆς προσελεύσεως τῷ καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίῳ, ἢ πλειόνων ὄντων τῷ μείζονα μοῖραν ἔχοντι, ἐπειδὴ καὶ μίμημά τι κληρονόμου καθέστηκε, καὶ μάλιστα ἐφ' ἡμῶν, οἵπερ τῷ Τρεβελλιανίῳ μόνῳ δόγματι δεδώκαμεν ἐπὶ τῶν τοιούτων φιδεϊκομμίσσων χώραν, τὰς τοῦ Πηγασιανίου περιόδους μισήσαντές τε καὶ ἐκβαλόντες. εἰ δὲ ἢ οὐκ εἴη τις καθ' ὁμάδα τετιμημένος ἢ οὐ βούλοιτο πρᾶξαι τὸ κελευσθέν, ἐπὶ τοὺς τοῖς μείζοσιν ἰδικοῖς ληγάτοις ἢ καὶ φιδεϊκομμίσσοις τετιμημένους τὴν τοιαύτην ἔρχεσθαι παρρησίαν. οὕτω τε καὶ τοῖς οἰκέταις δίδοσθαι καιρὸν τοῖς ἐλευθερίᾳ τετιμημένοις καὶ προσιέναι καὶ ἐλευθέρους ἀσφαλῶς εἶναι καὶ τὰ πράγματα λαμβάνειν καὶ πληροῦν τὰ κελευσθέντα μετὰ τῆς ἔμπροσθεν εἰρημένης ἀσφαλείας. Εἰ δὲ μηδεὶς εἴη τῶν ληγαταρίων ἢ φιδεϊκομμισσαρίων τῶν καθ' ὁμάδα ἢ καὶ κατ' εἶδος μείζονι μοίρᾳ ἢ πρεσβείῳ τετιμημένος, ἀλλὰ πάντες ἴσην ἐπέχοιεν τύχην, τηνικαῦτα προκρίνεσθαι μὲν καὶ οὕτως τοὺς καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίους διὰ τὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον λόγον, ἢ τὸν ἐξ αὐτῶν βουλόμενον πληρῶσαι τὸ προστεταγμένον, τοὺς δὲ λοιποὺς ληγαταρίους ἢ φιδεϊκομμισσαρίους, ὅσοι μηδὲν ἀλλήλων ἐν τῷ καταλελειμμένῳ προέχουσι, καὶ πάντας, εἰ βούλοιντο, καλεῖ-

cundum quod personarum vel rerum receperit modus quia res accipientes agunt in eis, quae recte voluerunt testatores. Si vero nullus horum, de quibus testamento memoria facta est, voluerit adire, hoc est coheres aut legatarius aut fideicommissarius aut servus libertate honoratus, tunc ad alios, quos lex ab intestato vocat post eum quidem, qui scriptus est, et legitima per hanc legem parte exclusus, deferri res, et ipsos similiter praebentes cautionem, quia complent, quae testamento continentur. Inordinatum vero nihil neque confusum nec in his fieri volumus, sed primus secundum ordinem vocatus post eum, qui iam exclusus est a lege nostra, ita vocetur prior, deinde qui post illum est, ⟨et⟩ ita de cetero, donec ultimus relictus locum faciat etiam alicui exterius venientium, et adire et quae relicta sunt implere; post quos etiam fiscum, si voluerit, ponimus. Etenim in legatariis et fideicommissariis hunc esse volumus ordinem, ut detur licentia aditionis priori per universitatem fideicommissario, aut multis existentibus maiorem partem habenti, quoniam et in similitudinem heredis consistit, et maxime apud nos, qui Trebelliano solo dogmati dedimus in talibus fideicommissis locum, Pegasiani circuitiones odio habentes et expellentes. Si vero aut non fuerit quispiam per universitatem honoratus aut noluerit agere quod iussum est, ad eos, qui maioribus propriis legatis aut fideicommissis honorati sunt, huiusmodi venire fiduciam. Sic quoque servis dari tempus, qui libertate honorati sunt, et adire, et liberis cautum esse, et res percipere, et complere quae iussa sunt, cum praedicta dudum cautione. Si vero nullus fuerit legatariorum vel fideicommissariorum per universitatem aut per speciem maiori parte aut in legato honoratus, sed omnes aequalem habuerint fortunam, tunc praeponi quidem etiam sic per universitatem fideicommissarios propter dictam dudum rationem, aut eum, qui ex eis voluerit implere quod praeceptum est; reliquos autem legatarios vel fideicommissarios, quicumque nihil alterutros in hoc, quod relictum est, antecedunt, etiam omnes, si voluerint, vocari, aut

scilicet prius ab iis praestanda prouti rerum vel personarum ratio admittat se rebus acceptis inde executuros quae recte testatores voluerunt. Quodsi nemo eorum, quorum in testamento facta est mentio, adire velit, id est coheres vel legatarius vel fideicommissarius vel servus libertate honoratus, tunc ad reliquos ab intestato, quos lex vocat post scriptum quidem heredem, sed intra legitimam tantum portionem per hanc legem coactum, bona deferantur, et ipsos similiter praestituros cautionem se ea, quae testamento continentur, impleturos esse. Nihil vero inordinati neque confusi ne in his quidem fieri volumus, sed qui primus ex ordine vocatur post eum, qui iam nostra lege circumscriptus est, is prior vocetur, deinde qui post eum est, et sic deinceps, donec ultimus deficiens locum faciat etiam extraneorum alicui, qui et adire et relicta implere velit; post quos etiam fiscum, si quidem voluerit, ponimus. Etenim et in legatariis et fideicommissariis talem ordinem esse volumus, ut priori detur fideicommissario universali, vel si plures sint, maiorem partem habenti licentia adeundi, quia et instar heredis est, idque maxime apud nos, qui soli Trebelliano SCto in talibus fideicommissis locum dederimus, ambagibus Pegasiani odio habitis et explosis. Si vero aut nullus sit fideicommisso universali honoratus aut nolit quod imperatum est facere, ad eos, qui maioribus legatis specialibus sive fideicommissis honorati sunt, eiusmodi facultas veniat; itaque etiam servis libertate honoratis opportunitas detur et adeundi et libertate secure fruendi et bona accipiendi et imperata implendi cum praedicta cautione. Sin autem nemo legatariorum aut fideicommissariorum, universalium aut particularium, maiore portione vel legato honoratus sit, sed omnes aequali sint condicione, tunc quidem utique praeferantur fideicommissarii universales, ob ea quae ante a nobis dicta sunt, vel quicumque ex illis quod praeceptum est implere vult. Reliqui vero legatarii vel fideicommissarii, quicumque in eo, quod relictum est, nihil alter alteri praestant, universi, si velint, vocentur, vel qui ex illis

1 *τῶν πραγμάτων καὶ τῶν προσώπων*] personarum vel rerum ς ‖ 2 *πράττουσιν L* ς ‖ 3 *ἢ εἴπερ*] Si vero ς ‖ 5 *ἢ φιδεϊκομισσάριος M*] *ἢ ὁ τὴν ἀποκατάστασιν λαμβάνων M^2B, om. L* ‖ 10 *διδόντας*] *διδόναι τὴν B* ‖ 14 *ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ*] *τῷ νόμῳ τῷ L* ‖ 15 *οὗτος*] ita (*i. e. οὕτως*) ς ‖ 16 *ἐκλείπων L* ‖ 19 *τὸν δημόσιον LB* ‖ 22 *φιδεικομισσαρίων M λαμβάνοντι τὴν ἀποκατάστασιν B* ‖ 24 *κληρονόμοις L^1 κληρονόμος L^2* ‖ 25 *οἵπερ*] *cf. Inst.* 2, 23, 7 ‖ *τρεβελλανείῳ M* ‖ 30 *καὶ om. L*ς ‖ 33 *ἐλευθέροις* ς? ‖ 36 *ἢ φιδικομισσαρίων M*] *om. L^1, ἢ τῶν* ficomi^s *s. v. L^2* ‖ 37 *μοῖρα τετιμημένα* (*τετιμημένος m.* 2) *ἢ πρεσβείῳ L* ‖ 40 *τὸν ἔμπροσθεν*] *ab his vv. inc. A f.* 221 ‖ *ἡμῖν om. A* ‖ 41 *τῶν ἐξ αὐτῶν βουλομένων A* ‖ 42 *προσταττόμενον L* ‖ 43 *ὅσοι*] *om. L^1, οἳ L^2A*

2 uolunt R^1 ‖ 14 et *om. RTV* ‖ 15 etiam] et etiam *R* set etiam V^1 ‖ 16 uolenti *post* uenientium *add. dett., recte* ‖ 17 etiamſi fiscum si V^1 ‖ 19 prior* V^1 ‖ 22 similitudine *V* ‖ 23 qui] qui ex V^1 ‖ soli R^2V^2 ‖ 29 dare V^1 ‖ 30 libertis V^1 ‖ 35 habuerunt aequalem *V* ‖ 38 quod *om.* V^1

σθαι, ἢ τοὺς ἐξ αὐτῶν βουλομένους. Εἰ δὲ μηδεὶς ληγατάριος ἢ φιδεϊκομμισσάριος ἕλοιτο τοῦτο πρᾶξαι, δίδομεν τοῖς οἰκέταις παρρησίαν τοῖς ἐλευθερίᾳ τετιμημένοις κατὰ τὴν τάξιν τῆς ὀνομασίας, καθ' ἣν αὐτοὺς ὁ δεσπότης ὠνόμασε, κατὰ τοῦτο ἔχειν τὴν πρὸς
2 *ἀλλήλους προτίμησιν. Καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα νομοθετοῦμεν, ἔνθα ἀναγκαστική τις ὑπόκειται δόσις εἴς τινα τῶν ἐκ φύσεως ὀφειλομένων τινὰ διαδοχὴν παρὰ τοῦ διαθεμένου τε καὶ τελευτῶντος. Εἰ δὲ οὐδὲν ὑπόκειται τοιοῦτον πρόσωπον ἐν ταῖς ἐνστάσεσιν, ἀλλ' ἑκούσιος ἡ φιλοτιμία τῆς διατυπώσεως παρὰ τοῦ διαθεμένου γίνοιτο, εἶτα ὁ γεγραμμένος οὐ πληροῖ τὸ προστεταγμένον εἴσω τοῦ ῥηθέντος ἡμῖν ἔμπροσθεν χρόνου, ἤ τοι τὸν μὲν ἀφαιρεῖσθαι πάντων τῶν καταλελειμμένων, οὐδ' ὁτιοῦν οὔτε κατὰ Φαλκιδίου πρόφασιν οὔτε κατ' ἄλλην αἰτίαν λαβεῖν δυνάμενον. Ὁμοίως δὲ τὰ αὐτὰ κρατεῖν, καὶ εἰ μὲν εἶεν συγκληρονόμοι, τούτους καλεῖσθαι, ἐπείτοιγε εἰς φιδεϊκομμισσαρίους καὶ ληγαταρίους καὶ οἰκέτας καὶ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου πάντας κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν παραδεδομένην τάξιν τὰ πράγματα χωρεῖν, πανταχοῦ τοῦ βάρους συνημμένου τοῦ δεῖν πληροῦν ταῦτα, ἅπερ ὁ διαθέμενος κατὰ νόμον, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόν-*
3 *τες ἔφθημεν, ἐπιτάξειεν. Εἰ δὲ ἡ ἔνστασις καὶ ὑποκατάστασιν ἔχοι, πρόδηλον ὡς πρότερον ἐπὶ τὸν ὑποκατάστατον βουλόμενον ἐλεύσεται τὰ πράγματα πάντα κατὰ τὸν νόμον πληροῦντα τὰ καταλελειμμένα. οὕτω τε ἐκείνου μὴ βουλομένου, τηνικαῦτα ἐπί τε τοὺς συγκληρονόμους καὶ ληγαταρίους καὶ οἰκέτας καὶ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοὺς ἔξωθεν καὶ τὸ δημόσιον κατὰ τὴν παρ' ἡμῶν εἰρημένην παρατήρησιν τὰ ἀφαιρούμενα παραγενήσεται, πληροῦντας πανταχοῦ τὰς τῶν τελευτώντων νομίμους διατυπώσεις. διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τοσαύτας εἴδομεν διαδοχάς, ἵνα μὴ μείνειεν ἀπροσέλευστος ὁ τοῦ τελευτῶντος κλῆρος.*
4 Exheredat*ους δὲ παῖδας, εἴ γε δικαίως παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποκλεισθεῖεν καὶ μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς ἔχοιεν γνώμης, οὐ καλοῦμεν οὐδὲ προσιέμεθα, κἂν εἰ μυριάκις βουληθεῖεν. Εἷς γὰρ ἐστὶ τῷ νόμῳ σκοπός, τὰ διατεταγμένα παρὰ τῶν τελευτώντων πληροῦσθαι. τὸν γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ διαθεμένου τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀπελαυνόμενον πῶς ἂν εἴη δίκαιον καλεῖν εἰς πράγματα, ὧν αὐτὸν ἐκεῖνος διὰ τῆς ἐπ' αὐτῷ ῥητῶς γενομένης* exheredation*ος γενέσθαι μέτοχον οὐκ ἠβου-*

qui ex eis voluerint. Si vero nullus legatarius aut fideicommissarius elegerit hoc agere, damus servis licentiam libertate honoratis secundum ordinem denominationis, per quam eos dominus denominavit, secundum hoc habere in alterutros praepositionem.
2 Et haec quidem omnia sancimus, ubi necessaria quaedam subiacet datio in aliquo, cui ex natura debetur quaedam successio a testatore et moriente. Si vero nulla subest huiusmodi persona in institutionibus, sed spontanea largitas dispositionis a testatore fiat, deinde scriptus non compleat quod praecipitur intra praedictum a nobis dudum tempus, illum quidem privari omnibus relictis, nihil penitus neque per Falcidiae occasionem neque per aliam causam percipere valentem. Similiter autem talia obtinere: et si quidem sint coheredes, hos vocari, alioquin ad fideicommissarios et legatarios et servos et omnes ab intestato secundum prius a nobis traditum ordinem res venire, ubique onere cohaerente, quatenus oporteat compleri ea, quae testator secun-
3 dum legem, sicut prius diximus, imperavit. Si vero institutio etiam substitutionem habuerit, certum est, quia prius ad substitutum volentem venient omnes res secundum legem complentem quae relicta sunt, et sic illo nolente tunc ad coheredes et legatarios et servos et qui ab intestato et qui extra sunt et fiscum secundum a nobis datam observationem ea, quae auferuntur, venient, complentes ubique deficientium legitimas dispositiones: propterea namque etiam ad tantas respeximus successiones, ut non re-
4 maneat sine aditione morientis hereditas. Exheredatos autem filios, si iuste a patre exclusi sint et nihil ex patris habeant voluntate, non vocamus neque respicimus, licet decies milies velint. Una enim est legis intentio, ut quae disposita sunt a morientibus impleantur; eum enim, qui ab ipso testatore propria substantia pulsus est, quomodo erit iustum vocare ad res, quarum eum ille per exheredationem factam in eum expressim fieri participem noluit? Si vero

---

voluerint. Quodsi nullus legatarius vel fideicommissarius hoc facere voluerit, servis libertate honoratis veniam damus, ut secundum ordinem nominationis, quo dominus eos nominaverit, ita inter se habeant
2 *praerogativam. Et haec quidem omnia sancimus, ubi de necessaria agitur datione in eorum aliquem conferenda quibus natura successio a testatore et defuncto debetur. Si vero eiusmodi persona nulla subest in institutionibus, sed voluntaria liberalitas dispositionis a testatore fiat, et deinde scriptus heres intra tempus a nobis praedictum id quod praeceptum est non impleat: ille vero omnibus, quae relicta sunt, privetur, ut neque Falcidiae nomine neque ex alia causa quicquam capere possit. Similiter autem eadem obtineant, et siquidem coheredes adsint, hi vocentur, alioqui ad fideicommissarios et legatarios et servos et omnes ab intestato secundum ordinem a nobis ante traditum bona veniant, onere ubique annexo im-*
3 *plendi ea, quae testator legitime, sicut ante iam diximus, imperaverit. Si vero institutio etiam substitutionem habet, manifestum est prius ad substitutum, si velit, ventura esse bona relicta, omnia secundum legem implentem; pariterque illo nolente tunc ad coheredes et legatarios et servos et heredes ab intestato et extraneos et fiscum secundum dictam a nobis observationem quae auferuntur pervenient, qui omnino legitimas defunctorum dispositiones impleant. Propterea enim ad tot successiones respeximus, ne hereditas*
4 *defuncti non adita maneat. Exheredatos vero liberos, si modo iuste a patre exclusi sint nec quicquam ex voluntate patris habeant, non vocamus neque admittimus, etiamsi sescenties velint. Una enim est legis intentio, ut quae a defunctis praecepta sunt impleantur. Nam qui ab ipso testatore bonis suis exclusus est, qui iustum fuerit eum ad bona vocare, quorum eum ille per exheredationem nominatim factam participem fieri noluit? Quod vero partem ei qui voluntatem defuncti non implet ablatam primum ad substi-*

---

3 *τοῖς ante ἐλευθερίᾳ om. A* ‖ 5 *ὀνομάσει A* ‖ 8 *τὸν ἐκ φύσεως ὀφειλόμενον A* ‖ 9. 10 *οὐδὲ ἓν ὑπόκειται τῶν τοιούτων προσώπων A* ‖ 11 *ἡ om. A* ‖ 12 *γένοιτο BA* ‖ 14 *ἤτοι M] om. LAB ς* ‖ *πάντων om. A* ‖ 15 *μηδ' ὁτιοῦν κατὰ φαλκίδιον ἢ κατ' ἄλλην αἰτίαν A* ‖ 16 **οὐδὲ κατ'* libri ‖ 17 *ὅμως A* ‖ *τὰ αὐτὰ]* talia (*i. e. τοιαῦτα*) *ς* ‖ *συγκληρονόμους L*[1] ‖ 18 *αὐτοὺς A* ‖ *ἐπείτοιγε εἰς] ἐπὶ δὲ τοὺς A* ‖ 21 *πανταχοῦ] πᾶσι A* ‖ 22 *πληροῦντα ταῦτα L*[1] ‖ *πληροῖν* (sic) *ἅπερ ὁ διαθέμενος κατὰ τὸν νόμον τὸν εἰρημένον ἔμπροσθεν ἐπιτάξοιεν A* ‖ 24 *δὲ ἡ om. A (in marg. ιδ' περὶ ὑποκ[αταστάσεως])* ‖ 25 *ἐπὶ] ὑπὸ A* ‖ 27 *τὸν om. A* ‖ 29 *post ληγαταρίους add. καὶ φιδεϊκομμισσαρίους?* ‖ 30 *τὸν δημόσιον A* ‖ 32 *πανταχόθεν B* ‖ 35 *μείνοι M* ‖ 36 *ιε κατὰ τῶν ἀ[ποκλήρων] A in mg.* ‖ *ἐξνερεδάτους MA ἀποκλήρους LB* ‖ *εἴγε] εἴτε A* ‖ 37 *πατρὸς κλησθεῖεν ἢ καὶ μηδὲν ὅλως ἔχοιεν αἴτιον τῆς τοῦ πατρὸς φιδικομμίσσου καλουμένης, οὐ προσιέμεθα A* ‖ 40 *πληρῶσαι A* ‖ 43. 44 *ῥητῶς γενομένης ἐξ*heredationos (*ἐξν*: eredaτίονος *L ἤτοι ἀποκηρύξεως s. v. M*[2]) *ML γενομένης ῥητῶς ἐξνερεδατίωνος A γενομένης ἀποκηρύξεως ῥητῶς B*

---

1 uoluerit *V* ‖ 3 libertate elegerit honoratis *R*[1] ‖ 7 subiaceat *V* ‖ 21 prius sicut *V*[1] ‖ 34 despicimus *R*

λήθη; Εἰ δὲ τὸ ἀφαιρούμενον μέρος παρὰ τοῦ μὴ πληροῦντος τὴν τοῦ τελευτήσαντος βουλὴν πρότερον ἠγάγομεν ἐπὶ τοὺς ὑποκαταστάτους, ἔπειτα ἐπὶ τοὺς συγκληρονόμους, καὶ μετ᾽ ἐκείνους ἐπὶ ληγαταρίους καὶ φιδεϊκομμισσαρίους, καὶ πρός γε καὶ οἰκέτας, οὕτω τε ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν καὶ τοὺς ἔξωθεν καὶ τὸ δημόσιον ἤλθομεν, οὐκ ἀπὸ τρόπου τοῦτο γέγονεν, οὐδὲ ἐκ τοῦ παρήκοντος, οὐδὲ ὡς ἄν τινα καὶ διαλάθοι τὸ προσῆκον, ἀλλ᾽ ἐκ προνοίας καὶ κατὰ τὸν νόμον· ἵνα πεπερασμένων πρῶτον ἁπάντων τῶν κατὰ τὰς διαθήκας προσώπων, εἶτα ἀπειπόντων, οὕτως ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν καὶ τοὺς ἄλλους ἀφικώμεθα. Ἐφ᾽ ἁπάντων δέ, ἐφ᾽ ὧν τῶν προγεγραμμένων οὐ πληρούντων καλοῦμεν ἢ τὰ ἐκ τῆς διαθήκης πρόσωπα ἢ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοὺς λοιπούς, δίδομεν ἅπασι τοῖς τοιούτοις προσώποις γίνεσθαι κληρονόμοις καὶ aditionos *ἤτοι* pro herede gestionos *ἔχειν δίκαιον (ταῦτα δὴ τὰ τοῦ νόμου ῥήματα), καὶ ὡς κληρονόμους ἅπαντα πράττειν, ἐναγομένους τε καὶ ἐνάγοντας· τοῦτο ὅπερ καὶ οἱ παλαιότατοι τῶν νόμων ἐκ τῆς οἰκείας αὐθεντίας ἐδίδοσαν, καὶ κληρονόμους ἐποίουν τοὺς οὐδὲ γεγραμμένους κληρονόμους οὐδὲ ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὸν κλῆρον καλουμένους. Τούτων ἁπάντων κρατούντων, κἂν εἰ μὴ παρὰ κληρονόμου, παρὰ δὲ ληγαταρίου ἢ φιδεϊκομμισσαρίου ἢ τοῦ* mortis causa *δωρεὰν λαβόντος δοθῆναί τι ἢ γενέσθαι ὁ διαθέμενος ἠβουλήθη· τῆς αὐτῆς τάξεως προφάσει τῶν ἀφαιρουμένων πραγμάτων φυλαττομένης, καὶ ἀρχομένης μὲν ἀπὸ τῶν ὑποκαταστάτων τοῦ ληγαταρίου, ληγούσης δὲ εἰς τὸ δημόσιον. Καὶ μηδεὶς πρὸς τὸν νόμον δυσχεραινέτω τοῦτον, ὡς τῶν καταλελειμμένων ἀποστερούμενος, ἀλλ᾽ ἐννοῶν, ὡς ἅπασιν ἀνθρώποις πέρας ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, μὴ μόνον τὸ παρ᾽ ἑτέρων αὐτὸς λαβεῖν θεωρείτω, προσεννοείτω δέ, ὅτι καὶ αὐτὸς ἑτέροις τελευτῶν ἐπιτάξει, καὶ εἰ μὴ τῆς παρὰ τοῦδε τοῦ νόμου τύχοι βοηθείας, οὐδὲν ὧν ἂν μετὰ σπουδῆς ἁπάσης διατάξειεν, εἰς ἔργον ἄξει. οὐ γὰρ τοῖς ἐφ᾽ ἡμῶν οὐδὲ τοῖς νῦν μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ παντὶ καὶ τῷ μετὰ ταῦτα ῥέοντι νομοθετοῦμεν χρόνῳ.*

ablatam partem a non complente morientis voluntatem prius deduximus ad substitutos, deinde ad coheredes, et post illos ad legatarios et fideicommissarios, nec non et servos, et ita ad eos, qui ab intestato vocantur, et ad extraneos atque fiscum venimus, non absurde hoc factum est nec inaniter, nec quasi aliquem lateat quod decet, sed ex providentia et secundum legem, ut finitis primum omnibus secundum testamenta personis, deinde abrenuntiantibus, ita ad eam quae est ab intestato vocationem et alios veniremus. In omnibus autem, in quibus scriptis non complentibus vocamus aut ex testamento personas aut ab intestato et ceteros, damus omnibus talibus personis fieri heredes et aditionis aut pro herede gestionis habere ius (haec enim legis verba sunt), et tanquam heredes omnia gerere, et conventos et convenientes: hoc quod etiam antiquissimae leges ex propria auctoritate praestabant, et heredes faciebant eos, qui neque scripti heredes neque ab intestato ad hereditatem vocabantur. His omnibus obtinentibus, licet non ab herede, sed a legatario aut fideicommissario aut mortis causa percipiente dari aliquid aut fieri testator voluerit; eodem ordine in occasione ablatarum rerum servando, et incohante quidem ab substitutis legatarii, terminante vero in fisco. Et nullus hanc legem duram habeat tanquam relictis privatus, sed considerans, quia omnibus hominibus terminus est vitae mors, non solum ab aliis ipse se percipere contempletur, sed cogitet, quia et ipse aliis moriens imperabit, et si non huius legis mereatur auxilium, nihil horum, quae cum omni studio disposuerat, ad perfectum perducet. Non enim his, qui sub nobis neque qui nnnc solum sunt hominibus, sed omni et post haec currenti tempori legem ponimus.

CAPUT II.

B̅ *Ἐντεῦθεν ἡμᾶς εἰσῆλθε βουλὴ καί τις ἔννοια τοῦ Φαλκιδίου νόμου, ὃς καὶ ἀκόντων τῶν διατιθεμένων,*

Hinc nobis ingressa est cura et quaedam consideratio Falcidiae legis, quae etiam invitis testatori-

tutos, deinde ad coheredes, atque post eos ad legatarios et fideicommissarios, ac praeterea ad servos transtulimus, itaque ad eos qui ab intestato vocantur et extraneos ac fiscum venimus, id non temere factum est neque inconsiderate neque quasi quem lateat quod conveniens est, verum consulto et secundum legem: ut perquisitis prius omnibus deinceps personis testamento scriptis, iisque recusantibus, ita demum ad eos, qui ab intestato vocantur, ceterosque perveniremus. In omnibus vero casibus, ubi prius scriptis heredibus non implentibus eas personas, quae vel ex testamento vel ab intestato veniunt, et ceteras vocamus, concedimus omnibus eiusmodi personis heredes fieri atque aditionis sive pro herede gestionis (quae quidem verba legis sunt) ius habere, omniaque tamquam heredes agere, sive conveniantur sive conveniant; id quod antiquissimae etiam leges ex propria auctoritate dabant heredesque faciebant eos, qui neque scripti erant heredes neque ab intestato ad hereditatem vocabantur. Atque haec omnia obtineant, licet non ab herede, sed a legatario aut fideicommissario aut mortis causa donatario dari quid fierive testator voluerit; eodem ordine in causa rerum auferendarum servando, ut a substitutis quidem legatariis incipiat, in fisco vero desinat. Nec quisquam adversus hanc legem indignetur, quod iis, quae relicta sunt, privetur, sed considerans omnibus hominibus finem vitae esse mortem non id solum spectet, ut ab aliis ipse accipiat, sed praeterea cogitet se et ipsum moriturum aliis praecepta daturum, ac nisi auxilium ab hac lege habeat, nihil eorum quae cum omni studio disposuerit ad exitum esse perducturum. Non enim iis tantum, qui sub nostro imperio, vel qui nunc sunt hominibus, sed omni etiam posthac decurrenti tempori leges ferimus.

II. *Hinc nos consilium et consideratio aliqua legis Falcidiae subiit, quae invitis etiam testatoribus,*

1 *Εἰ*] *ι̅ϛ̅ A in mg.* ‖ 2 *βούλησιν B* ‖ 3 *εἶτα A* ‖ 5 *καὶ ante οἰκέτας om. A* ‖ *οὕτως* (*οὗτοι m.* 1) *τε A, τε om. M* ‖ 6 *τὸν δημόσιον A* ‖ 7 *ἄπο τρόπου MLA* (*ἀτόπως L*²) ‖ 9 *κατὰ νόμον A* ‖ 10 *πεπερασμένον A* ‖ *τὰς om. A* ‖ 11 *οὕτως*] *οὕτω τὲ L* ‖ 12 *ἀφικώμεθα*] *κληρονόμους add. A* ‖ *Ἐφ᾽*] *ι̅ξ̅ A in mg.* ‖ 13 *ὑφ᾽ ὧν τί τῶν γεγραμμένων A* ‖ *πληροῦντοσ? L*¹ *πληροῦται A* ‖ 15 *ἐξ ἀδιαθέτου*] *κληρονόμους add. A* ‖ *καὶ ante δίδομεν add. A* ‖ 16 *κληρονόμους AB* (ϛ) ‖ aditionos (*ἤτοι ὑπεισελεύσεως M s. v.*) *ML ἀδερατίονος A ὑπεισελεύσεως B* ‖ 17 pro herede geretionos (*τουτέστι κληρονομίας εγχειρήσεως s. v.*) *M* pro̓neregeρtionic (*sic*) *L* (*corr. m.* 2; de gestionis) *προκερεδεκερετίωνος A κληρονομίας ἐγχειρήσεως B* ‖ *ταῦτα δὴ τοῦ νόμου τὰ ῥήματα L* ‖ 19 *τοῦτο om. A* ‖ 20 *τῶν νόμων*] *νόμοι L*²*A* ‖ 21 *οὐδὲ*] *μὴ A* ‖ 24 *κἂν*] *καὶ A* ‖ 25 *ἢ τοῦ μόρτις καῦσα δωρεὰν λαβόντων M τυμορτισσάος λαβόντος A, ἢ τοῦ θανάτου αἰτία λαβόντος L* (ϛ) *ἢ τοῦ λαβόντος αἰτίᾳ θανάτου B* ‖ 29 *τὸν δημόσιον A* ‖ 30 *τοῦτον δυσχεραινέτω A* ‖ 32 *ὁ om. LA* ‖ 34 *καὶ αὐτὸς*] *καὶ om. L* ‖ 35 *τῆς παρὰ τοῦδε Hombergk, παρὰ τῆς* (*τ in lit. M*) *τοῦδε MB παρὰ τῆς A παρὰ τοῦδε L* ‖ *τύχῃ A* ‖ 36 *ἐπιτάξοιεν* (*in mg.* [*δια*]*τάξοιεν? corr.*) *A* ‖ 37 *ἄξοι A ἕξει L*¹ ‖ *οὐ γὰρ τῶν ἐφ᾽ ὑμῶν οὐδὲ τῶν A* ‖ 39 *ταῦτα*] *τὲ add. A* ‖ 40 *rubr.* β̅ *περὶ φαλκιδίου L* ..... *φαλκιδίου A* ‖ *ἡμῖν A*

15 gerstionis *R*¹ ‖ 17 *quod] quidem ‖ 23 oc***ione *V*¹ ‖ 25 *legatariis ‖ termino *RTV* ‖ 26 hanc] ob hanc *R* ‖ 27 priuatis *R*¹*V*¹ ‖ 28 non] et non *RT* ‖ se *om.* *V*¹ ‖ 30 si non] nisi *V* ‖ 31 cum omni] communi *R*ᵃ ‖ 34 haec *om.* *V* ‖ 40 *rubr.* ad legem Falcidiam *V*

εἴπερ ἐξαναλίσκοιεν τὰ πράγματα διὰ τῶν πρεσβείων, δίδωσι παρακατέχειν τοῖς κληρονόμοις, ὅσον αὐτοῖς ποιεῖ τὸ τέταρτον τῆς περιουσίας. κἀνταῦθα γὰρ μάχεσθαι μὲν δοκεῖ τῇ γνώμῃ τοῦ τελευτήσαντος, ἐπερείδεσθαι δὲ τῷ ταῦτα ἐφιέντι νόμῳ. Θεσπίζομεν τοίνυν (ἀνθεκτέον γὰρ ἡμῖν πανταχοῦ τῆς τῶν τελευτησάντων γνώμης), τοὺς κληρονόμους, εἰ βούλοιντο τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀπολαύειν, καθαρὰν φυλάξαι τῷ νόμῳ τὴν ἐξουσίαν, καὶ μὴ δι' ὧν ἄν, ὡς εἰκός, ὑποκλέψαιεν ἢ κακουργήσαιεν, εἰσάγειν πειρᾶσθαι τὸν Φαλκίδιον, καίτοιγε εἰ μηδὲν ἐκακούργησαν, οὐκ ἂν ἴσως ἁρμόσαντα.

Γ 1 Γινέσθω τοίνυν inventarion παρὰ τοῦ κληρονόμου τοῦ δεδιότος, μή ποτε οὐκ ἔχοι μετὰ τὰ χρέα καὶ τὰ πρεσβεῖα Φαλκίδιον, κατὰ τὸν τρόπον καὶ τοὺς χρόνους καθ' οὓς πρῴην ἐνομοθετήσαμεν, ὅτε τοὺς ἀνθρώπους ἐξῃροῦμεν τῆς ἐκ τῶν προσελεύσεων ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πράγμασι ζημίας, ἱστάντες τὰ βάρη μέχρι τοῦ τῆς
Δ οὐσίας τῆς καταλελειμμένης μέτρου. Ἐκείνου προστιθεμένου μόνου, τοῦ χρῆναι τὸν τοιοῦτον [εἰδέναι] κληρονόμον, ὃς οὐ δανειστὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ ληγαταρίους εὐλαβεῖται, καὶ δέδιεν οὐ τὸ ζημιωθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ κερδᾶναι, παραλαμβάνειν ἅπαντας τοὺς ληγαταρίους καὶ φιδεϊκομμισσαρίους, ὅσοι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν τύχοιεν ἐνδημοῦντες, ἤ τινάς γε ὑπὲρ αὐτῶν πράττοντας, εἰ τυχὸν ἡ τῶν προσώπων φύσις ἢ ἀξία ἢ ποιότης ἢ ἡλικία ἢ καί τις ἀνάγκη εὐχέρειαν αὐτοῖς οὐ δίδωσι τῆς ἐπὶ τῷ inventariῳ παρουσίας. Εἰ δὲ ἀπῶσί τινες, παραγίνεσθαι μάρτυρας τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ἀξιοπίστων καὶ κεκτημένων οὐσίαν καὶ ἐπὶ χρηστῆς ὑπολήψεως ὄντων οὐκ ἐλάττους τῶν τριῶν (ταβουλαρίοις γὰρ μόνοις, τό γε εἰς τοῦτο ἧκον, οὐ πιστεύομεν), ἐφ' ὧν προσήκει γενέσθαι τὸ inventarion, ὥστε ἐπανελθοῦσι τοῖς ληγαταρίοις καὶ μεμφομένοις ὑπεξῃρῆσθαί τι τυχὸν τῶν πραγμάτων ἢ μὴ φανερὸν γενέσθαι, παρρησίαν εἶναι μὴ μόνον διὰ τῆς τῶν οἰκετῶν βασάνου τὸ πρᾶγμα ζητεῖν (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δίδομεν κατὰ τὴν πρῴην παρ' ἡμῶν εἰρημένην ἐπὶ ταῖς οἰκετικαῖς βασάνοις παρατήρησιν), ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ ὅρκου τοῦ κληρονόμου καὶ διὰ τοῦ ὅρκου τῶν μαρτύρων, λεγόντων παρεῖναί τε τοῖς πρακτο-

bus, si expendantur res per legata, praebet etiam retinere heredes quantumcumque eis impleat quartam substantiae. Et hic enim repugnare quidem videntur voluntati deficientis, et incumbere legi talia permittenti. Sancimus igitur, quoniam tuenda nobis ubique est deficientium voluntas, heredes, si voluerint hac utilitate potiri, puram servare legis potestatem; et non per quae forte subripiunt aut malignantur, introducere temptent Falcidiam, cum utique, si nihil
1 malignati essent, non forte competeret. Fiat igitur inventarium ab herede metuente, ne forte non habeat post debita et legata Falcidiam, secundum modum et tempora, per quae dudum sancivimus, quando homines excepimus ex damno rerum suarum in aditionibus, statuentes onera usque ad substantiae relictae mensuram: illo adiecto solo, ut oporteat huiusmodi heredem, qui non creditores solum, sed etiam legatarios veretur, et metuit non damnificari solum, sed etiam non lucrari, convocare omnes legatarios et fideicommissarios, quanticumque in eadem civitate sunt constituti, aut quosdam pro eis agentes, si forte personarum natura aut dignitas aut qualitas aut aetas aut quaelibet necessitas facultatem eis non dat ad inventarii praesentiam. Si vero absunt aliqui, interesse testes in ipsa civitate fide dignos et possidentes substantiam et optimae opinionis existentes non minus tres (tabulariis enim solis, quantum ad hoc competit, non credimus), coram quibus convenit fieri inventarium, ita ut supervenientibus legatariis et querentibus forsan subreptum aliquid rerum aut non manifestatum licentia sit non solum per servorum examinationem causam quaerere (nam etiam hoc praebuimus per prolatam dudum a nobis in servilibus examinationibus observationem), sed etiam per iusiurandum heredis et iusiurandum testium, dicentium et adfuisse his, quae gesta sunt, et

si quidem bona legatis exhauriant, heredibus retinere permittit, quantum illis quartam partem bonorum efficit. Nam hic quoque voluntati defuncti repugnare videtur, lege tamen niti id permittente. Sancimus igitur (usquequaque enim defunctorum voluntas nobis tuenda est), ut heredes, si commodo hinc redundante frui velint, legi integram servent potestatem, neque per ea quae forte subripuerint vel dolo malo fecerint
1 *Falcidiam introducere conentur, quae scilicet, si nihil dolo fecissent, forte non competeret. Fiat igitur ab herede metuente, ne forte debitis et legatis solutis Falcidiam non habeat, inventarium secundum modum et tempora quae ante definivimus, cum homines damno ex aditionibus rebus propriis imminente exemimus, onera usque ad patrimonii relicti mensuram sistentes; illo addito solo, eiusmodi heredem, qui non solum creditores, sed etiam legatarios veretur, neque tantum ne damno afficiatur metuit, verum etiam ne lucro careat, [scire] debere assumere omnes legatarios et fideicommissarios, quicumque in eadem civitate degunt, vel certe quosdam pro eis agentes, si forte personarum natura vel dignitas vel qualitas vel aetas vel etiam necessitas quaedam eis facultatem non concedat, ut inventario conficiendo intersint. Si vero quidam absint, testes adhibeantur ex civibus eiusdem civitatis, qui fide digni et locupletes et bonae existimationis sint, non minus quam tres (tabulariis enim solis, quantum ad hoc attinet, non credimus), coram quibus inventarium confici debeat, ita ut revertentibus legatariis, atque querentibus forte subreptum quid esse ex bonis vel non manifestatum, liceat non solum per tormenta servorum (namque et hoc concedimus, secundum observationem de tormentis servorum antea a nobis dictam), sed etiam per iusiurandum heredis et per iusiurandum testium, dicentium se iis quae gesta sunt interfuisse quaeque tunc acta sunt vidisse nec ullius fraudis ab herede commissae conscios esse, rem inquirere, atque ita*

1 διὰ] ἄδ*α A^1 ἃ διὰ A^2 ‖ 2 δίδωσι κτλ.] praebet retinere heredes quantumcunque eius impleat (*i. e.* ὅσον ἂν αὐτοῖς πληροῖ) ς ‖ 3 τὸ τέταρτον] τὸ τρίτον ἢ τὸ ἥμισυ *LB* ‖ 4 δοκεῖ] videntur ς ‖ ἐπερείδεσθαι *M*] σκήπτεσθαι *LB* σκέπτεσθαι *A* ‖ 5 ταῦτα] talia ς ‖ 7 βούλοιντό τὲ τῆς *A* ‖ 9 ἂν *om. L* ‖ ὡς εἰκὸς κακουργήσαντες ὑποκλέψαιεν, καὶ εἰσάγειν *A* ‖ 11 εἰ καὶ μηδὲν *A* ‖ 12 γενέσθω (*ante hoc v. rasura* 5 *litt.*) *A* ‖ inbentarion (*s. v.* ἀπογραφὴ) *M* ἰnventárion *L* ἰνβεντάριον (*et sic infra*) *A* καταγραφὴ *B* ‖ παρὰ τῶν κληρονόμων *A* ‖ 13 ἔχοιεν *L* ‖ τὸ χρέος *A* ‖ 15 καθὼς πρώην *A* ‖ πρῴην] *Cod.* 6, 30, 22 ‖ 17 ἱστῶντες *A* ‖ 18 ἐκείνω *A* ‖ 19 μόνου *om. B* ‖ τὸ χρῆναι *A* ‖ καὶ *ante* τὸν *add. L* ‖ εἰδέναι *om. A* ς ‖ 21 δέδοιεν *L* ‖ οὐ τὸ] οὕτω ? A^1 ‖ 22 παραλαμβάνειν] τὲ *add. A* ‖ 24 αὐτὴν *om. L* ‖ 25 πραττόντων ἢ τυχὸν *A* ‖ 26 ἀξία *M*] ἀξίωσις *LB* ἀξίως *A* ‖ 27 αὐτοῖς] αὐτῷ? A^1 ‖ δίδωσιν ἐπὶ τῷ ἰνβενταρίῳ τῆς περιουσίας *A* ‖ τῷ inbentarίῳ *M* τῷ (τοῦ *m.* 1) inventarίῳ *L* ‖ 28 ἄπεισι *B* ‖ ἐξ *M*] ἐπ' *LA* (ς) ‖ 29 τῆς *om. A* ‖ ἀξιοπίστων καὶ κεκτημένων] τοὺς ἀξιοπίστους κεκτημένους *A* ‖ 30 ὄντας *A* ‖ 31 ταβουλλαρίους γὰρ μόνους *A* ‖ 32 ὧν] ὧν δὲ *B* ‖ γίνεσθαι *AB* ‖ 33 Ὥστε καὶ ἐπανελθοῦσιν *A* (*in mg.* κδ βάσανος ....) ‖ 34 ὑπεξῃρῆσθαι *M*] ὑπὲξαιρεῖσθαι *L* ὑφαιρεῖσθαι *A* ‖ τυχὸν τῶν] τῶν τυχόντων *A* ‖ ἢ] εἰ *A* ‖ 37 καὶ *om. A* ‖ δίδομεν] praebuimus ς ‖ πρώτην *A* ‖ 39 ὅρκου—διὰ τοῦ *om. MA*

1 res] lex R^1 ‖ 7 hanc R^1 (*l.* hinc?) ‖ 9 cum] Cumque R^1 ‖ 10 malignanti V^1 ‖ non *om.* V^1T^1 ‖ 12 Falcidiam] et Falcidiam *V* ‖ 13 quae per *V* ‖ 14 excipimus (****pimus 1) *V* ‖ 17 creditores *RTV* ‖ 18 reueretur *R* ‖ 23 non dat eis *V* ‖ 26 opinionis optimae R^1 ‖ 30 subrectum *R* ‖ 31 manifestum *V* ‖ 35 heredis et iusiurandum *om.* V^1 ‖ 36 et se adfuisse *V vulg.* ‖ his ***esta V^1

μένοις καὶ ἐπιδεῖν τὰ τότε γινόμενα καὶ ουδὲν συνειδέναι γενόμενον τῷ κληρονόμῳ κακούργημα, οὕτω τε τὴν ἐπὶ τοῖς καταλελειμμένοις ὑπὸ τοῦ διαθεμένου πράγμασιν εὑρίσκειν ἀλήθειαν. πλὴν εἰ μὴ τυχὸν οἱ παρόντες τῶν ληγαταρίων, πάντες ἢ τινες, διαμαρτυρίας αὐτοῖς στελλομένης, οὐ βουληθεῖεν ἐλθεῖν οὐδὲ παρεῖναι τῷ inventari*ῳ. τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ κληρονόμῳ καὶ μὴ παραγινομένων τῶν ληγαταρίων ἀρκεῖσθαι τῇ τῶν μαρτύρων παρουσίᾳ καὶ ποιεῖν τὴν ἀπογραφήν, ἀποκειμένου καὶ οὕτω τοῖς ληγαταρίοις τοῦ τε ὅρκου τοῦ κληρονόμου καὶ τῆς τῶν οἰκετῶν βασάνου, καὶ τούτων ἁπάντων παρατηρηθέντων ἔχειν τὴν ἐκ τοῦ* Falcidi*ου βοήθειαν. οὕτω γὰρ οὐ δόξομεν οὔτε νόμον οὕτως εὐδοκιμήσαντα μέχρι νῦν ἐλαττοῦν οὔτε ἀδικεῖν τὸν τελευτήσαντα. εἰ γὰρ πάντως μὲν αὐτῷ βούλεταί τινας γενέσθαι κληρονόμους, καὶ ἔχειν τινὰ παραψυχὴν ἐκ τῆς αὐτοῦ διαδοχῆς, καὶ οἴεταί γε αὐτάρκη περιουσίαν ἔχειν, οὐ μὴν τοῦτο ἡ τοῦ πράγματος ἀλήθεια δείκνυσι, πρόδηλον, ὡς οὐκ ἐναντίωσις ἔσται τοῦτο τῆς τοῦ κατοιχομένου βουλῆς, ἀλλὰ τῆς*
Ε̄ 2 *ἀγνοίας κάθαρσις τῆς ἐκείνου. Εἰ μέντοι μηδὲ ποιήσειεν* inventari*ον κατὰ τοῦτο τὸ σχῆμα, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, οὐ παρακαθέξει* Falcidi*ον, ἀλλὰ πληρώσει τοὺς ληγαταρίους καὶ φιδεϊκομμισσαρίους, κἂν εἰ τὸ τῆς καθαρᾶς οὐσίας τοῦ τελευτήσαντος ὑπερβαίνῃ μέτρον ἡ τῶν ληγάτων δόσις. Καὶ τοῦτό φαμεν οὐ τὸν ἡμέτερον ἐλαττοῦντες νόμον, ὃν τεθείκαμεν ἐπὶ τῷ μηδὲν οἴκοθεν ζημιοῦσθαι τοὺς κληρονόμους τοῖς δανεισταῖς. δώσει γὰρ αὐτοῖς ποινὴν ἐκτιννὺς τῆς ἑαυτοῦ κακουργίας, διότι παρέβη τὸν νόμον, ἐξὸν ἀσφαλῶς ἅπαντα πράξαντι μηδὲν ἐζημιῶσθαι, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ τὰ ἐκ τοῦ* Falcidi*ου νόμου κερδᾶναι. Ταῦτα δὲ δή φαμεν, ἔνθα πεπλανημένως ὁ διαθέμενος περὶ τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας ταῦτα ἔπραξεν, ἢ τυχὸν δέον καὶ πλείω ποσότητα τῷ κληρονόμῳ καταλιπεῖν ὑπὲρ ἐλάττονος διετύπωσε. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο πεπλανημένης γνώμης ἐστίν, ἀλλ' οὐ καθαρᾶς καὶ ἀκρι-*
ξ̄ *βοῦς ἐπισκήψεως. Εἰ μέντοι ῥητῶς ἐπισκήψειε μὴ βούλεσθαι τὸν κληρονόμον παρακατασχεῖν* Falcidi*ον, ἀνάγκη τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην κρατεῖν, καὶ ἢ βουλόμενον αὐτὸν ὑπηρετήσασθαι τῷ διαθεμένῳ ἴσως καί τινα δίκαιά τε καὶ εὐσεβῆ καταλιπόντι τὸ κέρδος*

vidisse, quae tunc agebantur, et in nullo conscios esse factae ab herede malignitatis, sicque in his, quae relicta sunt a testatoribus, invenire veritatem. Nisi forte praesentes legatarii omnes aut quidam contestatione sibi missa noluerint venire nec adesse inventario; tunc enim licentia erit heredi etiam non advenientibus legatariis contentum esse testium praesentia et facere descriptionem, reposito etiam sic legatariis et iureiurando heredis et servorum examinatione, et his omnibus observatis habere ex Falcidia praesidium. Sic enim non videbimur neque legem ita hactenus approbatam minuere neque iniustitiam facere morienti. Si enim omnino quidem sibi vult aliquos fieri heredes et habere quandam consolationem ex sua successione, et arbitratur sufficientem se habere substantiam, non tamen hoc causae veritas ostendit, certum est, quia non hoc contrarietas erit sententiae morientis, sed ignorantiae puritas illius.
2 Si vero non fecerit inventarium secundum hanc figuram, sicut praediximus, non retinebit Falcidiam, sed complebit legatarios et fideicommissarios, licet purae substantiae morientis transcendat mensuram legatorum datio. Et hoc dicimus non nostram minuentes legem, quam posuimus, ut nihil de proprio damnificentur heredes creditoribus. Dabitque ei poenam exactio suae malignitatis, cur transcenderit legem, ex quibus caute omnia agens nihil poterat damnificari, sed ex diverso etiam quae sunt ex Falcidia lege lucrari. Haec autem dicimus, ubi errans testator de sua substantia haec egit aut forte, cum debuisset etiam ampliorem quantitatem heredi relinquere, pro minore disposuit; etenim etiam hoc errantis sententiae est et non purae et integrae designationis. Si vero expressim designaverit non velle heredem retinere Falcidiam, necessarium est testatoris valere sententiam, et aut volentem eum parere testatori, forsan etiam quaedam iusta et pia relinquenti, lucrum non in percipiendo, sed solummodo

veritatem in rebus a testatore relictis invenire. Nisi forte ii ex legatariis, qui praesentes sunt, omnes vel nonnulli denuntiatione illis facta venire et inventario conficiendo adesse noluerint; tunc enim venia erit heredi vel non praesentibus legatariis testium praesentia contento inventarium faciendi, reservato utique legatariis et iureiurando heredis et tormento servorum: iisque omnibus observatis auxilium ex lege Falcidia habeat. Ita enim neque legem hactenus adeo probatam imminuere neque iniuriam defuncto facere videbimur. Nam si omnino aliquos sibi heredes existere, et solacium quoddam ex successione sua habere vult, seque sufficiens patrimonium possidere putat, nec tamen rei veritas id demonstrat, manifestum
2 *est hoc non contrarium voluntati defuncti futurum, sed potius ignorantiam illius purgaturum. Si tamen inventarium eo quo ante diximus modo non fecerit, Falcidiam non retinebit, sed legatariis et fideicommissariis satisfaciet, quamvis legatorum praestatio modum verae substantiae defuncti excedat. Neque id dicimus legem nostram imminuentes quam ideo tulimus, ne quid heredes in bonis propriis a creditoribus damno afficiantur; praestabit enim illis poenam solvens fraudis suae, quod legem transgressus est, cum ei caute omnia agenti nullum damnum pati, immo ex contrario ea, quae ex lege Falcidia veniunt, lucrari licuisset. Haec vero dicimus, ubi per errorem testator de facultatibus suis ita statuit, aut forte, cum maiorem etiam quantitatem heredi relinquere debuisset, de minore disposuit; etenim et hoc errantis est iudicii nec vero purae et accuratae dispositionis. Iam vero si expresse declaraverit nolle se heredem retinere Falcidiam, necesse est testatoris voluntatem obtinere, et aut ipsum volentem obtemperare testatori*

1 *ἐφιδεῖν A* ‖ 2 *τοῦ κληρονόμου A* ‖ 3 *ὑπὸ τοῦ διαθεμένου*] a testatoribus *ς* ‖ 4 *μὴ τυχὸν—τινες om. L* ‖ 6 *οὐδὲ*] *Οὓς δὲ (antea spatium vac., in mg.* $\overline{κε}$ *ὅρκος τῶν ...) A* ‖ 8 *παραγενομένων A* ‖ 9 *καὶ ποιηταῖς τῆς ἀπογραφῆς A* ‖ 10 *καὶ οὕτω om. A* ‖ 13 *ἐκ om. A* ‖ falcidiu *M*] *φαλκιδίου LAB et sic semper* ‖ *οὐ om. A* ‖ *δόξαιμεν A corr.* ‖ 14. 15 **οὐδὲ—οὐδὲ libri* ‖ 15 *Εἰ*] $\overline{κς}$ *in mg. A* ‖ 16 *αὐτοῦ A* ‖ *ἔχειν τινὰ*] *ἥντινα A* ‖ 19 *ἀλήθεια om.* A^1 ‖ 20 *τοῦτο τῆς*] *τῆς τούτου A* ‖ *κατοχουμένου?* A^1 ‖ *κάθαρσις τῆς ἀγνοίας ἐκείνου A* ‖ 21 $\overline{ε}$ *ML*] $\overline{κζ}$ *λεγάτων δ ... in mg. A* ‖ *μηδὲ M*] *μὴ LB ς om. A* ‖ 22 *ἰνβεντάριον LA* ‖ *κατὰ τὸ σχῆμα ὅπερ ἔφημεν A* ‖ 23 *Post οὐ tres litt. erasae in L* ‖ 25 *ὑπερβαίνει A* ‖ 28 *μηδὲ A* ‖ 29 *αὐτῷ A ς* ‖ *ποινὴν*] *νὴ in ras.* L^2 ‖ *ποινὴν αὐτοῖς B* ‖ 30 *ἐξὸν*] *ἐξ ὧν* L^2*B ς ἐξ οὗ A* ‖ *ἀσφαλῶς*] *ἔδει add. A (cf. ς)* ‖ 31 *πράξαντα μηδὲν ζημιοῦσθαι A* ‖ 33 *Ταῦτα*] $\overline{κθ}$ *πλανη ... A in mg.* ‖ *Ταῦτα δὲ e. q. s. usque ad finem capitis om. LB* ‖ *δὴ om. A* ‖ *πεπλανημένος A ς* ‖ 35 *πλέον A* ‖ 38 *ἐπισκέψεως A* ‖ $\overline{ς}$ *M*] $\overline{λ}$ *περὶ τοῦ φαλ ... A in mg.* ‖ *ἐκισκήψοιεν A* ‖ 40 *ἀνάγκη αὐτὸν τὴν A* ‖ *κρατεῖν βουλόμενον ὑπηρετήσασθαι ἴσως δίκαια τινά τε A* ‖ 42 *καταλειπόντι M*

2 sic in *VT* ‖ 5 uoluerint *R* ‖ 6 non] a non *V pr.* ‖ 8 discriptionem R^1 ‖ reposito V^2 *in spat.* ‖ 10 obseruantis V^1 ‖ 12 ita *om. VT* ‖ approbatam hactenus *V* ‖ 16 habere *om.* V^1 ‖ 17 hoc] h*c R^1 hec R^2 ‖ 18 puritans R^1 ‖ illius] ostendit *V* ‖ 21 legata et fideicommissa *V* ‖ 24 ut in nichil *V* ‖ 25 dabitque *V*] dabit *RT* sed dabit *vulg.* ‖ ei *om.* R^1 ‖ 26 q*ur R^1 ‖ 27 aegens *R* ‖ 29 lucri R^1 ‖ ubi *om.* V^1 ‖ 33 et integrae *om.* V^1 ‖ 36 et aut] et *om.* R^1 ‖ 37 iuste pi*m R^1 iuste et pie R^2

οὐκ ἐν τῷ λαβεῖν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μόνον εὐσεβῶς ἔχειν καὶ μὴ δοκεῖν ἀκερδῆ τὸν τοιοῦτον εἶναι κλῆρον· ἢ εἰ μὴ βούλοιτο, αὐτὸν μὲν ἀναχωρῆσαι τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως, χώραν δὲ γενέσθαι, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, ὑποκαταστάτοις τε καὶ συγκληρονόμοις καὶ ληγαταρίοις καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις καὶ οἰκέταις καὶ τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοῖς ἄλλοις, κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ᾽ ἡμῶν ἐξηυρημένην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁδόν.

pie agendo habentem, et non videri sine lucro huiusmodi esse hereditatem, aut si noluerit, eum quidem recedere ab huiusmodi institutione, locum vero fieri, sicut dudum praediximus, substitutis et coheredibus et fideicommissariis et legatariis et servis et qui ab intestato sunt et aliis, secundum prius a nobis inventam in talibus viam.

CAPUT III.

Ζ Οὐ δώσομεν δὲ ἄδειαν τῷ κληρονόμῳ τὸ μέτρον τῆς οὐσίας ἀκριβῶς γινώσκοντι καταβαλεῖν μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τισιν ὁλόκληρα τὰ πρεσβεῖα, καὶ πλήρη τὴν γνώμην τοῦ διαθεμένου τηρῆσαι (τοῦτο ὅπερ καὶ αἱ τῶν πρὸ ἡμῶν λέγουσι διατάξεις), παρὰ δὲ τινῶν παρακατέχειν ἐθέλειν, οὐδὲ ἐκ μέρους μὲν πληροῦν τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην, ἐκ μέρους δὲ αὐτὴν ἐλαττοῦν. ἀλλὰ τόν γε ὅλως οὐ πεπλανημένον περὶ τὸ τῆς οὐσίας ποσόν, ἀλλὰ γινώσκοντά τε καὶ εὐθὺς ἀκολουθήσαντα τῇ γνώμῃ τοῦ διαθεμένου διὰ πάντων αὐτῇ κατακολουθεῖν καὶ μὴ μεταμέλεσθαι πρὸς τὰ χείρω· οὐ γὰρ ἂν εἴη τοῦτο καθαρῶς ἀκολουθεῖν. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐφήσομεν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν ἐπισταμένοις μέν, ἀφυλάκτως δὲ καταβαλοῦσιν, εἶτα ὕστερον πράγματα τοῖς λαμβάνουσι παρέχειν καὶ ἀναλαμβάνειν βούλεσθαι παρ᾽ αὐτῶν, ὅπερ ἂν τύχοιεν καταβαλόντες. δεῖ γὰρ πρὸ τῶν πράξεων βουλεύεσθαι, καὶ πράττειν, ἀλλὰ μὴ πράξαντα ὀρθῶς εἶτα μεταβαλεῖν πρὸς ἀγνωμοσύνην· πλὴν εἰ μὴ δικαία τις αἰτία τοῦτο εἰσαγάγοι, παραδόξου τινὸς ἀναφανέντος, ὅπερ ἐλαττοῖ τὴν οὐσίαν καὶ χώραν τῇ ἀναλήψει ποιεῖ.

Non autem dabimus licentiam heredi mensuram substantiae subtiliter agnoscenti solvere quidem mox ab initio quibusdam integra legata et ad plenum sententiam testatoris servare (quod etiam praecedentium nos dicunt constitutiones), ab aliquibus autem retinere velle, neque ex parte quidem complere testatoris sententiam, ex parte vero eam minuere, sed omnino non errantem circa substantiae quantitatem, sed agnoscentem et mox sequentem sententiam testatoris per omnia eam sequi et non ad peiora paenitere; non enim erit hoc pure sequentis. Sed neque concedimus eis ab initio scientibus quidem et incaute solventibus, postea lites percipientibus inferre et recipere velle ab eis quodcumque contigit exsolvisse. Oportet enim ante actionem cogitare et agere, et non cogitantem recte deinde transferri ad indevotionem: nisi forte iusta quaedam causa hoc introduxerit, inopinabili quodam apparente, quod minuat substantiam et locum receptioni faciat.

CAPUT IV.

⟨Η⟩ Ἀλλὰ κἀκείνου πρόνοιαν ἐθέμεθα τοῦ μὴ χρόνον γίνεσθαι μακρὸν ἐν ταῖς τοιαύταις ζητήσεσιν. Οὐδεμίαν γὰρ τῶν τοιούτων ζητήσεων ἢ δικῶν ὑπερβαίνειν τὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον θεσπίζομεν, ἀνάγκην ἐπιτιθέντες πάντως εἴσω ἐνιαυτοῦ μετὰ προσέλευσιν καὶ τὰ πρεσβεῖα καταβάλλειν καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ διαθεμένου καταλελειμμένα πληροῦν κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν καὶ πάντα πράττειν, ὅσα ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν. Ἀρχὴν δὲ τῷ ἐνιαυτῷ δίδομεν, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, τὴν ἐκ δικαστικῆς ὑπόμνησιν ψῆφον. Τοῦ

Illud quoque prospicimus, ne tempus fiat longum in talibus quaestionibus. Nullam enim talium quaestionum aut litium transcendere anni tempus sancimus, necessitatem imponentes omnino intra annum post aditionem et legata solvi et quae a testatore sunt relicta compleri secundum sui naturam et omnia agi, quaecumque prius ediximus. Initium autem anno damus sicut prius iam diximus, admonitionem ex iudiciali

---

iusta forte et pia quaedam relinquenti lucrum non in accipiendo, sed solum in pie agendo ponere, nec talem hereditatem pro infructuosa habere; aut si nolit, ipsum quidem recedere ab huiusmodi institutione, locum autem, prout ante diximus, fieri et substitutis et coheredibus et legatariis et fideicommissariis et servis et heredibus ab intestato et reliquis, secundum viam antea a nobis in talibus rebus repertam.

III. *Nec vero veniam dabimus heredi modum patrimonii accurate noscenti, ut statim ab initio aliis quidem integra legata solvat, et voluntatem testatoris totam servet (id quod etiam decessorum nostrorum constitutiones dicunt), aliis autem detrahere velit, nec ut pro parte quidem voluntatem defuncti impleat, pro parte vero eam imminuat. Verum qui omnino non errat de substantiae quantitate, sed eam cognovit atque statim secutus est voluntatem testatoris, per omnia eam sequatur neque in peiora animum mutet: neque enim hoc esset pure sequi. Neque magis iis, qui, cum id ab initio scierunt, incaute tamen solverunt, permittemus postea negotia facessere accipientibus et ab illis quod solverint recipere velle. Antequam enim agas consulendum itaque agendum est, nec vero, ubi recte feceris, ad iniquitatem animus convertendus. Nisi forte iusta quae causa hoc induxerit, ubi quid inopinati emerserit, quod substantiam minuat et locum faciat repetitioni.*

IV. *Illud quoque curavimus, ne multum temporis in eiusmodi quaestionibus consumatur. Sancimus enim, ut nulla eiusmodi quaestio aut lis anni spatium excedat, necessitatem imponentes, ut omnino intra annum post aditionem et legata solvat et a testatore relicta pro rei natura impleat et omnia faciat, quae ante diximus. Initium autem anno damus, quemadmodum supra iam diximus, ab admonitione decreto iudiciali facta. Anno enim culpa heredis circumacto ipse quidem relictis excidet, alii vero, quos antea*

---

1 *εὐσεβεῖν A* ‖ 5 *εἰπόντες ἔφθημεν M*] *εἴπομεν A* ‖ 6 *καὶ φιδικομμισσαρίοις καὶ ληγαταρίοις A* ς ‖ 10 *Ζ*] *M* ‖ *δὲ s. v. L* ‖ 11 *καταβάλλειν MB* ‖ *μὲν om. LB* ‖ 12 *πληροῦν A, qui deinde om. τηρῆσαι τοῦτο* ‖ 13 *αἱ post λέγουσιν coll. A* ‖ 14 *παρὰ om. A* ‖ 15 *πληροῦν μὲν A* ‖ 20 *μεταβάλλεσθαι A* ‖ 21 *Οὐ*] *ς L, λΓ A in mg.* ‖ *Οὐδὲ μὴν ἀφήσομεν A* ‖ 22 *ἀφυλάκτοις A* ‖ 23 *πράγματα post παρέχειν coll. A* ‖ 25 *ἂν om. A* ‖ *πρὸ τῶν πράξεων*] ante actionem ς ‖ 26 *βούλεσθαι L*[1] ‖ *καὶ*] *τε καὶ B* ‖ *καὶ πράττειν delenda videntur; an κἆτα πράττειν?* ‖ 27 *πράξαντα*] cogitantem ς ‖ *εἶτα om. A* ‖ 30 *ποιεῖ*] *παρέχει A* faciat (*i. e. ποιοῖ*) ς ‖ 31 *Ἀλλὰ*] *Ζ L in mg. λδ A in mg.* ‖ 32 *γενέσθαι A* ‖ 33 *ἢ δικῶν*] *ἰδικῶν A* ‖ 35 *πάντως εἴσω* ς] *εἴσω πάντως (παντὸς B) MLAB* ‖ 36 *καταβαλεῖν A* ‖ *ὑπὸ*] *ὑπὲρ L*[1] ‖ 38 *Ἀρχὴν*] *λε χρόνος ἄρχεται A in mg.* ‖ 39 *δίδομεν—ἔφθημεν om. A, id. habet 40 δικαστικῆς δίδομεν ὑπομνήσεως ψῆφον.* ‖ *Τοῦ*] *Η L in mg.*

5 qui] quia *V*[1] ‖ 6 a nobis prius *V* ‖ 7 talibu• *V*[1] ‖ 10 Non] *rubr.* de legatorum solutione *RV* ‖ 12 ab *om. R*[1] ‖ 19 peniteri *RT* ‖ 22 postea] et postea *R*[1]*TV* ‖ 24 actionem *R*] exactionem *TV* ‖ 28 receptionis *R*[1]*T*[1]*V* ‖ 31 Illud] *rubr.* ut legata intra annum praestentur (prentur *R*) *RTV* ‖ 32 enim in talium *V* ‖ 38 āmonitione facta ex *V*

γὰρ ἐνιαυτοῦ παρ' αἰτίαν τοῦ κληρονόμου παραδραμόντος, τηνικαῦτα ὁ μὲν ἐκπεσεῖται τῶν καταλελειμμένων, ἕτεροι δὲ ἐπὶ ταῦτα ἥξουσιν, οὓς ἔμπροσθεν 1 *ἐκαλέσαμεν. Ἀνήβοις δὲ ἢ καὶ ἐλάττοσι τὴν ἡλικίαν οὐδὲν ὁ παρ' ἡμῶν προκρίνει νόμος. ἔστι γὰρ αὐτοῖς, εἴ τι κατὰ τὰς εἰρημένας ἡμῖν αἰτίας βλαβεῖεν, διπλῆ τις βοήθεια, καὶ ἡ διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως καὶ ἡ διὰ τῆς κατὰ τῶν ἐρραθυμηκότων κηδεμόνων ὁδοῦ. Οὐκ ἐξαιροῦμεν δὲ τοῦ νόμου οὐδὲ τὰς πατρωνικὰς διαδοχάς. κἀκεῖσε γάρ, τῆς νομίμης αὐτοῖς φυλαττομένης μοίρας, ἣν ἡμεῖς διωρίσαμεν, εἴ τι πέρα ταύτης αὐτοῖς καταλειφθείη καί τι παρὰ τῶν ἀπελευθέρων αἰτηθεῖεν ἐκεῖνοι πληρῶσαι, εἶτα μὴ βούλοιντο, ταύτην τὴν τάξιν κρατεῖν θεσπίζομεν, ἥνπερ ἀρχόμενοι τῆς θείας ἡμῶν ταύτης διατάξεως εἴπομεν, ὥστε τὴν μὲν νόμιμον μοῖραν μένειν παρ' αὐτοῖς καθαρὰν τῶν τοιούτων, τὰ λοιπὰ δὲ ἔρχεσθαι πρὸς τὴν παρ' ἡμῶν νῦν ἀνεῳγμένην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁδόν, μάλιστα ἐπείπερ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ περὶ τῶν πατρωνικῶν τεθείσῃ παρ' ἡμῶν διατάξει πρὸς ὁμοίωσιν σχεδὸν τῶν εὐγενῶν καὶ τὰς ἀπελευθερικὰς ἐτάξαμεν διαδοχάς.* 2 *Ἐπειδὴ δὲ διπλοῦς ἐστιν ὁ τῶν διαθηκῶν τρόπος, ἢ εἰς ἔγγραφον φερόμενος διατύπωσιν, ἢ εἰς ἄγραφον βούλησιν, ταῦτα ἅπαντα κρατεῖν ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν ἴσην παρατήρησιν καὶ ἐπὶ ἀγράφων διαθηκῶν καὶ ἐπὶ πάσης τελευταίας βουλήσεως θεσπίζομεν, καὶ ἐπὶ προσώπου παντὸς εἴτε ἰδιωτικοῦ εἴτε στρατιωτικοῦ εἴτε ἱερατικοῦ εἴτε βασιλικοῦ εἴτε ἑτέρου οἵου δήποτε. κοινὸν γὰρ ἐφ' ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦτον τὸν νόμον ἀποτιθέμεθα.*

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα ἡμεῖς ὑπὲρ τοῦ κοινῇ πᾶσι λυσιτελοῦντος ἀνθρώποις ἐγράψαμεν, καὶ ὅπως ἂν οἵ τε ζῶντες τῶν καταλελειμμένων ἀπολαύοιεν οἵ τε τελευτῶντες μετ' εὐθυμίας ἀπέλθοιεν, γινώσκοντες ὡς ὁ νόμος αὐτοῖς καὶ κειμένοις ὑπηρετήσεται, καὶ ἅπερ ἂν ἐκεῖ- 1 *νοι διατάξαιεν, αὐτὸς εἰς ἔργον ἄξει. Ὥστε ἐπειδὴ κοινὸν τοῦτο ὄφελος ἅπασίν ἐστιν ἀνθρώποις, γενήσεται μὲν παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐνταυθοῖ κηρύγματα πᾶσι περιαγγέλλοντα τὴν τοῦ νόμου δύναμιν, σταλήσεται δὲ καὶ κατὰ χώραν ἐν ἅπασιν ἤδη τοῖς ἔθνεσι τοῖς πρῴην τε οὖσι καὶ νῦν ὑπὸ θεοῦ δι' ἡμῶν τῇ Ῥωμαίων προσγενομένοις ἀρχῇ. Οἵ δέ γε τῶν μη-*

decreto. Anno enim per culpam heredis transacto, tunc ille quidem cadet relictis, alii vero ad haec 1 venient, quos prius vocavimus. Pupillis autem et minoribus aetate nihil nostra praeiudicat lex. Est enim eis, si quid etiam secundum dictas a nobis causas laedantur, duplex quoddam subsidium, et per restitutionem et per viam contra neglegentes curatores. Non autem excipimus a lege neque patronatus successiones; et ibi enim legitima eis servata parte quam nos definivimus, quicquid ultra hanc eis relictum fuerit et aliquid a libertis petiti fuerint illi complere, deinde non voluerint, hunc ordinem tenere sancimus quem incohantes sacram nostram hanc constitutionem diximus, ita ut legalis quidem pars maneat apud eos pura talibus, reliqua vero veniat secundum viam a nobis nunc apertam in talibus, maxime quoniam in ipsa de iure patronatus posita a nobis constitutione ad similitudinem paene 2 ingenuorum etiam libertates ordinavimus. Quia vero duplex ⟨est⟩ testamentorum modus, aut in scriptam delatus dispositionem aut in non scriptam voluntatem, haec omnia obtinere similiter et secundum aequam observationem et in non scriptis testamentis et in omni ultima voluntate sancimus, et in omni persona, sive privata sive militari sive sacerdotali sive imperiali sive alterius cuiuslibet. Communem namque in omnibus hominibus hanc legem ponimus.

⟨Epilogus.⟩ Haec nos, ut communiter omnibus prosint hominibus, scripsimus, quatenus et viventes relictis potiantur et deficientes cum securitate moriantur, scientes, quia lex eis sepultis etiam ministrabit, et quaecumque illi disposuerint, ad perfectum 1 ipsa perducet. Quamobrem, quoniam communis haec utilitas omnibus est hominibus, fiant quidem a tua eminentia hinc praecepta cunctis declarantia legis virtutem, dirigantur autem et per provincias in omnibus gentibus, quae dudum fuerunt et nunc a deo per nos sunt adiectae principatui Romanorum.

---

prohibendi et ad imperatorem deferendi, ut is re cognita ex bonis oeconomorum, qui id fecerunt, vel etiam archiepiscopi, qui permisit, sanctissimae ecclesiae illa resarciri iubeat: ne denuo eiusmodi confusio et perturbatio hac in re contingat. Re autem ad pristinum modum redacta, tunc usque eo ordinare liceat, ut ne dictus modus transcendatur, neve numerus excedatur neu qui dolus hac in re committatur. Neque enim illud fieri omnino patiemur, ut dicatur licere quidem ordinare, nec vero alimenta praebere: id enim rursus est confusionem agitantium et adiectione supernumerariorum secundos catalogos constituentium; cum praesertim multas causa circumventiones ferat, ut pro alimentorum suppeditatione alias vias insatietatis inveniant. Quare hoc quoque ne fiat omnino prohibemus, et poenae ecclesiasticae quae vocatur subicimus, magnae ipsis nobis utilitati fore rati, si videamus sanctissimam magnam ecclesiam neque aeri alieno obnoxiam neque in angustias redactam neque perpetuo egentem, sed per omne tempus florentem.

III. *Quemadmodum autem expensas ad hanc rem pertinentes definivimus, ita sanctissimum pro tempore patriarcham et religiosissimos oeconomos providere convenit, ut reliquae etiam expensae, quae ex ecclesiasticis reditibus fiunt, in pias et deo gratas causas impendantur, inque eos erogentur, qui re vera egent neque aliunde habent alimentorum facultatem (haec enim dominum deum placant), nec vero hominum patrociniis et studiis ecclesiastici sumptus divitibus hominibus dentur, ut inde inopes necessaria non consequantur. Sciant enim deo carissimi oeconomi, et qui nunc et qui omni tempore futuri sunt, se si contra haec quid commiserint, tam poenas divinas subituros quam de suis facultatibus sanctissimam ecclesiam indemnem praestituros esse.*

Epilogus. Sancimus igitur, ut beatitudo tua, quae ab initio et fere ab infantia in omni

---

1 *τοῦτο*] *τοῦτο τι A τοιοῦτόν τι B* haec ς ‖ 2 *ἢ om. A* ‖ *ἐπιστρέψαντος L* ‖ *ἐπισκόπου B* ‖ 4 *τοιαύτην τινὰ B, τοιαύτην om. A* ‖ 5 *δὲ*] *om.* ς ‖ 8 *γενέσθαι AB* ‖ *τοῦτο*] haec ς ‖ 10 *ἔσται τὸ χειροτονεῖν L* ‖ 11 *τῶν add. Haloander* ‖ 12 *ἐργαζομένην L*[1] *ἐργαζόμενον A* ‖ 13 *συνιστώντων L* ‖ 15 *αὐτοῖς (in ras.) L* sibimet ς ‖ *ἀντὶ*] et pro ς ‖ *ἐπιγινώσκειν, in mg. γρ. ἐξ(ευρίσκειν?) A* ‖ 18 *ἑαυτῷ L, αὐτοῖς* (?) *corr. L*[2] ‖ 21 *μήτε διηνεκῶς — εὐθην. om. B* ‖ 26 *τὸ καὶ*] *τοῦ καὶ LA Nomoc.*[d] *καὶ B* ‖ 28 *ἀρέσκουσαν L*[1] ‖ 31 *θεραπεύειν Nomoc.*[d] ‖ 37 *τοῦ M*] *om. LAB Nomoc.*[d] ‖ 38 *ἀζήμιον*] *ἀξίωμα Nomoc.*[d] ‖ *ἐκκλησίᾳ περιποιήσουσι A* ‖ 40 *ὅπερ L*[1]

1 hoc *V*] ac *T* ‖ 5 redactam *V*[1] ‖ 7 transillatur *V* transcribatur *T* ‖ 8 haec *V*] hoc *vulg.* (*Gr.*), *om. T* ‖ 9 dicatur] dicat in *V* ‖ 12 constituendum *VT* ‖ 13 habere *T* ‖ causa] causas *V al.* ‖ circumuentionis *V* circum uenditiones *T* ‖ ut] et *V* ‖ 14 et *om. vulg.* ‖ 17 sancta *T* ‖ maiore *V* ‖ 18 debetis *V*[1] ‖ angustietur *V*[2] *vulg.* ‖ 19 perpetua edifitia *VT al.* ‖ 23 enim *V*] autem *vulg.* ‖ 24 *leg.* congruit (*Gr.*)? ‖ 26 fiunt ex] sunt *T* ‖ 28 agent *T* ‖ 29 elementorum *V* ‖ occasione *T* ‖ dominum placant deum *V*] dominum deum placant *vulg.*, placuit deum dominum *T* ‖ 31 in omnibus *VT* ‖ 32 distribuatur *V* ‖ 34 pro tempore *V*] per tempora *vulg.* ‖ 35 propter hoc *T* ‖ 36 sua *om. VT* ‖ 41 sacrato *V*] sancto *T* sacro *vulg.*

παντὶ βαθμῷ τε καὶ σχήματι τὴν ἁγιωτάτην κατεκόσμησεν ἐκκλησίαν, οἷα καὶ ἐξ ἱερατικῆς καταβαίνουσα γενεᾶς, ταῦτα φυλάττειν διηνεκῶς θεσπίζομεν, γινώσκοντες, ὡς οὐκ ἔλαττον ὑμῖν μελήσει τῶν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις λυσιτελούντων ἤπερ αὐτῆς τῆς ψυχῆς. Dat. XVII. k. April. [dn.] Belisario v. c. cons.

ordine et schemate sanctissimam ordinavit ecclesiam, ex sacrato utique genere descendens, haec custodire continue sancimus, scientes quia non minus nobis curae est horum quae sanctissimis ecclesiis prosunt, quam ipsius animae.

Dat. k. ⟨April.⟩ CP. Belisario v. c. cons.

[*a.* 535.]

Δ̄

IV. Coll. I tit. 4

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΟΥΣ ΔΑΝΕΙΣΤΑΣ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΧΩΡΕΙΝ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΠΡΩΤΟΤΥΠΩΝ ΧΡΕΩΣΤΩΝ, ΚΑΙ ΕΝ ΔΕΥΤΕΡΑ ΤΑΞΕΙ, ΑΠΟΡΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΕΥΡΕΘΕΝΤΩΝ, ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΜΑΝΔΑΤΩΡΩΝ Η ΤΩΝ ΑΝΤΙΦΩΝΗΤΩΝ Η ΕΓΓΥΗΤΩΝ.

R DE FIDEIUSSORIBUS ET MANDATORIBUS, ET SOLUTIONIBUS R.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp.

⟨Προοίμιον.⟩ Νόμον παλαιὸν τεθειμένον μὲν ἤδη, τῇ χρήσει δὲ, οὐκ ἴσμεν ὅπως, οὐκ ἐνευδοκιμήσαντα, διὰ δὲ τῶν ἀεὶ ζητουμένων πραγμάτων ἀναγκαῖον αὐτῇ φαινόμενον αὖθις ἀνακαλέσασθαί τε καὶ εἰς πολιτείαν καταγαγεῖν καλῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν, οὐχ ἁπλῶς αὐτὸν οὕτως ὡς ἔκειτο θέντες (ἦν γάρ τις αὐτῷ μοῖρα παντελῶς ἀδιάκριτος), ἀλλὰ μετὰ τῆς προσηκούσης τε καὶ θεοφιλοῦς διελόντες προσθήκης.

⟨Praefatio.⟩ Legem antiquam positam quidem olim, usu vero, nescimus quemadmodum, non approbatam, per causas autem semper exquisitas atque necessarias apparentem, rursus revocare et ad rempublicam reducere bene se habere putavimus, non simpliciter eam, sicut iacebat, ponentes (erat enim quaedam ei pars omnino non discreta), sed cum competenti et deo placito distribuentes augmento.

CAPUT I.

Ā *Εἴ τις τοίνυν δανείσειεν, καὶ ἐγγυητὴν ἢ μανδάτωρα ἢ ἀντιφωνητὴν προσλάβοι, οὗτος μὴ τὴν πρώτην εὐθὺς κατὰ τοῦ μανδάτωρος ἢ τοῦ ἐγγυησαμένου ἢ ἀντιφωνήσαντος χωρείτω, μηδὲ ἀμελήσας τοῦ δανεισαμένου τὰς παρενθήκας διενοχλείτω, ἀλλὰ χωρείτω πρῶτον ἐπὶ τὸν τὸ χρυσίον εἰληφότα καὶ τὸ δάνεισμα πράξαντα. Καὶ εἰ μὲν ἐκεῖθεν ἀπολάβοι, τῶν ἄλλων ἀπεχέσθω· τί γὰρ ἂν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἔξωθεν εἴη, παρὰ τοῦ λαβόντος πεπληρωμένῳ; εἰ δὲ οὐκ ἰσχύσειε παρὰ τοῦ δανεισαμένου λαβεῖν ἢ εἰς μέρος ἢ εἰς ὁλό-*

Si quis igitur crediderit et fideiussorem aut mandatorem aut sponsorem acceperit, is non primum mox adversus mandatorem aut fideiussorem aut sponsorem accedat, neque neglegens debitoris intercessoribus molestus sit, sed veniat primum ad eum, qui aurum accepit debitumque contraxit. Et si quidem inde receperit, ab aliis abstineat (quid enim ei in extraneis erit a debitore completo?); si vero non valuerit a debitore recipere aut in partem aut

Nov. IV (= *Coll. I tit.* 4: *gloss.*) *Graece extat in ML, cap.* 1—3 *in B* 26, 2, 1. — *Epit. Theod.* 4, *Athanas.* 15, 1. *Iulian. const. III.*

cap. I. II (— *παρά τινος* 26, 11) *habent Prochiron* 16, 10; *Epanagoge* 28, 11. *Eorundem summarium est in Appendice Eclogae* 31 (*idem in Ecloga ad Prochiron mutata* 30, 6 *et apud Anonymum Bodleianum p.* 212 *Zach.*).

sacro ordine et dignitate sanctissimam ecclesiam ornavit, quippe quae etiam ex sacro genere descendat, haec perpetuo custodiat: quae sanctis ecclesiis conducant, non minus vobis curae fore rati quam ipsam animam.

IV.

UT CREDITORES PRIMO DEBITORES PRINCIPALES CONVENIANT, ET SECUNDO LOCO, SI ILLI NON SOLVENDO ESSE REPERIANTUR, MANDATORES VEL CONSTITUTAE PECUNIAE REOS VEL FIDEIUSSORES.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio.

Praefatio. Antiquam legem olim quidem latam, usu vero nescimus quomodo parum vigentem, cui tamen ob res semper in quaestionem vocatas necessaria videatur, denuo revocare et in rempublicam reducere idoneum duximus, non simpliciter eam ita ut lata erat ferentes (erat enim aliqua eius pars plane non distincta), sed cum opportuna atque pia accessione dirimentes.

I. *Si quis igitur mutuum dederit, et fideiussorem aut mandatorem aut constitutae pecuniae reum acceperit, ille non statim ab initio mandatorem vel fideiussorem vel pecuniae constitutae reum conveniat, neve debitore neglecto intercessoribus molestiam facessat, sed primo eum conveniat, qui pecuniam accepit et debitum contraxit. Et siquidem inde receperit, a reliquis abstineat (quid enim rei illi cum extraneis erit, cui is qui acceperat satisfecit?): si vero non potuerit a debitore nec partem nec solidum accipere, in*

1 τὴν] *ἐπιστάμεθα τὴν A* ‖ *κατεκόσμησας* L^1 *κατακοσμήσασαν A* ‖ 2 *καταβαίνουσαν A* ‖ 4 *ὑμῖν MLA*] *ἡμῖν ς, Haloander* ‖ *μέλλει A* (*cf. ς*) ‖ 5 *ἤπερ αὐτῆς τῆς*] *περὶ τῆς A* ‖ 6 *subscr. om. LA* ‖ dn. bilisario *M*; *seclusi* dn. ‖ XVII k. April. *M*] *πρὸ ιθ' καλ. Ἀπριλ. Ath.*, k. April. *Iul.*^{vw} (ς), *μηνὶ Ἀπριλλίῳ Theod.* ‖ 15 * *ὑπάρχῳ ML* ‖ 19 *ἀναγκαίων* L^1ς ‖ 20 *αὐτῇ om.* ς ‖ 23 *τῆς om. L* ‖ 29 *διοχλείτω M* ‖ 30 *τὸ prius om.* L^a ‖ 31 *ἀπολαύοι M* ‖ 33 *ἰσχύει Proch., Epan.*

2 sacrato] sacro *T vulg.* ‖ genere] a genere *V* ‖ * descendentis ‖ 6 *subscr. dedi ex T* ‖ April. *om. T* ‖ bilis. uic. cons. *T* ‖ 17 usui R^1 ‖ 23 ei R^1T] eius R^2V *vulg.* ‖ 24 distribuens R^1 ‖ 25 *rubr.* Qualiter fideiussor conueniatur *R* ‖ 26 is *om. RT* ‖ 27 mox *om. R vulg.* ‖ 28 debitores R^2V^2 ‖ 31 quidem] quid V^b ‖ 33 parte *R*

κληρον, καθ' ὅσον ἂν παρ' αὐτοῦ μὴ δυνηθείη λαβεῖν, κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ τὸν ἐγγυητὴν ἢ τὸν ἀντιφωνητὴν ἢ μανδάτωρα χωρείτω καὶ παρ' ἐκείνου τὸ λειπόμενον κομιζέσθω. Καὶ εἰ μὲν παρόντες αὐτῷ τύχοιεν ἀμφότεροι, ὅ τε πρωτότυπος ὅ τε ἐγγυησάμενος ἢ μανδατωρεύσας ἢ ἀντιφωνήσας, ταῦτα ἐκ παντὸς φυλαττέσθω τρόπου. Εἰ δὲ ὁ μὲν ἐγγυητὴς ἢ ὁ μανδάτωρ ἢ ὁ τὴν ἀντιφώνησιν ὑπελθὼν παρείη, τὸν δὲ πρωτότυπον ἀπεῖναι συμβαίη, πικρόν ἐστι τὸν δανειστὴν πέμπειν ἀλλαχόσε, παρὸν εὐθὺς τὸν ἐγγυητὴν ἢ τὸν μανδάτωρα ἢ ἀντιφωνητὴν εἰσπράττειν. Ἀλλὰ τοῦτο δὴ θεραπευτέον ἡμῖν τὸν ἐγχωροῦντα τρόπον, οὐδὲ γὰρ ἦν τις ἐνταῦθα τῷ παλαιῷ νόμῳ διωρισμένη πρὸς θεραπείαν μέθοδος, καίτοι Παπινιανὸς ὁ μέγας ἦν ὁ ταῦτα πρῶτος ὑφηγησάμενος. Ἐνδεικνύτω τοίνυν τὸν ἐγγυητὴν ἢ ἀντιφωνητὴν ἢ μανδάτωρα, καὶ ὅγε τῷ πράγματι καθήμενος δικαστὴς διδότω καιρὸν τῷ ἐγγυητῇ, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν ἀντιφωνητῇ τε καὶ μανδάτωρι, βουλομένοις τὸν πρωτότυπον ἀγαγεῖν, ἐφ' ᾧ τε ἐκεῖνον πρότερον ὑπομεῖναι τὴν ἐναγωγήν, οὕτω τε αὐτοὺς ἐν καταλοίπῳ πεφυλάχθαι βοηθείᾳ· καὶ ἀμυνέτω γε τῷ ἐγγυητῇ καὶ τῷ ἀντιφωνητῇ καὶ μανδάτωρι πρὸς τοῦτο καὶ ὁ τοῦ δικάζειν κύριος (ἐγγυηταῖς γὰρ καὶ τοῖς τοιούτοις βοηθεῖν ὅσιον), ὥστε αὐτὸν ἀχθέντα τῆς ἐν τῷ τέως ἐναγωγῆς ἀπαλλάξαι τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ διενοχλουμένους. Εἰ δὲ ὁ χρόνος ὁ ἐπὶ τοῦτο ταχθεὶς ἐξήκοι (δεῖ γὰρ καὶ χρόνον ὁρίζειν τὸν δικάζοντα), τηνικαῦτα [ἢ] ὁ ἐγγυητὴς ἢ ὁ μανδάτωρ ἢ ὁ ἀντιφωνητὴς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην καὶ τὸ χρέος ἐκτιννύτω, τὰς κατὰ τοῦ ἐγγυηθέντος, ἢ ὑπὲρ οὗ τὰς ἐντολὰς ἔγραψεν ἢ τὴν ἀντιφώνησιν ὑπῆλθε, παρὰ τοῦ δανείσαντος ἐκχωρούμενος ἀγωγάς.

in totum, secundum quod ab eo non potuerit accipere, secundum hoc ad fideiussorem aut sponsorem aut mandatorem veniat et ab illo, quod reliquum est, sumat. Et si quidem praesentes ei consistant ambo, et principalis et intercessor, haec omni serventur modo; si vero fideiussor aut mandator aut qui sponsioni se subiecit adsit, principalem vero abesse contigerit, acerbum est creditorem mittere alicubi, cum possit mox fideiussorem aut mandatorem aut sponsorem exigere. Sed et hoc quidem curandum a nobis possibili modo. Non enim erat quoddam hic antiquae legi datum pro sanatione remedium, cum utique Papinianus maximus fuerit qui haec primitus introduxit. Probet igitur fideiussorem aut sponsorem aut mandatorem, et causae residens iudex det tempus fideiussori, idem est dicere sponsori et mandatori, volentibus principalem deducere, quatenus ille prius sustineat conventionem, et sic ipsi in ultimum subsidium reserventur: sitque solacio intercessori in hoc quoque iudex (fideiussoribus enim et talibus prodesse sanctum est), ut illo deducto interim conventione liberentur, qui pro eo in molestia fuerunt. Si vero tempus in hoc indultum excesserit (convenit namque etiam tempus definire iudicantem), tunc fideiussor aut mandator aut sponsor exequatur litem, et debitum exigatur contra eum, quem fidedixit aut pro quo mandatum scripsit aut sponsionem suscepit, a creditore actionibus sibi cessis.

CAPUT II.

⟨B⟩ *Οὐ μὴν οὐδὲ ἐπὶ τὰ πραγματα τῶν δανεισαμένων, εἰ παρ' ἑτέρων κατέχοιτο, χωρήσει πρότερον, πρὶν ἂν διελθεῖν τὴν ἐπὶ ταῖς περσοναλίαις ὁδὸν κατά τε μανδατώρων καὶ ἐγγυητῶν καὶ ἀντιφωνητῶν· οὕτω τε ἐπὶ τὰ πράγματα ἐλθὼν τοῦ πρωτοτύπου, εἴγε παρ' ἑτέρων κατέχοιτο, καὶ τοῖς ἐπειλημμένοις αὐτῶν ἐνοχλήσας, εἴγε μηδὲ ἐκεῖθεν σχοίη τὸ ἱκανόν, τηνικαῦτα χωρείτω κατὰ τῶν πραγμάτων τῶν ἐγγυητῶν*

Sed neque ad res debitorum quae ab aliis detinentur veniat prius, antequam transeat viam super personalibus et contra mandatores et fideiussores et sponsores: sicque ad res veniens principalis, sive ab alio teneantur, et detinentes eas conveniens, si neque inde habuerit satisfactionem, tunc veniat adversus res fideiussorum et mandatorum et spon-

---

quantum ab illo accipere non potuit, in tantum cum fideiussore vel constitutae pecuniae reo vel mandatore agat et ab eo reliquum consequatur. Atque haec si quidem utrique, tam principalis debitor, quam fideiussor aut mandator aut constitutae pecuniae reus praesentes sint, omni modo serventur. Si vero fideiussor quidem aut mandator aut qui constitutum suscepit adsit, principalem autem debitorem abesse contingat, durum est creditorem alio mittere, cum statim a fideiussore aut mandatore aut pecuniae constitutae reo exigere possit. Sed huic sane rei idoneo modo medendum nobis est. Neque enim ulla hic erat antiqua lege definita medendi ratio, tametsi magnus ille Papinianus haec primus demonstraverit. Conveniat igitur fideiussorem aut constitutae pecuniae reum aut mandatorem, et iudex qui causae praeest fideiussori, et eundem in modum constitutae pecuniae reo et mandatori principalem debitorem sistere volentibus tempus concedat, ut ille prius actionem sustineat, et ita ipsi in ultimum reserventur subsidium. Atque in ea re fideiussori et pecuniae constitutae reo et mandatori auxilium praestet is penes quem iudicium est (fideiussoribus enim et eiusmodi hominibus auxilio venire fas est), ut ille ipse adductus actione interim eos liberet, qui pro eo urgentur. Quodsi tempus ad hoc statutum praeterierit (nam tempus quoque definire iudicem oportet), tum [aut] fideiussor aut mandator aut constitutae pecuniae reus litem suscipiat et debitum solvat, actionibus contra eum, pro quo fideiussit vel mandatum scripsit vel pecuniam constituit, a creditore ad ipsum translatis.

II. *At ne ad debitorum quidem res, si ab aliis detineantur, prius veniet quam actionum personalium viam contra mandatores et fideiussores et constitutae pecuniae reos absolverit. Cumque ita ad res debitoris principalis, si quidem ab aliis detineantur, venerit earumque detentores petierit, si ne inde quidem ei satisfactum sit, tunc res fideiussorum et mandatorum et pecuniae constitutae reorum persequatur. Idem autem*

---

1 *δυνηθῇ Proch., Epan.* ‖ 7 *μὲν M*] *om. LB Proch., Epan.* ‖ 8 *ὑπελθὴν* L^1 ‖ 11 *τὸν om. LB* ‖ 13 *οὐδὲ — 15 ὑφηγησάμενος om. B* ‖ 14 *παπιανὸς M παππoιανὸς L* ‖ 14 *sq. cf. Dig.* 46, 1, 49, 2 ‖ 27 *ἐπὶ τούτῳ Proch. cod. unus, Epan.* ‖ 28 *ἢ libri, om. ς* ‖ 30 *κατὰ om.* L^1 ‖ 32 *ὑπεισῆλθε B Proch., Epan.* ‖ 33 *ἐπὶ om. M* ‖ 34 *κατέχοιντο ML* ‖ 35 *περσοναλίαις M*] *προσωπικαῖς LB Proch., Epan.* ‖ 37 *εἴτε* L^2 ‖ 38 *κατέχοιντο L* ‖ *τοὺς ἐπειλημμένους LB Proch., Epan.* ‖ 39 *εἴγε μηδὲ M*] *εἰ μηδὲ Lς εἰ δὲ μὴ Proch., Epan.*

1 potuerint *V* ‖ 2 aut sponsorem *om. R* ‖ 3 mandorem R^1 ‖ 5 et (*om. V*) intercessor *RV*] et fideiussor aut mandator aut sponsor *T* (*Gr.*) ‖ haec — hoc quidem (10) *in ras. 4 vv. scripsit* R^2 ‖ 6 fideiussor *VT*] intercessor *vulg.* ‖ aut mandator — subiecit *om. R*(²) ‖ 9 fideiussorem] intercessorem *R*(²), *vulg.* ‖ aut mandatorem aut sponsorem *om. R*(²) ‖ 11 curandum] curandum est *vulg.* ‖ 12 quondam *V* ‖ data R^1 ‖ 14 haec *om. R* ‖ primus *T* (*Gr.*) ‖ fideiussorem aut sponsorem aut mandatorem *VT*] intercessorem *R al.* ‖ 16 fideiussori, idem est dicere sponsori et mandatori, uolentibus *V*] intercessori uolenti *R al.* ‖ 19 ipse *R vulg.* ‖ reseruetur *RT* seruentur *V* ‖ 20 intercessori] fideiussori *VT* (et sponsori et mandatori *add. vulg.*) ‖ haec *R* ‖ 21 et in talibus *T* ‖ pro esse R^1 ‖ sancitum *RVT* ‖ delucto R^1 ‖ 22 conuentionem V^1 ‖ pro eo immolestia fuerunt *R*, *eo (pro reo V^2) melestiam ferunt *V* ‖ 23 haec R^1 ‖ 26 exigatur] exsequatur (al. exigatur V^2) *V*

καὶ μανδατώρων καὶ ἀντιφωνητῶν. Ταὐτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν κἂν εἴ τινας ἔχοιεν ἅπαντες οὗτοι σφίσιν αὐτοῖς ὑπευθύνους καὶ ταῖς ὑποθηκαρίαις ἀγωγαῖς ἐνέχεσθαι δυναμένους. Κατὰ μέντοι τοῦ πρωτοτύπου καὶ τῶν ὄντων παρ᾽ αὐτῷ πραγμάτων, εἴτε ταῖς περσοναλίαις εἴτε ταῖς ὑποθηκαρίαις εὐθὺς εἴτε ἀμφοτέραις χρήσασθαι βουληθείη, πᾶσαν αὐτῷ δίδομεν ἄδειαν, τὴν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένην ὁδόν τε καὶ τάξιν ἐπὶ τῶν ἄλλων προσώπων τε καὶ θεμάτων νομοθετήσαντες. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐπὶ δανειστῶν φαμέν, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ὠνήσαιτό τι παρά τινος, εἶτα τὸν καλούμενον λάβοι βεβαιωτήν, καὶ σαλεύοιτο κατά τι τὰ τῆς πράσεως, ἐναγωγῆς κατὰ τοῦ πράτου γινομένης, μὴ πρὸς τὸν βεβαιωτὴν εὐθὺς ὁ ἀγοραστὴς χωρείτω, μηδὲ τὸν κατέχοντά τι τῶν τοῦ πεπρακότος πραγμάτων, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν πρατῆρα πρότερον, οὕτω τε ἐπὶ τὸν βεβαιωτήν, καὶ κατὰ τρίτην τάξιν ἐπὶ τὸν κατέχοντα. Τῆς αὐτῆς κἀνταῦθα διαιρέσεως οὔσης ἐπί τε τῶν παρόντων ἐπί τε τῶν ἀπόντων, ἣν ἔμπροσθεν ἐπί τε τῶν ἐγγυητῶν καὶ μανδατώρων καὶ ἀντιφωνητῶν ἐπί τε τῶν δανεισαμένων ἐνομοθετήσαμεν. Ὁμοίως τούτου κρατοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συναλλαγμάτων, ἐν οἷς ἐγγυηταί τινες ἢ μανδάτωρες ἢ ἀντιφωνηταὶ προσληφθεῖεν, ἐπί τε αὐτῶν τῶν πρωτοτύπων ἑκατέρωθεν ἐπί τε τῶν κληρονόμων αὐτῶν καὶ διαδόχων. Ὁ μὲν οὖν παλαιὸς νόμος ταῦτα κρατείτω τε αὖθις, καὶ μετὰ ταύτης τῆς δικαιοσύνης τε καὶ τῆς διαιρέσεως τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους θαλπέτω.

sorum. Idem est dicere vel si quos habuerint omnes ipsi sibimet obligatos et qui hypothecariis actionibus teneri possint. Contra principales tamen et existentes apud eos res (sive personalibus sive hypothecariis mox sive ambabus uti voluerit) omnem ei damus licentiam, quae dudum a nobis dicta est, et viam et ordinem in aliis personis casibusque sancitam. Et non solum hoc in creditoribus dicimus, sed et si quis emerit aliquid ab aliquo, deinde acceperit eum quem vocant confirmatorem, et moveatur in aliquo venditionis conventio contra venditorem facta, non adversus confirmatorem mox emptor accedat, neque tenentem aliquid rerum venditoris, sed ad venditorem prius, et sic ad confirmatorem, et tertio loco contra detentatorem. Eadem etiam hic existente divisione super praesentibus et absentibus, quam dudum in fideiussoribus et mandatoribus et sponsoribus ac creditoribus [causa debitorum] sancivimus; similiter obtinente etiam in aliis contractibus, in quibus fideiussores aliqui aut mandatores aut sponsores accipiuntur, et in ipsis principalibus ex utroque et in heredibus eorum et successoribus. Antiqua siquidem lex haec valeat rursus et cum huiusmodi iustitia atque divisione nostros subiectos foveat.

CAPUT III.

⟨Γ⟩ *Τὸ δὲ ἐφεξῆς ταῖς ἀνθρωπίναις βοηθοῦν θεραπείαις, εἰ καί τισι τῶν δανειζόντων οὐ καταθύμιον ἴσως ἐστίν, ἀλλ᾽ οὖν ἡμῖν πρὸς φιλανθρωπίαν νενομοθετήσθω. Εἰ γάρ τις δανείσειε χρυσίον, τῇ τοῦ δεδανεισμένου περιουσίᾳ πιστεύων, ὁ δὲ εἰς ἔκτισιν χρυσίου μὲν οὐκ εὐποροίη, περιουσίαν δὲ ἀκίνητον ἔχοι, ὁ δανειστὴς δὲ ἐπικέοιτο καὶ χρυσίον πάντως ἐπιζητοίη, τῷ δὲ οὐκ εἴη πρόχειρον, οὐδέ τις κινητὴ περιουσία (δίδομεν γὰρ τῷ δανειστῇ βουλομένῳ καὶ κινητὰ πράγματα λαβεῖν ἀντὶ χρυσίου), ἀλλ᾽ οὐδέ τις ὠνούμενος ἀκίνητα αὐτοῦ πράγματα παρείη, τοῦ δανειστοῦ πολλάκις καὶ θρυλλοῦντος, ὡς ὑπόκειται τὰ τοῦ δανεισαμένου πράγματα, καὶ ταύτῃ φοβοῦντος τοὺς προσ-*

Quod autem de cetero humanis auxiliatur curis, licet quibusdam creditoribus non forte sit gratum, a nobis tamen propter clementiam sancitur. Si quis enim mutuaverit aurum debitoris substantiae credens, at ille ad restitutionem auri non sit idoneus, substantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat aurum omnimodo quaerens, illi vero non sit facile, neque ulla mobilis substantia (damus enim creditori volenti immobiles res accipere pro auro), sed si nec quispiam emptor immobilium eius rerum adsit, creditore frequenter etiam divulgante quoniam subiacent debitoris res, et ob hoc terrente adire

32—27, 18 *habent Prochiron* 16, 11; *Epanagoge* 28, 12.

dicendum est, si quos hi omnes sibimet obligatos habeant quique hypothecariis actionibus teneri possint. In debitorem tamen principalem atque res quae in eius manu sunt, sive actionibus personalibus sive hypothecariis statim sive utrisque uti velit, omnem ei licentiam damus, praedicta a nobis via et ordine in reliquis et personis et casibus sancita. Neque solum de creditoribus hoc dicimus, verum etiam si quis a quo quid emerit atque confirmatorem quem vocant acceperit, et venditio, actione contra venditorem instituta, aliquatenus labefactetur, non statim confirmatorem emptor conveniat neque eum, qui quid ex rebus venditoris detinet, sed prius venditorem, indeque confirmatorem, et tertio loco detentorem. Eademque hic quoque distinctio et in praesentibus et in absentibus adhibeatur, quam antea tam in fideiussoribus et mandatoribus et pecuniae constitutae reis quam in debitoribus sanximus. Quod similiter in ceteris quoque contractibus obtineat, in quibus fideiussores aliqui aut mandatores aut pecuniae constitutae rei adsumpti erunt, et tam in ipsis utrimque debitoribus principalibus quam in heredibus eorum et successoribus. Itaque antiqua lex in his et rursus valeat et cum hac iustitia ac distinctione subditos nostros foveat.

III. *Deinceps vero quod humanis curis subvenit, licet quibusdam creditoribus gratum forte non sit, at a nobis secundum humanitatem sancitum esto. Si quis enim debitoris facultatibus confisus mutuam pecuniam dederit, ille vero ad pecuniam solvendam non valeat, bona autem immobilia habeat, et creditor instet atque pecuniam omnino flagitet, at illi in promptu non sit neque ulla res mobilis (concedimus enim creditori, si velit, etiam res mobiles pro pecunia accipere), ac ne emptor quidem immobilium eius rerum inveniatur, cum forsan vel divulget creditor bona debitoris pignori obligata esse itaque deterreat ad emptionem*

2 *κἂν* M(ς)] *καὶ* LB *Proch., Epan.* ‖ 6 *προσωπικαῖς* L *Proch., Epan.* ‖ 7 *αὐτοῖς* L ‖ 9 *θ**μάτων* L¹ ‖ 17 *sq. in* L *post vv. ἐπὶ τὴν (sic) βεβαιωτὴν initio f.* 9ʳ *errore repetitis vv. κἂν σαλεύοιτο κατά τι — πεπρακότος πραγμάτων* (12 — 16) *statim subicitur ἐπί τε τῶν ἀπόντων* (*v.* 19) *mediis omissis; m.* 2 *delet κἂν — πραγμάτων et in mg. supplet καὶ τρίτῃ τάξει κατὰ τοῦ κατέχοντος· τῆς αὐτῆς δὲ καὶ ἐνταῦθα οὔσης τῆς διαιρέσεως ἐπί τε παρόντων* ‖ 26 *ταύτῃ* L ‖ 29 *θεραπείας* L ‖ 31 *νενομοθετείσθω* Mᵃ L ‖ 33 *δανεισαμένου Proch., Epan.* ‖ 36 *τὸ δὲ* L *Proch., Epan.* ‖ 37 *κινητὰ Cuiacius*] *ἀκίνητα libri* (ς)

1 habuerit R ‖ *homines (ho**ſ V¹) *libri* ‖ 2 ipsis *vulg.* ‖ 3 tamen] tantum R ‖ 5 ambobus V ‖ ei *om.* V ‖ 6 dicta] electa R ‖ 9 deinde hac acceperit R ‖ 10 uocat R ‖ 15 hic etiam V ‖ 18 ac] a R¹ ‖ causa debitorum *om* R¹; causa debitorum horum V ‖ 19 *leg.* similiter ⟨hoc⟩ obtinente? ‖ 21 *f. leg.* accipiantur ‖ 24 nostr*s V¹ ‖ 29 *rubr.* de solutionibus et uerborum significatione RT *mg.* ‖ 31 *An* sancitor? (*Heimbach*) ‖ 32 enim] etiam enim R¹ ‖ debitoribus R¹ ‖ 36 enim] *punctis del. in* R ‖ 38 sed si] si V sed Tⁿ ‖ 39 creditores Rᵃ ‖ deuulgante R¹V¹ ‖ 40 subiaceant VT ‖ debitores R¹ ‖ terrentes Rᵃ

ιέναι βουλομένους ταῖς ἀγορασίαις· τηνικαῦτα ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως οἱ ἐνδοξότατοι τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄρχοντες κατὰ τὴν ἑκάστῳ τεταγμένην παρὰ τοῦ νόμου καὶ ἡμῶν δικαιοδοσίαν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι παρασκευαζέτωσαν, ἀκριβοῦς διατιμήσεως γινομένης τῶν πραγμάτων τοῦ χρεωστήσαντος, δίδοσθαι πρὸς ἀναλογίαν τοῦ χρέους κτῆσιν ἀκίνητον τοῖς δανεισταῖς μετὰ τοιαύτης ἀσφαλείας, μεθ' ἧς ἂν ὁ χρεώστης δοῦναι δυνηθείη. Τὰ δὲ τῆς τῶν πραγμάτων δόσεως ἔστω τοιαῦτα, ὁποῖα τὰ μὲν καλλίω δίδωσι τῷ δανειστῇ, τὰ δὲ ἐλάττω παρὰ τῷ χρεώστῃ μετὰ τὴν τοῦ χρέους λύσιν μένειν ἐᾷ. Καὶ γὰρ οὐκ ἂν εἴη δίκαιον, τὸν δόντα μὲν χρυσίον, λαβεῖν δὲ χρυσίον οὐ δυνάμενον, ἀλλ' ἀναγκαζόμενον καταδέξασθαι κτῆσιν ἀκίνητον, μὴ τὰ γοῦν καλλίονα τῶν τοῦ χρεώστου πραγμάτων λαβεῖν καὶ ταύτην γοῦν ἔχειν παραψυχήν, ὅτιπερ εἰ καὶ χρυσίον οὐκ εἴληφεν ἢ ἕτερα τῶν φέρεσθαι δυναμένων πραγμάτων, ἀλλ' ἔξεστιν αὐτῷ κτῆσιν οὐ φαύλην ἔχειν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔστω φιλανθρωπία τις σαφὴς τοῦ νόμου· γινωσκέτωσαν δὲ οἱ δανείζοντες, ὡς κἂν εἰ μὴ τοῦτον ἐγράψαμεν τὸν νόμον, ὁ τῆς ἀνάγκης λόγος εἰς τοῦτο τὸ πρᾶγμα περιῆγε. Καὶ γὰρ οὐκ εὐπορῶν χρημάτων ὁ δανεισάμενος οὐδὲ ἀγοραστῶν ἤμελλεν οὐδὲν ἕτερον πράττειν ἢ τῶν οἰκείων ἐξίστασθαι, καὶ αὖθις τὰ πράγματα πρὸς τὸν δανειστὴν εἰκότως ἐχώρει χρυσίον λαβεῖν οὐκ ἰσχύοντα. Ὥστε ὅπερ μεθ' ὕβρεως καὶ ἐξ ἀποτελέσματος πικροῦ περιίστατο τόν τε δανειστὴν τόν τε χρεώστην, τοῦτο ἡμεῖς φιλανθρώπως τε ἅμα καὶ νομοθετικῶς διελόμενοι καὶ τοῖς ἠτυχηκόσι χρεώσταις βοηθοῦμεν καὶ τοῖς πικροτάτοις τῶν δανειστῶν οὐκ ἂν φανείημεν δύσκολοι, πρᾶγμα αὐτοῖς ἐπιτάττοντες, εἰς ὅπερ, εἰ διέμειναν ἀπειθοῦντες, πάντως ἂν ἀφίκοντο. Εἰ μέντοιγε ὁ δανειστὴς ἕτοιμός ἐστι παρασκευάσαι τινὰ τὸν ὠνούμενον, ἀνάγκην ἔχειν τὸν χρεώστην τοῦτο πράττειν, διδόντα τοιαύτην ἀσφάλειαν δοκιμασίᾳ τοῦ δικάζοντος, ὁποίαν ὅλως ἐστὶ δοῦναι δυνατός. πανταχόθεν γὰρ οὕτω τῶν δανειστῶν προνοητέον, ὡς μὴ τοὺς χρεώστας βαρῦναι καθάπαξ.

1 Δανειστὴν δὲ τίθεμεν, τοῖς ἀρχαίοις ἀκολουθοῦντες νόμοις, πάντα τὸν ἀγωγὴν ἔχειν κατά τινος δυνάμενον, εἰ καὶ μὴ δάνεισμα τὸ πεπραγμένον, ἀλλ' ἕτερόν τι συνάλλαγμα καθεστήκοι· δηλαδὴ τῶν ἀργυροπρατικῶν ἀντιφωνήσεων διὰ τὸ χρήσιμον τῶν συναλλαγμάτων ἐπὶ τῆς νῦν μενουσῶν τάξεως.

volentes emptionem: tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimi nostrae reipublicae iudices secundum unicuique concessam a lege et a nobis iurisdictionem, in provinciis autem gentium praesides praeparent, subtili aestimatione facta rerum debitoris, dari secundum quantitatem debiti possessionem immobilem creditoribus cum tali cautela cum qua debitor dare possit. Rerum vero datio sit huiusmodi: quaecumque quidem meliora sunt, dentur creditori, quae vero deteriora, apud debitorem post debiti solutionem manere sinantur. Etenim non erit iustum, dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, sed coactum suscipere possessionem immobilem, non vel meliora rerum debitoris percipere, et per hoc habere consolationem quia, si aurum non recepit aut aliud rerum quae portari possunt, tamen licet ei possessionem non inutilem habere. Sed hoc quidem sit clementia quaedam clara legis: agnoscant autem creditores quia, etsi non hanc conscripsissemus legem, necessitatis ratio ad hoc causam perduceret. Si enim non sit idoneus pecuniarum debitor nec ullus emptor, nihil aliud facturus erat quam propriis cedere, et rursus res ad creditorem merito venirent aurum percipere non valentem. Quamobrem quod cum iniuria et affectu acerbo perduceret creditorem et debitorem, hoc nos clementer simul et legaliter decidentes et infelicibus debitoribus auxiliamur et acerbis creditoribus non apparebimus duri, causam eis deputantes ad quam, si permanerent inoboedientes, tamen modis omnibus advenirent. Si itaque creditor paratus est praeparare quendam emptorem, necessitatem habere debitorem hoc agere, praebentem huiusmodi cautionem arbitrio iudicantis, qualem omnimodo est dare possibilis. Undique enim ita creditoribus providendum est, ut non debitores graventur.

1 Et absolute creditorem ponimus, antiquas sequentes leges, omnem, qui actionem habere contra aliquem potest, licet non sit mutuum gestum, sed alter quidam contractus consistat. Argentariorum quippe sponsionibus propter utilitatem contractuum in ordine moderno durantibus.

accedere volentes: tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimi reipublicae nostrae magistratus secundum iurisdictionem unicuique a lege et nobis statutam, in provinciis vero populorum praesides, accurata rerum debitoris aestimatione facta, creditoribus pro rata debiti possessionem rei immobilis dandam curent cum ea cautione quam debitor praestare possit. Ratio vero rerum dationis talis sit, ut quae meliores sunt, eas det creditori, deteriores vero soluto debito apud debitorem manere sinat. Neque enim iustum esset, qui dedit pecuniam, recipere vero pecuniam nequit, sed rem immobilem accipere cogitur, eum non meliores certe res debitoris accipere, atque hoc saltem solacium habere quod, etsi pecuniam non acceperit neque alia eorum quae moveri possunt, at possessionem non vilem ei habere licet. Atque haec quidem manifesta benevolentia legis sit; intellegant vero creditores, etsi hanc legem non scripsissemus, necessitatis tamen rationem res eo fuisse perducturam. Nam debitor et pecunia et emptoribus destitutus nil aliud facturus erat nisi ut bonis suis cederet, resque iterum ad creditorem esse venturas par erat, qui pecuniam consequi non poterat. Quare quod cum contumelia et acerbo eventu tam creditori quam debitori immineret, humane et ut legislatorem decet distinguentes et infelicibus debitoribus succurrimus nec acerbissimis creditoribus duri videbimur, rem eis imperantes ad quam, si in recusando perstitissent, omnino perventuri essent. Si tamen creditor emptorem quendam procurare paratus sit, debitor necesse habeat id facere, talem cautionem arbitrio iudicis praestiturus quam omnino praestare poterit. Ab omni enim parte creditoribus
1 *ita providendum est, ne debitores utique graventur. Creditorem autem antiquas secuti leges eum statuimus, quicumque actionem contra aliquem habere potest, licet non sit mutuum quod actum est, sed alius quidam contractus: argentariorum scilicet constitutis propter utilitatem contractuum in eo qui nunc est ordine mansuris.*

1 ἐπὶ *om. L*ᵃ ‖ 4 παρὰ] ὑπὸ *Proch., Epan.* ‖ δικαιοδοσία *L* ‖ 5 ἐθνῶν] θεμάτων *Proch., Epan.* ‖ 11 τὰ *ante* μὲν *om. Haloander* ‖ 16 τῶν τε χρεώστων? *L*[1] ‖ ταύτα *L* ‖ 22 ὁ τῆς — περιῆγε *om. L* ‖ 24 ἔμελλεν μηδὲν *L* ‖ 32 εἰ *om. L*[1] ‖ 39 καθάπαξ] *sequentibus iunxit* ς ‖ 40 ἀκολουθοῦντα? *L*[1]

2 *gloriosissimae ‖ 4 autem] quidem *V* ‖ 5 praepararent *R* ‖ 6 debitam *V* ‖ 7 cum qua] quam *V* ‖ 8 dari *V* ‖ 11 sinatur *V*[1] ‖ 12 aurum *om. V* ‖ 13 ualente *R*[1] ‖ possionem *R* ‖ 15 per hoc *V vulg.*] per haec *R* (ταύτην *Gr.*) ‖ 16 recepit *V*] recipit *R vulg.* receperit *T* ‖ aliud] alia *vulg.* (*Gr.*) ‖ 17 tamen] et tamen *R*[1]*V* ‖ 18 hoc *V vulg.*] haec *RT* ‖ 22 emptor *VT*] emptor ageret *R* emptor sit *vulg.* ‖ 26 cum] eum *V*[1] ‖ effectu *R*] affectu *VT vulg.* ‖ perducerent *VT* ‖ 29 acerbi *VR*[2] ‖ dari *RVT al.* ‖ ei *V* ‖ 31 adueniret *V* ‖ 33 haec *R* ‖ 35 omnino *T* ‖ possibilis *RV*[1]*T*] possibile *V*[2] *vulg.* ‖ 39 Et] Vt *V rubr.* (*corr. V*[3]) ‖ 42 aliter *V* ‖ quidam *RV*] quidem *vulg.* ‖ consistit *RV* ‖ argentariorum quippe sponsionibus *suppl. V*[2] *in spat. vac.*

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παρ' ἡμῶν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ὑπηκόων νενομοθετημένα μανθάνουσα ἡ σὴ ὑπεροχὴ τοῖς συνήθεσι προγράμμασιν ἐνταῦθά τε καὶ πανταχόσε τῆς ὑπηκόου φανερὰ γενέσθαι παρασκευασάτω, ὥστε κἀν τοῖς ἔθνεσι γινώσκειν τοὺς ὑπηκόους, ὁπόση γέγονεν ἡμῖν τῆς ἐκείνων ὠφελείας ἡ πρόνοια. Dat. XVII. k. April. ind. XIII. Flavio Belisario v. c. cons.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur a nobis pro cautela subiectorum sancita sunt, cognoscens tua eminentia sollemnibus programmatibus et hic et in omni dicione fieri manifesta procuret, ut etiam inter gentes agnoscant subiecti quanta fuit nobis pro illorum utilitate providentia.

Dat. XVII. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons.

[*a.* 535.]

Ε̄

V. Coll. I tit. 5

ΠΕΡΙ ΜΟΝΑΣΤΗΡΙΩΝ ΚΑΙ ΜΟΝΑΧΩΝ ΚΑΙ ΗΓΟΥΜΕΝΩΝ.

℞ DE MONACHIS ℞.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Imp. Iustinianus A. Epiphanio archiepiscopo huius felicissimae civitatis et universali patriarchae.

⟨Προοίμιον.⟩ Ὁ ἐν ἀσκήσει μοναχικῇ βίος οὕτως ἐστὶ σεμνός, οὕτως οἰκειοῦν οἶδε θεῷ τὸν εἰς τοῦτο ἐρχόμενον ἄνθρωπον, ὥστε πάντα μὲν ἀνθρώπινον αὐτοῦ σπῖλον ἀποξύειν, καθαρὸν δὲ ἀποφαίνειν καὶ τῇ λογικῇ πρέποντα φύσει καὶ τὰ πολλὰ κατὰ νοῦν ἐνεργοῦντα καὶ τῶν ἀνθρωπίνων φροντίδων ὑπέρτερον. Εἰ τοίνυν μέλλοι τις ἔσεσθαι μοναχὸς ἀκριβής, δεῖ καὶ τῆς τῶν θείων αὐτῷ λογίων παιδείας καὶ ἀσκήσεως ἀκριβοῦς, ὥστε τηλικαύτης ἀξίῳ γενέσθαι μεταβολῆς. Ὠιήθημεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ὑφηγήσασθαι τὸ πρακτέον αὐτοῖς καὶ ἀγωνιστὰς αὐτοὺς ἀληθεῖς τῆς ἐπὶ τὸ θεῖον ὁδοῦ καταστῆσαι. Καὶ οὗτος ἡμῖν ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος ἐστὶ νόμου, ὥστε μετὰ τὰ περὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων νενομοθετημένα καὶ τὰ περὶ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν διατεταγμένα μηδὲ τὸ μοναχικὸν ἔξω καταλιπεῖν τοῦ προσήκοντος.

⟨Praefatio.⟩ Conversationis monachilis vita sic est honesta, sic commendare novit deo ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam eius maculam detergat, purum autem declaret ac rationabili naturae decentem et plurima secundum mentem operantem et humanis cogitationibus celsiorem. Si quis igitur futurus est monachus perfectus, indiget et divinorum eloquiorum eruditione et conversationis integritate, ut tanta dignus factus sit mutatione. Credidimus igitur et nos explanare quod agendum est ab eis, et decertatores eos veros ad sacram viam constituere. Et ita nobis intentio praesentis est legis, ut post illa, quae de sanctissimis episcopis sancivimus et quae de reverentissimis clericis disposuimus, neque quod monachicum est extra quod competit relinquamus.

CAPUT I.

⟨A⟩ Ἐκεῖνο τοίνυν πρὸ τῶν ἄλλων ῥητέον, ὥστε κατὰ πάντα χρόνον καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ τῆς ἡμετέρας βασι-

Illud igitur ante alia dicendum est, ut omni tempore et in omni terra nostra, si quis aedificare ve-

Nov. V (= Coll. I tit. 5: gloss.) Graece extat in M et A (in quo est τίτλος Δ); om. in L. — Αὕτη ἡ νεαρὰ οὐκ ἐτέθη ὅλη εἰς τὰ βασιλικὰ ἀλλὰ παρεσιωπήθη, ὅτι τὰ μὲν ἀναιρεῖται ὑπὸ τῆς ρκγ νεαρᾶς, τὰ δ' ὁμοίως διατάττεται ὑπ' αὐτῆς. μόνον δὲ τὸ ἐν ταύτῃ πρῶτον κεφάλαιον κατεστρώθη ἐν βι. δ' τῶν βασιλικῶν τι. α' κεφ. α'· τὸ δὲ δεύτερον ταύτης κεφ. μετετέθη ἐν τῇ ρκγ νεαρᾷ M (sim. L[2] *in mg., Nomoc.*[m] 11, 1. 3). — *Epit. Theod.* 5, *Athanas.* 1, 13 (*inde Coll. const. eccl.* 3, 1, 13). *Iulian. const. IV.*

Prooemii pars prior extat Coll. LXXXVII capit. 6.

cap. I habent B 4, 1, 1 (*inde L in nov.* 123 *post cap.* 33, *et Nomoc.*[md] 2, 2) *et Coll. LXXXVII capit.* 6 (— *σωτηρίας* 29, 6). *Summarium extat in Nomoc. XIV tit.* 11, 1.

Epilogus. Iam quae in subditorum utilitatem a nobis sancita sunt, eminentia tua cognoscens solitis edictis et hic et per omnes partes imperii manifesta facienda curet, ut etiam qui in provinciis sunt subditi nostri cognoscant, quanta nobis salutis eorum cura fuerit.

V.

DE MONASTERIIS ET MONACHIS ET PRAESULIBUS.

Imp. Iustinianus A. Epiphanio sanctissimo et beatissimo regiae huius urbis archiepiscopo et patriarchae universali.

Praefatio. Vita monachica adeo est honesta, adeo scit deo conciliare hominem eo ingredientem, ut omnem humanam maculam ab eo detergeat purumque eum reddat et rationali naturae parem et meditatione plerumque valentem et humanis curis superiorem. Si quis igitur perfectus monachus futurus est, is et sacrarum litterarum disciplina et diligenti exercitatione indiget, ut tanta dignus fiat mutatione. Quamobrem nobis quoque visum est quid illis faciendum sit praecipere eosque veros luctatores in ea quae ad deum ducit via reddere. Atque haec nobis est legis praesentis intentio: ut post ea, quae de deo amatissimis episcopis sancita et quae de religiosissimis clericis disposita sunt, ne rem monachicam quidem ordine idoneo destitutam relinquamus.

I. *Illud igitur prae ceteris statuendum est, ut omni tempore et in omni terra nostri imperii, si quis*

1 *ὠφελείᾳ*] cautela (*i. e. ἀσφαλείᾳ*) ς ‖ 3 *προσγράμμασιν L* ‖ 6 *γέγοναν L* ‖ dat. *τῇ πρὸ ιζ* Cal. April. *** *ιγ ὑπατείας* Falbio Bilis. *τοῦ λαμπροτάτου M* (*ιζ' καλ. Ἀπριλ. Ath.*; XVII k. Aprilis *Iul.*[w], kal. April. *Iul. codd. alii*, *μηνὶ Ἀπριλλίῳ Theod.*) ‖ 9 *inscr. περὶ πολιτείας μοναχῶν A περὶ μοναχῶν Theod.* ς ‖ 12 *καὶ μακαριωτάτῳ — πατριάρχῃ*] *πατριάρχῃ τῆς βασιλίδος πόλεως A* ‖ 14 *μοναχικὸς A* ‖ 15 *τοῦτο Mς Coll.* 87 *cap.*] *αὐτὸν A* ‖ 16 *πάντα μὲν τῶν ἁμαρτημάτων ἀποξέει τὸν σπῖλον A* ‖ 17 *ἀποφαίνει A* ‖ 18 *καὶ om. A* ‖ 19 *καὶ*] *ὡς A* ‖ 20 *εἰ οὖν A* ‖ 21 *αὐτὸν A* ‖ 22 *ὅπως τηλικαύτης ἄξιος μεταβολῆς γένηται A* ‖ 26 *ὡς A* ‖ 27 *θεοφιλεστάτων Aς*] *θεοφιλῶν M* ‖ 31 *πάσῃ A Nomoc.* ‖ *βασιλείας*] *ἐξουσίας A, om. Coll.* 87 *cap. codd. plerique* (ς)

1 pro *in ras.* 4—5 *litt. R*[1] ‖ 5 fuit *R*[1]*V*] fuerit *R*[2] *vulg.* ‖ 7 *subscr. dedi ex R* (*et Bamb. II*) ‖ (XVIII *Bamb.*) ‖ bilisario vc cs cons.v.ccli (*sic*) *R* ‖ 14 monachilis *RT*] monachalis *V vulg.* ‖ 16 omnem *om. V*[1] ‖ quidem] quod *R*[1] ‖ 17 detergeret *R* ‖ 18 natura *RV* ‖ 20 est] esse *R* est esse *V* ‖ 21 eloquiorum *om. V*[1] ‖ 22 sit] si *R*[1] ‖ 23 credimus *V*[1] ‖ explanere (e *medium in ras.*) *V* ‖ 30 *rubr.* Si quis velit edifficare monasterium *R mg.* ‖ 31 nostra *V*] *om. R vulg.*

λείας, εἴ ποτέ τις οἰκοδομεῖν εὐαγὲς μοναστήριον βούλοιτο, μὴ πρότερον ἄδειαν εἶναι τοῦτο πράττειν, πρὶν ἂν τὸν θεοφιλέστατον τῶν τόπων ἐπίσκοπον προσκαλέσαιτο, ὁ δὲ χεῖράς τε ἀνατείνειεν εἰς οὐρανόν, καὶ διὰ τῆς εὐχῆς τὸν τόπον ἀνιερώσειε θεῷ, πηξάμενος ἐν αὐτῷ τὸ τῆς ἡμετέρας σύμβολον σωτηρίας (φαμὲν δὲ τὸν προσκυνητὸν καὶ τίμιον ὄντως σταυρόν), οὕτω τε ἄρξηται τῆς οἰκοδομίας, καλὸν δή τινα τοῦτον καὶ πρέποντα θεμέλιον ἀποθέμενος. Αὕτη μὲν οὖν ἀρχὴ τῆς εὐσεβοῦς τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ποιήσεως ἔστω.

nerabile monasterium voluerit, non prius licentiam esse hoc agendi, quam deo amabilem locorum episcopum advocet, at ille manus extendat ad caelum et per orationem locum consecret deo, figens in eo nostrae salutis signum (dicimus autem adorandam et honorandam vere crucem), sicque incohet aedificium, bonum utique quoddam hoc et decens fundamentum ponens. Hoc itaque principium piae venerabilium monasteriorum fabricae fiat.

CAPUT II.

⟨B⟩ *Ἐντεῦθεν δὲ ἡμῖν καὶ τὰ περὶ τῶν καθ' ἕκαστον μοναχῶν σκεπτέον, τίνα προσήκει γίνεσθαι τρόπον αὐτούς, καὶ πότερον ἐλευθέρους μόνον ἢ καὶ οἰκέτας τυχόν, διότι πάντας ὁμοίως ἡ θεία δέχεται χάρις, προκηρύττουσα σαφῶς, ὡς τόγε ἐπὶ τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ οὐκ ἔστιν ἄρσεν οὐδὲ θῆλυ, οὔτε ἐλεύθερος οὔτε δοῦλος· πάντας γὰρ ἐν Χριστῷ ἓν εἰκότως νομίζεσθαι. Θεσπίζομεν τοίνυν τοῖς θείοις ἀκολουθοῦντες κανόσι, τοὺς εἰς μονήρη βίον παραγγέλλοντας μὴ προχείρως εὐθὺς παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἡγουμένων τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων σχῆμα λαμβάνειν μοναχικόν, ἀλλ' ἐπὶ τριετίαν ὅλην, εἴτε ἐλεύθεροι τυχὸν εἴτε δοῦλοι καθεστήκοιεν, προσκαρτερεῖν οὔπω τοῦ μοναχικοῦ σχήματος ἠξιωμένους, ἀλλὰ κουρᾷ τε καὶ ἐσθῆτι τῇ τῶν καλουμένων χρῆσθαι λαϊκῶν, καὶ μένειν τὰ τοῦ θεοῦ διδασκομένους λόγια· καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους αὐτῶν ἡγουμένους πυνθάνεσθαί τε αὐτῶν, εἴτε ἐλεύθεροι καθεστήκοιεν εἴτε οἰκέται, καὶ πόθεν αὐτοὺς ἐπιθυμία τοῦ μονήρους εἰσῆλθε βίου· καὶ μανθάνοντας παρ' αὐτῶν, ὡς οὐδεμία πονηρὰ πρόφασις εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἤγαγεν, ἔχειν αὐτοὺς ἐν τοῖς διδασκομένοις ἔτι καὶ νουθετουμένοις, καὶ διάπειραν λαμβάνειν τῆς αὐτῶν καρτερίας τε καὶ σεμνότητος. οὐ γὰρ ῥᾴδιον βίου*
1 *μεταβολὴ μὴ μετὰ συντονίας ψυχῆς γινομένη. Καὶ εἰ μὲν τὸν τριετῆ βίον ἅπαντα διαμένοιεν ἀρίστους ἑαυτοὺς καὶ καρτερικωτάτους τοῖς τε ἄλλοις μοναχοῖς καὶ τῷ ἡγουμένῳ δεικνύντες, τούτους τῆς μοναχικῆς ἀξιοῦν στολῆς τε καὶ κουρᾶς, καὶ εἴτε ἐλεύθεροι καθε-*

Hinc autem nobis etiam de singulis monachis cogitandum est, quo convenit fieri modo, et utrum liberos solum aut etiam forte servos, eo quod omnes similiter divina suscipit gratia, praedicans palam quia, quantum ad dei cultum, non est masculus neque femina, neque liber neque servus: omnes enim in Christo unam mercedem percipere. Sancimus igitur sacras sequentes regulas, eos qui singularem conversationem profitentur, non prompte mox a reverentissimis praesulibus venerabilium monasteriorum habitum percipere monachilem, sed per triennium totum (sive liberi forte sive servi sint) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes, sed tonsura et veste eorum qui laici vocantur uti, et manere divina discentes eloquia; et reverentissimos eorum abbates requirere eos, sive liberi sint sive servi, et unde eis desiderium vitae singularis accesserit, et discentes ab eis, quia nulla maligna occasio ad hoc eos adduxit, habere eos inter eos qui docentur adhuc atque monentur, et experimento percipere eorum tolerantiam et honestatem. Non enim facilis est
1 vitae mutatio, sed cum animae fit labore. Et dum triennio tota vita permanserint, optimos semet ipsos et tolerabiles aliis monachis et praesuli demonstrantes, hos monachicam promereri vestem atque tonsuram, et sive liberi sint, sine calumnia per-

cap. II *θεσπίζομεν* 18 — *ἠξιωμένους* 24 *habet Coll. LXXXVII capit.* 7 (*inde Nomoc. L tit.* 33). *Summarium cap. II extat Nomoc. XIV tit.* 11, 3.

venerabile monasterium aedificare voluerit, non prius ei id facere liceat, quam deo carissimum loci episcopum advocaverit, isque manibus ad caelum extentis precatione locum deo consecraverit, figens in eo salutis nostrae signum (dicimus adorandam et vere honorandam crucem), atque ita pulchro hoc et decente fundamento iacto aedificium incohet. Hoc itaque sit principium piae venerabilium monasteriorum aedificationis.

II. *Hinc autem nobis de singulis etiam monachis considerandum est, quo modo eos fieri deceat, et utrum liberos solos an forte etiam servos, quia omnes aequaliter divina suscipit gratia, quae perspicue declarat, quod ad dei cultum, non esse masculum neque feminam, neque liberum neque servum: omnes enim in Christo unum merito censeri. Sancimus igitur sacros canones secuti, ut qui monachicam vitam profitentur non temere ilico a religiosissimis praesulibus venerabilium monasteriorum habitum monachicum accipiant, sed per integrum triennium, sive liberi forte sive servi sint, perdurent, habitu monachico nondum digni habiti, sed tonsura et veste utantur eorum, qui laici vocantur, et maneant sacras litteras discentes. Atque religiosissimi eorum praesules interrogent eos, utrum liberi sint an servi, et unde eos vitae monachicae desiderium incesserit; et ubi nulla prava occasione eos ad hoc perductos esse ab ipsis didicerunt, in eorum numero eos habeant, qui erudiuntur adhuc et corriguntur, et perseverantiam atque honestatem eorum experiantur. Neque enim facilis est vitae mutatio nisi quae fit cum animi contentione.*
1 *Et si quidem triennem istum victum omnem sustinuerint optimos se atque perseverantissimos et reliquis monachis et praesuli probantes, illi veste monachica et tonsura digni habeantur, et si liberi sint,*

1 *οἰκοδομεῖν τις A* ‖ 3 *τῶν*] *ἐκείνων τῶν A* ‖ *ἐπίσκοπον τῶν τόπων L* ‖ *προσκαλέσαιτο A, Coll.* 87 *cap. plur. codd.*] *προσκαλέσοιτο MBL Nomoc., Coll.* 87 *cap. unus* ‖ 4 *ἀνατείνοιεν L ἀνατείνειν Nomoc. ἀνατείνας A Coll.* 87 *cap.* ‖ *καὶ om. A, Coll.* 87 *cap. codd. plerique* ‖ 5 *ἀνιερώσει Nomoc.*[d], *Coll.* 87 *cap.* ‖ 7 *δὴ A* ‖ *οὕτω τὲ*] *καὶ οὕτως A οὕτως Nomoc.*[d] ‖ 8 *ἄρξεται L* ‖ *δή*] *γε A* ‖ 11 *τὸν — μοναχὸν A* ‖ 12 *γίνεσθαι προσήκει A* ‖ 13 *πρότερον M* ‖ 15 *σαφῶς προκηρύττουσα ὥς γε A* ‖ 16 *θῆλυ, δοῦλός τε καὶ ἐλεύθερος· πάντες A* ‖ 17 *ἓν εἰκότως νομίζεσθαι M*] *ἓν ἔσμεν A* (unam mercedem percipere ς) ‖ 19 *εἰς τὸν μονήρη βίον μέλλοντας παραγίνεσθαι A* ‖ 22 *ἐλευθέρους τυχὸν εἴτε δούλους καθεστηκότας A* ‖ 24 *τῇ om. A* ‖ 25 *χρήσασθαι A* ‖ 27 *τε et εἴτε ἐλεύθεροι — καὶ* 28 *om. A* ‖ 28 *αὐτοῖς A* ‖ 29 *παρ' αὐτῶν om. A* ‖ 32 *πεῖραν A* ‖ 33 *οὐ γὰρ βίου μεταβολὴν ἄνευ συντονίας ψυχῆς γινομένην ἀνεπηρέστατον* (*pro ἀνεπηρέαστον*) *διασώσασθαι A* ‖ 35 *βίον*] *χρόνον A* ‖ 36 *τε om. A* ‖ 37 *δεικνύντας A* ‖ *τούτους om. A*

1 esse licentiam *V* ‖ hoc] haec *R*[1] ‖ 3 euocet *VT* ‖ 5 ducimus *R*[1] ‖ et honorandam *om. V*, et *om. T* ‖ 11 *rubr.* de monachis et asisteriis *R mg.* ‖ 20 praesulimus *R*[1] ‖ monasteri** *V*[1] ‖ 22 *forte siue (siue forte *V*[2]) serui sint *V*; forte sunt serui (sunt siue serui *R*[2]) *R* forte sint siue serui *vulg.* ‖ 26 requi|re *V* ‖ 27 accesserit] accensi sunt *R*[1] ‖ 30 mouentur *R*[1] mo*entur *V*[1] ‖ 33 tota uita *R*] toto uita *V* toto ita *vulg.*, toto in hac uita *T* ‖ permanserit *RV*[1] ‖ 35 promerere *V*[a]

στήκοιεν, ἀνεπηρεάστους μένειν, εἴτε οἰκέται, μηκέτι παντελῶς ἐνοχλεῖσθαι, μεταβάντας εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων (φαμὲν δὴ τὴν ἐξ οὐρανοῦ) δεσποτείαν· καὶ ἀναρπαζέσθωσαν εἰς ἐλευθερίαν. εἰ γὰρ ἐν πολλοῖς θέμασι καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦτο γίνεται καὶ τοιαύτη τις ἐλευθερία δίδοται, πῶς οὐκ ἂν ἰσχύσειεν ἡ θεία χάρις τῶν τοιούτων αὐτοὺς ἀπολῦσαι δεσμῶν; Εἰ δὲ εἴσω τῆς τριετίας ἔλθοι τις, καί τινα τῶν εἰς ἄσκησιν παραγγελλόντων ἕλκειν ὡς οἰκέτην βουληθείη (τοῦτο ὅπερ ἔναγχος ἡμῖν ἐκ Λυκίας προσήγγειλε Ζώσιμος ὁ θεοφιλέστατος, ἀνὴρ περιβόητος ἐν ἀσκήσει, καὶ σύνεγγυς μὲν εἰς εἰκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν ἐνιαυτὸν τῆς ἡλικίας παραγενόμενος, ἀκμάζων δὲ ταῖς τε τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς ταῖς τε τοῦ σώματος ἐνεργείαις, τοσαύτη τις αὐτῷ τοῦ θεοῦ χάρις ἐπανθεῖ), εἴ τις τοίνυν, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, εἴσω τῆς τριετίας ἔλθοι τινὰ πρὸς δουλείαν ἕλκων τῶν βουλομένων καὶ προσκαρτερούντων ἐφ᾽ ᾧ γενέσθαι μοναχοί, λέγοι τε, ὡς ὑφείλετό τινα πράγματα καὶ διὰ τοῦτο εἰσέδραμε πρὸς τὸ μοναστήριον· θεσπίζομεν αὐτὸν μὴ προχείρως τοῦτο πράττειν, ἀλλὰ πρότερον ἀποδεικνύναι ταῖς ἀληθείαις, ὡς καὶ δοῦλός ἐστι καὶ ἐπὶ κλοπῇ τυχὸν ἢ ἐπὶ βίῳ πονηρῷ καὶ πταίσμασι χαλεποῖς ἀποδράσειε μὲν διὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα, εἰς δὲ τὸ μοναστήριον ἔλθοι. καὶ εἰ μὲν ἀληθεύων ἀποδειχθείη, καὶ φανείη διὰ τοιαύτην αἰτίαν μοναχικὴν ὑποδυόμενος ἄσκησιν, ἢ καὶ δι᾽ αἰσχρότητα βίου τυχὸν ἀποδρὰς καὶ οὐ ταῖς ἀληθείαις ἀσκήσεως ἐρῶν, τοῦτον ἀποδίδοσθαι τῷ κεκτημένῳ μεθ᾽ ὧν ὡς εἰκὸς ὑφείλετο, εἴγε καὶ ταῦτα κατὰ τὸ μοναστήριον εἶεν, τὸν δὲ ἀποδειχθέντα δεσπότην τὴν καλουμένην αὐτῷ διδόναι πίστιν, ὡς οὐδὲν αὐτὸν δράσει κακόν, παραλαμβάνειν τε καὶ ἄγειν οἴκοι.
2 *Εἰ δὲ ὁ μὲν φάσκων ἑαυτὸν εἶναι δεσπότην οὐδὲν ἐλέγχοι τοιοῦτο, φαίνοιτο δὲ ὁ τὰ τοιαῦτα ἐγκαλούμενος καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀσκήσεως σεμνός τε καὶ ἐπιεικής, καὶ ἴσως καὶ μαρτυροῖτο, ὡς καὶ παρὰ τῷ κεκτημένῳ καθεστὼς κόσμιός τε ἦν καὶ σεμνότητος ἐραστής, κἂν μήπω τύχοι πεπερασμένος ὁ τῆς τριετίας χρόνος, ἀλλ᾽ οὖν καὶ οὕτω μενέτω κατὰ τὸ σεβασμιώτατον μονα-*

manere, sive servi, penitus non inquietari, migrantes ad commune omnium (dicimus autem caeleste) dominium; et arripiantur in libertatem. Nam si in multis casibus etiam ex lege hoc fit et talis quaedam libertas datur, quomodo non praevalebit divina gratia talibus eos absolvere vinculis? Si vero intra triennium venerit quispiam et aliquem horum, qui conversationem professi sunt, trahere tamquam servum voluerit (hoc quod nuper nobis ex Lycia nuntiavit Zosimus deo amabilis, vir famosissimus in conversatione et prope vicesimum et centesimum aetatis agens annum, pollens autem et animi virtutibus et corporis operationibus: tanta quaedam in eo gratia dei floret) — si quis igitur, sicut praediximus, intra triennium veniat aliquem in servitutem trahens volentium et perdurantium, ut fierent monachi, et dicat, quia arripuit quasdam res, et propterea recurrit ad monasterium: sancimus, eum non prompte agere, sed primo probare pro veritate, quia et servus est et pro furto forsan aut pro vita maligna aut vitiis pessimis fugerit quidem, propter suum vitium ad monasterium autem venerit. Et si quidem verax ostenditur, et apparuerit propter huiusmodi causam monachicam simulans conversationem aut propter turpitudinem vitae forte defugiens et non pro veritate sanctimonii habitum concupiscens, hunc reddi domino cum quibus forsan arripuit, si tamen haec etiam in monasterio fuerint; eum vero, qui dominus adprobatur, dare ei iusiurandum, quia nihil mali ei faciet, et suscipere atque reducere domi.
2 Si vero is quidem, qui dicit se esse dominum, nihil tale probaverit, appareat ⟨autem⟩ is, qui in talibus accusatur, ex ipsa conversatione honestus ac mitis, et forte testimonium habeat aliorum, quia etiam apud dominum consistens disciplinatus fuit et honestatis amator, vel si nondum forte completum est triennii tempus, attamen etiam sic maneat in venerabile

§ 1, 7 (*Εἰ δέ τις κτλ.*) — § 3 *passim circumcisa habet Coll. LXXXVII capit.* 8 (*inde Nomoc. L tit.* 33).

nullis iniuriis obnoxii maneant, si servi, nullo amplius modo vexentur, qui quidem ad commune omnium (caeleste dicimus) dominium transierint; ac vindicentur in libertatem. Nam si in multis casibus vel per legem hoc fit et eiusmodi libertas datur, quin divina gratia talibus eos vinculis liberare valeat? Quodsi quis intra triennium veniat et aliquem ex illis, qui exercitationem monachicam profitentur, ut servum abducere velit (id quod nuper nobis ex Lycia Zosimus nuntiavit deo carissimus, vir in exercitatione celebratus quique annum prope centesimum et vigesimum aetatis agens tam animi virtutibus quam corporis viribus floret: tanta in eo dei gratia eminet): si quis igitur, uti iam diximus, intra triennium veniat, aliquem ex illis, qui se monachos fieri cupiunt in eoque perseverant, in servitutem vindicaturus, eumque res quasdam surripuisse et propterea in monasterium incurrisse affirmet: ne protinus id faciat sancimus, sed prius ostendat eum revera et servum esse et furti forte vel improbae vitae vel gravium delictorum reum propter ipsum delictum suum aufugisse et in monasterium venisse. Et si quidem vera dixisse probetur, atque tali de causa ille exercitationem monachicam suscepisse deprehendatur vel adeo propter vitae turpitudinem forte fugitivus factus nec revera exercitationis amans, domino reddatur cum rebus quas nimirum surripuit, si modo illae quoque in monasterio sint; is vero, qui dominus probatus est, det illi fidem quae dicitur, se nullam ei iniuriam facturum esse, eumque recipiat et domum ducat.
2 *Si vero is, qui se dominum esse dicit, nihil tale probaverit, ille autem, qui in talia crimina vocatur, et ex ipsa exercitatione monachica honestus et probus appareat et forte testimonium quoque habeat se, cum apud dominum esset, modestum atque honestatis amantem fuisse, licet triennii tempus nondum completum sit,*

3 *δὴ*] autem ς ‖ *καὶ*] *ἀλλ᾽ A* ‖ 5 *καὶ prius om. A* ‖ *γίνεται*] *πέφυκε γίνεσθαι A* ‖ *τις ἐλευθερία δίδοται*] *ἐλευθερία τισὶν εἴωθε γίνεσθαι A* ‖ 7 *τοιούτων*] *ἐκ δουλείας A* ‖ 8 *παραγεγονότων ἕλκειν τις ὡς A* ‖ 9 *τοῦτον A* ‖ 13 *τε om. A* ‖ 14 *ταῖς τε*] *καὶ ταῖς A* ‖ 18 *μοναχοί A*ς] *μοναχὸς M* ‖ *ὑφεῖλε A* ‖ 19 *εἰσέδραμεν εἰς Coll.* 87 *cap.* ‖ 20 *τοῦτο*] *om.* ς ‖ 22 *τυχεῖν M^a* ‖ *ἐπὶ om. A* ‖ 23 *ἀποδράσει M* ‖ *ἀποδρὰς εἰς τὸ μοναστήριον ἦλθεν omissis mediis A* ‖ 25 *αἰτίαν ὁ μον. A* ‖ 26 *ἢ καὶ*] *an ἤτοι?* ‖ 27 *ἀσκήσεως ἐρῶν*] sanctimonii habitum concupiscens ς ‖ 31 *διδόναι αὐτῷ τὴν καλουμένην πίστιν, ὡς οὐδὲν εἰς αὐτὸν δράσοι A* ‖ 33 *ἑαυτὸν*] *μένειν τε καὶ A* ‖ 35 *τῆς om. A* ‖ 36 *καὶ post ἴσως om. A* ‖ *μαρτυροῖτο*] testimonium habeat aliorum ς ‖ 37 *σεμνότητος*] *θεοσεβείας A* ‖ *κἂν*] *κἄνγε A* ‖ 38 *τύχοι MA Coll.* 87 *cap.*] *τύχῃ vulg.* ‖ *πεπερατωμένος A* ‖ *ὁ ante χρόνος coll. A*

2 commune — caeleste RV^2] communem — caelestem V^1 *vulg.* ‖ dominum T^2 *vulg.* ‖ 3 abripiantur *T* ‖ 6 bitriennium R^a ‖ 7 conuersionem *R* ‖ 9 nuntiauit ex licia *V* ‖ 13 tanta quaedam] quis tanta quaedam V^1 quia tanta quidem V^2 ‖ 14 uenerit *T* ‖ 15 seruitute RV^1T ‖ 16 fieret *V* ‖ quia] quoniam *RV* ‖ arripuit *RVT*] abripuit *vulg.* ‖ 18 eum] enim *V* ‖ agere *om.* R^1 ‖ 19 et servus *RV*] et *om. vulg.* ‖ 22 ostendatur *vulg.* ‖ 24 simulans T^2 *vulg.*] simulatus VR^2T^1 simulator R^1 ‖ turpitudine R^1 ‖ 25 forte *om.* V^1 ‖ deffugiens *V* diffugiens *R vulg.* ‖ sanctimoniae *vulg.* ‖ 27 arripuit *RV*] abripuit *vulg.* ‖ 29 ei mali *T*, ei *om. V* ‖ et *om. V* ‖ 32 appareat] et appareat *vulgo*; autem *addidi ex Gr.* ‖ 33 honestius V^1 ‖ 34 *quia] qui *RVT* quod *vulg.* ‖ 35 honestatus V^a ‖ 36 amor R^1 ‖ uel si *VT*] uel *R* etsi *vulg.* ‖ 37 aut tamen *V*

στήριον, τῆς τῶν ἑλκόντων ἀπηλλαγμένος θρασύτητος. Τοῦ τριετοῦς δὲ ἅπαξ διελθόντος χρόνου ἐγκριθεὶς ὡς τῆς μοναχικῆς ἄξιος καθεστήκοι σεμνότητος, μενέτω κατὰ τὸ μοναστήριον. οὐκ ἔτι γὰρ δίδομεν ἄδειαν οὐδενὶ παντελῶς πολυπραγμονεῖν τι τῶν κατ᾽ αὐτόν, ἀλλ᾽ εἴτε οἰκέτης εἴτε ἐλεύθερος εἴη, μένειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀσκήσεως βουλόμεθα. καὶ γὰρ κἂν εἴ τι πταῖσμα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν αὐτῷ τυχὸν πέπρακται βίον (ἡ γὰρ ἀνθρώπου φύσις ὀλισθηρά πως ἐστὶ πρὸς τὰ πλημμελήματα), ἀλλ᾽ οὖν ἀρκεῖ πρὸς μετρίαν κάθαρσιν τῶν ἡμαρτημένων καὶ πρὸς ἀρετῆς ἐπίδοσιν ἡ τοῦ τριετοῦς χρόνου μαρτυρία. Τῶν μέντοι κλαπέντων καὶ οὕτω, παρ᾽ οἷς ἂν εὑρεθεῖεν, πάντως ἀποδιδομένων τῷ πάλαι δεσπότῃ.

3 *Εἰ μέντοι τὴν τῆς δουλείας ἀνάγκην ἐκφυγὼν πειραθείη τὸ μὲν μοναστήριον ἀπολιπεῖν, ἕτερον δὲ βίου μεταδιώκειν σχῆμα, παρρησίαν δίδομεν τῷ κεκτημένῳ καὶ ἕλκειν αὐτὸν καὶ ἀποδεικνύντι τὴν τύχην εἰς οἰκέτας ἔχειν. οὐ γὰρ ἂν ὑβρισθείη τοσοῦτον εἰς ἀληθῆ δουλείαν ἑλκόμενος, ὅσον αὐτὸς ἐξύβρισε τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν ἀποφυγών. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς τύχης τῶν εἰς μοναχοὺς παραγγέλλειν βουλομένων θεσπίζομεν.*

monasterium, trahentium asperitate liberatus. Trienni vero semel expleto tempore, iudicatus quia monachica dignus est honestate, maneat in monasterio. Nequaquam enim damus licentiam ulli penitus perscrutari quae eius sunt, sed sive servus sive liber sit, manere eum in conversatione volumus. Nam etsi vitium in priori ab eo forte gestum est vita (humana enim natura quodammodo labitur ad delicta), attamen sufficit ad mediocrem purgationem peccatorum et ad virtutis incrementum triennalis temporis testimonium. Ea vero, quae rapta sunt, etiamsi apud quoscumque inveniantur, modis omnibus reddantur prisco domino.

3 Si vero servitii necessitatem effugiens temptaverit monasterium quidem relinquere, aliam autem vitae sectari figuram, licentiam damus domino et trahere eum et probanti fortunam inter servos habere. Non enim iniuriam patietur tantum ad verum servitium tractus, quantum ipse iniuriatus est dei culturam refugiens. Et haec quidem de fortuna horum, qui inter monachos profiteri volunt, sancimus.

CAPUT III.

⟨Γ⟩ Σκεπτέον δέ, ὅπως αὐτοὺς οἰκοῦντας καὶ διαιτωμένους μοναχικῆς φιλοσοφίας ἀγωνιστὰς ἀξίους ἀποδείξωμεν. Βουλόμεθα γὰρ μηδὲ ἓν μοναστήριον τῶν ἐπὶ τῆς ὑπηκόου καθεστώς, εἴτε πλειόνων ἀνθρώπων ἐστὶν εἴτε ἐλαττόνων, τοὺς ἐν αὐτῷ μοναχοὺς κεχωρισμένους ἀπ᾽ ἀλλήλων ἔχειν καὶ ἰδίοις οἰκήμασι χρωμένους, ἀλλὰ κοινῇ μὲν αὐτοὺς ἑστιᾶσθαι θεσπίζομεν, καθεύδειν δὲ ἅπαντας ἐν κοινῷ, ἑκάστου μὲν ἐπί τινος ἰδιαζούσης χαμεύνης κειμένου, ἐν οἴκῳ δὲ ἑνὶ κατακλινομένους· ἢ εἴπερ οὐκ ἀρκοίη πρὸς τὸ πλῆθος τῶν μοναχῶν οἶκος εἷς, ἐν δύο τυχὸν ἢ καὶ πλείοσιν, οὐ μὴν ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ ἑαυτούς, ἀλλ᾽ ἐν κοινῷ· ὥστε μάρτυρας τῆς ἀλλήλων γίνεσθαι κοσμιότητός τε καὶ σωφροσύνης, καὶ μηδὲ τὸν ὕπνον αὐτὸν ῥᾴθυμον ἔχειν, ἀλλὰ μελετῶντα τὴν εὐκοσμίαν διὰ τὴν τῶν ὀψομένων ἐπιτίμησιν. πλὴν εἰ μή τινες αὐτῶν τὸν ἐν θεωρίᾳ

Cogitandum vero, quomodo ipsos habitantes et degentes monachicae philosophiae certatores dignos ostendamus. Volumus enim nullum monasterium sub dicione nostra constitutum sive plurimorum hominum est sive paucorum, monachos, qui ibi sunt, divisos ab alterutris esse et propriis habitationibus uti, sed communiter quidem eos comedere sancimus, dormire vero omnes in communi, unoquoque quidem in quadam propria stratura iacente, in domo vero una collocatos, aut si forte non sufficit ad multitudinem monachorum domus una, in duas forsitan aut plures, non tamen seorsum et apud semetipsos, sed in communi testes alterutri sint honestatis et castitatis, et neque ipsum somnum desidiosum habeant, sed meditantem bonum ornatum propter increpationem respicientium. Nisi tamen quidam eorum in con-

cap. III summarium extat Nomoc. XIV tit. 9, 32.

tamen vel sic maneat in venerabili monasterio ab eorum audacia, qui eum vindicare volunt, liberatus. Trienni vero tempore semel elapso monachica sanctitate dignus iudicatus in monasterio maneat. Neque enim iam cuiquam omnino potestatem damus curiose ea persequendi, quae ad ipsum pertinent: sed sive servus sive liber sit, eum in monachica exercitatione manere volumus. Nam etiamsi quod delictum in vita ante acta ab eo forte commissum sit (humana enim natura fere proclivis est ad delicta), at sufficit ad modicam peccatorum purgationem et ad virtutis incrementum triennis temporis testimonium: ita tamen ut quae furto
3 *ablata sunt sic quoque, apud quoscumque reperiantur, utique veteri domino restituantur. Quodsi is, qui servitutis necessitatem effugit, monasterium relinquere atque aliud vitae genus sectari conetur, domino licentiam damus et abducendi eum et condicione eius demonstrata inter servos habendi. Neque enim tanta iniuria afficietur in veram servitutem redactus quantam ipse fecit dei servitium deserens. Atque haec quidem de condicione eorum, qui se monachos profiteri volunt, sancimus.*

III. *Videndum vero est, quomodo eos in habitatione et victu monachica philosophia dignos luctatores reddamus. Volumus enim, nullum monasterium sub dicione nostra constitutum, sive plurium hominum est sive pauciorum, monachos qui ibi sunt inter se separatos habere et propriis domibus utentes: verum sancimus, ut communiter cenent et in communi loco omnes dormiant, singulis quidem in suo quoque proprio lecto cubantibus, in domo autem una collocatis, aut si quidem una domus ad multitudinem monachorum capiendam non sufficiat, in duabus forte vel etiam pluribus, neque vero seorsum et soli, sed in communi: ut inter se testes sint honestatis et castitatis ac ne somnum quidem ipsum socordem, sed verecundiae deditum habeant ob eorum qui spectaturi sint offensam. Praeterquam si qui ex iis, quippe qui in*

2 *ὡς om. A* ‖ 3 *καθεστηκέναι A* ‖ 5 *αὐτῶν A* ‖ 6 *εἴτε — εἴτε] εἴτε καὶ — εἴτε καὶ A* ‖ 7 *καὶ γὰρ et εἴ om. A* ‖ 8 *τυχὸν post πταῖσμα coll. A* ‖ *ἡ] εἰ A* ‖ 9 *πρὸς om. A* ‖ 13 *εὑρηθεῖεν, πάντως καθ᾽ οἱονδήποτε χρόνον καὶ σχῆμα ἀποδιδ. A* ‖ 14 *sq. εἰ μέντοι et τῆς δουλείας om., εἰ post ἐκφυγὼν add. A* ‖ 15 *τὸ μοναστήριον μὲν A* ‖ 17 *καὶ ἕλκειν Mς] καθέλκειν A* ‖ 18 *καὶ ante εἰς coll. Coll. 87 cap.* ‖ *τὴν τύχην ἀποδεικνύντι εἰς οἰκέτην κατέχειν A* ‖ 22 *παραγενέσθαι A* ‖ 23 *αὐτοὺς] τοὺς A* ‖ 24 *ἀποδείξω M* ‖ 25 *μηδενὸς μοναστηρίου ἐπὶ τῆς ὑπηκόου ἡμῶν καθεστῶτος πλειόνων ἀνθρώπων ἢ ἐλαττόνων μοναχοὺς A (ἡμῶν ς quoque habuisse videtur)* ‖ 28 *ἔχειν M] εἶναι Aς* ‖ *καὶ διοικήμασιν ἰδίοις χρᾶσθαι A* ‖ 29 *θεσπίζομεν — 32 εἴπερ] καὶ ὅμως πάντας καθεύδειν ἐπί τινος δὲ στρωμνῆς ἑκάστῳ ἰδιαζούσης κειμένου οἴκῳ ἐπὶ περιερχομένων τῶν κινιδίων ἁπάντων· εἰ δὲ A* ‖ 32 *ἀρκεῖ Aς* ‖ 34 *ἰδίᾳ] ἰδιαζόντως A* ‖ *καθευδέτωσαν post κοινῷ add. A* ‖ 35 *γενέσθαι A* ‖ 36 *αὐτοὺς A* ‖ 38 *πλὴν εἰ Aς] πολλὴν εἰ M*

1 trienni *R*] triennii *V vulg.* ‖ 2 monachicam R^1 ‖ 4 ulli] illi *R* nulli *V* ‖ praescrutari *RV* ‖ 8 attm̃ *R* ‖ 9 meliorem R^1 ‖ p**gationem V^1 ‖ 10 triennialis *V* ‖ 11 etiam sic *V* ‖ 14 *rubr.* Si monasterium reliquerit *R mg.* ‖ 14 temptauerint *V* ‖ 20 fugiens *V* ‖ 23 *rubr.* de uita monachorum *R mg.* ‖ degens *R* ‖ 25 nullum *om.* V^1 ‖ 28 diuersos *T* ‖ habitationis R^a ‖ 29 commedere RV^1T ‖ 31 propri* V^1 ‖ iacentem R^1 ‖ 35 *leg.* ⟨ut⟩ testes? ‖ alterutri RV^2] alterutr* V^1, alterutris *vulg.* ‖ sunt R^1 ‖ 38 contemplatione et] contemplationis *R*

τε καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον, οὓς δὴ καλεῖν ἀναχωρητάς τε καὶ ἡσυχαστὰς εἰώθασιν, ὡς τῆς κοινότητος ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐξῃρημένους. ἐπείτοιγε τοὺς ἄλλους, ὅσοις εἰς πλῆθος ἡ ἄσκησις ἐστίν, ἐν τοῖς καλουμένοις κοινοβίοις εἶναι βουλόμεθα. οὕτως γὰρ ὁ ζῆλος αὐτοῖς εἰς ἀρετὴν ἐπιδώσει, καὶ μάλιστα τοῖς νεάζουσιν, εἴγε μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τάττοιντο. γενήσεται γὰρ ἡ τῶν παλαιοτέρων πολιτεία τῆς νεότητος ἀκριβὴς παιδαγωγία. οὕτω τε ἔστωσαν ἐν τοῖς κοινοβίοις τῷ σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνι πειθόμενοι, καὶ τὴν παραδεδομένην αὐτοῖς ἄσκησιν ἀμέμπτως τηροῦντες.

templatione et perfectione degentes vitam remotam habeant in hospitio, quos vocare anachoritas (id est discedentes) et hesychastas (id est quiescentes) consueverunt, tamquam a communione ad meliora exceptos: alioquin alios, quibuscumque inter multitudinem conversatio est, in his, quae vocantur coenobia (id est in communi vita) esse volumus. Sic enim zelus eis ad virtutem crescit, et maxime iuvenibus, si cum senioribus constituantur: fiet enim seniorum conversatio iuventutis educatio perfecta; et sic sint in coenobiis suo proprio abbati oboedientes, et traditam sibi conversationem inculpabiliter observantes.

CAPUT IV.

⟨Δ⟩ *Εἰ δέ τις ἅπαξ ἑαυτὸν καθιερώσας καὶ τοῦ σχήματος τυχὼν εἶτα ἀναχωρῆσαι τοῦ μοναστηρίου βουληθείη καὶ ἰδιώτην τυχὸν ἑλέσθαι βίον, αὐτὸς μὲν ἴστω, ποίαν ὑπὲρ τούτου δώσει τῷ θεῷ τὴν ἀπολογίαν, τὰ πράγματα μέντοι, ὁπόσα ἂν ἔχοι, ἡνίκα εἰς τὸ μοναστήριον εἰσῄει, ταῦτα τῆς δεσποτείας ἔσται τοῦ μοναστηρίου, καὶ οὐδ᾽ ὁτιοῦν παντελῶς ἐξάξει.*

Si quis autem semel forte dicatus schemateque potitus deinde a monasterio discedere voluerit et privatam fortassis elegere vitam, ipse quidem sciat, quam pro hoc dabit deo satisfactionem; res autem quascumque habuit, dum in monasterium intrabat, eas dominii esse monasterii, et nihil penitus eiciat.

CAPUT V.

⟨Ε⟩ *Κἀκεῖνο δὲ προσδιορίζομεν, ὥστε τὸν εἰς μοναστήριον εἰσιέναι βουλόμενον, πρὶν εἰς τὸ μοναστήριον εἰσέλθοι, ἄδειαν ἔχειν τοῖς ἑαυτοῦ χρῆσθαι καθ᾽ ὃν βούλεται τρόπον. Εἰσελθόντι γὰρ συνακολουθήσει πάντως τὰ πράγματα, κἂν εἰ μὴ ῥητῶς εἰσάγειν ταῦτα φήσειε, καὶ οὐκ ἔσται κύριος αὐτῶν οὐκ ἔτι κατ᾽ οὐδένα τρόπον. Εἰ δέ γε παῖδας ἔχοι, εἰ μὲν ἔτυχεν ἤδη πράγματά τινα δωρησάμενος αὐτοῖς, ἢ κατὰ προγαμιαίαν δωρεὰν ἢ κατὰ προικὸς πρόφασιν ἐπιδούς, καὶ ποιεῖ ταῦτα τὸ τέταρτον τῶν ἐξ ἀδιαθέτου τῆς αὐτοῦ περιουσίας, μηδεμίαν ἐπὶ τοῖς λοιποῖς πράγμασιν ἐχέτωσαν μετουσίαν οἱ παῖδες. Εἰ δὲ ἢ οὐδὲν αὐτοῖς δωρήσηται ἢ ἔλαττον τοῦ τετάρτου, καὶ μετὰ τὸ παραγγεῖλαι τὸν ἀποταττόμενον εἰς μοναχοὺς οὐδὲν ἧττον τὸ τέταρτον ὀφειλέσθω τοῖς παισὶν ἢ εἰς ἀναπλήρωσιν, εἴγε ἔτυχον ἤδη τι λαβόντες, ἢ καὶ ἐφ᾽ ᾧ τὸ πᾶν αὐτοῖς δοθῆναι. Εἰ δὲ γαμετὴν ἔχων εἶτα αὐτὴν ἀπολιπὼν εἰς μοναστήριον εἰσίοι, ἥ τε προὶξ*

Illud quoque decernimus, qui in monasterium introire voluerit, antequam in monasterium ingrediatur, licentiam habere suis uti quo voluerit modo. Ingredientem namque simul secuntur omnino res, licet non expressim quia introduxit eas dixerit, et non erit dominus earum ulterius ullo modo. Si vero filios habuerit, si quidem contigit iam eum res aliquas donasse eis, aut per antenuptialem donationem aut per dotis occasionem obtulisse, et faciunt haec quartam ab intestato eius substantiae, nullum in reliquis rebus habeant participium filii; sin autem aut nihil eis donaverit aut minus quarta, et postquam abrenuntians conversatus fuerit inter monachos nihilominus quarta debeatur filiis aut ad supplementum, si contigit eos iam aliquid accepisse, aut etiam quatenus totum eis detur. Si autem uxorem habens, deinde eam relinquens in monasterium ingrediatur,

cap. IV in brevius contractum extat Coll. LXXXVII capit. 9 (*inde Nomoc. L tit.* 34).
cap. V paucis immutatis habet Coll. LXXXVII capit. 10 (*inde Nomoc. L tit.* 34). *Summarium habent Prochiron* 24, 2, *Epanagoge* 9, 9 *ex Theod.*; *Nomoc. XIV tit.* 11, 1.

contemplatione et perfectione vitam agant, propriam casulam habeant, quos quidem anachoretas et hesychastas vocare solent, tamquam a communi vita ad meliora exceptos. At enim reliquos, quibuscumque inter multitudinem exercitatio est, in coenobiis quae vocantur esse volumus. Sic enim aemulatio eorum ad virtutem incrementum capiet, et maxime iuvenum, si cum senioribus consocientur: fiet enim seniorum ratio vitae iuventutis accurata educatio; sintque ita in coenobiis praesuli suo dicto audientes et traditam ipsis exercitationem incorrupte servantes.

IV. *Si quis autem, postquam semel se sacravit, habituque potitus est, deinde ex monasterio discedere et privatam forte vitam sectari voluerit, ipse quidem sciat, qualem rationem hac de re deo sit redditurus; res vero quascumque habuit, cum monasterium ingressus est, eae in dominio monasterii erunt, nec quicquam omnino auferet.*

V. *Illud quoque praeterea decernimus, ut qui monasterium vult ingredi, ante quam monasterium intraverit, potestatem habeat rebus suis eo quo velit modo utendi. Ingressum enim omnino res una sequentur, etiamsi se eas inferre non expresse dixerit, neque ullo modo earum dominus amplius erit. Si vero liberos habeat, si quidem eis iam quasdam res forte donaverit sive in donationem propter nuptias sive in dotem eaeque quartam bonorum eius ab intestato efficiant, nullam in reliquis rebus liberi partem habeant. Quodsi vel nihil vel minus quarta illis donaverit, etiam postquam is qui renuntiat se monachum professus fuerit, nihilominus quarta liberis debeatur, sive in supplementum, si quid forte iam acceperint, sive etiam ut totum eis detur. Si vero uxorem habeat eaque relicta monasterium ingrediatur, et*

2 *δὴ M*] *δεῖ A* ‖ *τε om. A* ‖ 5 *αὔξησις A* ‖ 6 *οὕτως Aς*] *οὗτος M* ‖ 13 *ἑαυτὸν καθιερώσας*] forte (*i. e. τυχὸν*) dicatus *ς* ‖ 14 *εἶτα om. A* ‖ 17 *μέντοι om. A* ‖ *ἂν ἔχοι*] *εἶχεν A* ‖ 18 *ταῦτα om. A* ‖ *τῆς μονῆς A* ‖ 19 *παντελῶς ἐκεῖθεν ἐξάξει A* ‖ 21 *εἰς τὸ μοναστ. om. A* ‖ 24 *τὰ*] *αὐτοῦ καὶ τὰ A* ‖ *εἰ om. A* ‖ *εἰσάγειν*] *ὡς εἰσάγοι A* (*ς*) ‖ 25 *κύριος*] *om. M*[a], *κυρίως s. v. M* ‖ 27 *πράγματα ἤδη τινὰ χαρισάμενος ἢ κατὰ A* ‖ 31 *ἢ om. A* ‖ 32 *δωρήσεται A* ‖ 33 *παραγγεῖλαι M*] *συναριθμηθῆναι A* ‖ 34 *τοῦ τετάρτου A* ‖ *ἢ om. A* ‖ 35 *εἴγε τι λαβόντες ἤδη ἔτυχον A* ‖ 36 *εἶτα αὐτὴν om. A*

1 perfectionem digentes *R*[1] ‖ 2 annachoritas *R* ‖ 3 hesycastas *V* hescastas *R* ‖ 6 conuersatio est] conuersatione *R* ‖ 7 in *om. vulg.* ‖ id est communia vitae *Osenbrüggen* ‖ 13 scemateque *suppl. V*[2] *in spat. vac.* ‖ 14 positus *V*[1] ‖ 20 discernimus *V* ‖ 22 quo] qui *R*[1] ‖ 23 sequentur *vulg.* ‖ 24 quia *V*[1]] qui *RV*[2] *vulg.* ‖ introduxerit *V vulg.* ‖ eis *R*[1] ‖ eas dixerit *om. V*[1] ‖ 25 erat *V*[1] ‖ 26 contingit *V*[1]*T* ‖ 29 reliquiis *R* ‖ 30 aut nihil *RV*] nihil *vulg.* ‖ 31 donauerit eis *V*[1] ‖ quarta] a quarta *V*[1] ‖ et] *om. vulg.* ‖ 32 conuersationi fuerit *V*[1] ‖ 34 aliquid iam *R* ‖ 36 eam reliquens *R* reliquiens eam *V*

τῇ γυναικὶ φυλαττέσθω καὶ τὸ ἀπὸ τελευτῆς σύμφωνον (τοῦτο ὅπερ καὶ ἐν ἑτέρᾳ ἡμῶν νενομοθέτηται διατάξει)· πάντων τῶν ἐπὶ μοναχοῖς περὶ τούτου ῥηθέντων καὶ ἐπὶ γυναικῶν εἰς μοναστήριον εἰσιουσῶν κρατούντων.

et dos mulieri servetur et ex morte pactum, quod in alia nostra sanximus constitutione; omnibus, quae super monachis de his dicta sunt, et in mulieribus in monasterio ingredientibus valituris.

CAPUT VI.

⟨$\overline{\text{ς}}$⟩ *Εἰ δὲ ἀπολιπὼν τὸ μοναστήριον εἴς τινα ἔλθοι στρατείαν ἢ ἕτερον βίου σχῆμα, τῆς οὐσίας αὐτοῦ καὶ οὕτως εἰς τὸ μοναστήριον κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον ἀπομενούσης, αὐτὸς ἐν τοῖς ταξεώταις τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος τετάξεται, καὶ τοῦτον ἕξει τῆς μεταβολῆς τὸν καρπόν, καὶ ὅ γε τὴν θείαν λειτουργίαν ὑπεριδὼν δικαστηρίου χθαμαλοῦ προσκαρτερείτω δουλείᾳ.*

Si vero relinquens monasterium ad quandam veniat militiam aut aliam vitae figuram, substantia eius etiam sic in monasterium secundum quod prius a nobis dictum est remanente, ipse inter officiales clarissimi provinciae iudicis statuetur, et hunc habebit mutationis fructum, et qui sacrum ministerium despexit, tribunalis terreni observet servitium.

CAPUT VII.

$\overline{\text{Ζ}}$ *Εἰ δὲ ἀπολιπὼν τὸ μοναστήριον, καθ' ὅπερ τὴν ἄσκησιν εἶχεν, εἰς ἕτερον μεταβαίνοι μοναστήριον, καὶ οὕτω μὲν ἡ αὐτοῦ περιουσία μενέτω τε καὶ ἐκδικείσθω ὑπὸ τοῦ προτέρου μοναστηρίου, ἔνθα ἀποταξάμενος ταύτην κατέλιπε. Προσῆκον δέ ἐστι, τοὺς εὐλαβεστάτους ἡγουμένους μὴ εἰσδέχεσθαι τὸν τοῦτο πράττοντα. ἀλήτης γὰρ ὁ τοιοῦτος βίος, καὶ μοναχικῆς καρτερίας οὐδ' ὅλως ἐγγύς, οὐδὲ σταθερᾶς καὶ μονίμου ψυχῆς, ἀλλὰ περιφερομένης τε καὶ ἄλλοτε ἄλλα ζητούσης ἀπόδειξιν ἔχων. Ὥστε καὶ τοῦτο κωλύσουσιν οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ οἵ γε ἀρχιμανδρῖται καλούμενοι, τὴν μοναχικὴν σεμνότητα κατὰ τοὺς θείους κανόνας φυλάττοντες.*

Si vero relinquens monasterium, in quo conversationem habuit, ad aliud transeat monasterium, etiam sic quidem eius substantia maneat et vindicetur a priori monasterio, ubi abrenuntians hanc reliquit. Competens autem est reverentissimos abbates non suscipere eum, qui hoc egit. Erronea namque talis est vita monachica, nullatenus tolerantiae proxima, neque constantis et persistentis animae, sed indicium habens circumlatae et aliunde alia requirentis. Quapropter etiam hoc prohibeant deo amabiles episcopi et archimandritae nuncupati, monachicam honestatem secundum sacras regulas conservantes.

CAPUT VIII.

⟨$\overline{\text{Η}}$⟩ *Εἰ δέ τις τῶν μοναχικὴν ἐπαγγειλαμένων ἄσκησιν ἀξιωθείη κληρικοῦ χειροτονίας, μενέτω καὶ οὕτω καθαρὰν φυλάττων τὴν ἄσκησιν, ὡς εἴγε τῇ τοῦ γενέσθαι κληρικὸς ἀποχρήσαιτο παρρησίᾳ, καὶ πρὸς γάμον ἐλθεῖν θαρρήσειεν, δηλαδὴ τοιούτου βαθμοῦ καθεστὼς ἐν κληρικοῖς, ὃς αὐτῷ γαμεῖν ἐφίησι (λέγομεν δὲ ψαλτῶν τε καὶ ἀναγνωστῶν· τοῖς γὰρ ἄλλοις ἅπασι τὸν γάμον παντελῶς κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν, ἢ παλλακὴν ἔχειν ἢ ἀσελγείαις ἐκδοῦναι τὸν βίον), ἐκβαλλέσθω παντοίως τοῦ κλήρου, οἷα τὴν προτέραν ἄσκησιν καὶ τὸν μονήρη καταισχύνων βίον,*

Si quis autem monachicam profitentium conversationem meruerit clerici ordinationem, maneat etiam sic puram servans conversationem. Quodsi facti clerici abutatur fiducia et ad nuptias venire praesumat, quippe tali gradu constitutus inter clericos, qui ei uxorem ducere permittat (dicimus autem cantorum aut lectorum: aliis enim omnibus nuptias secundum sacras regulas penitus interdicimus, aut concubinas habere aut luxuriis tradere vitam), excludatur modis omnibus a clero, tamquam priorem conversationem

cap. VI. VII summaria extant Coll. LXXXVII capit. 10; *Nomoc. XIV tit.* 11, 1.
cap. VIII summaria extant Coll. LXXXVII capit. 11; *Nomoc XIV tit.* 9, 29.

dos et pactum in casum mortis factum mulieri servetur, id quod etiam in alia constitutione nostra sancitum est. Omnia autem quae de monachis hac in re dicta sunt, etiam de mulieribus monasterium ingredientibus valeant.

VI. *Si vero relicto monasterio ad militiam aliquam vel aliud vitae genus se contulerit, bonis eius etiam sic in monasterio, prout ante a nobis dictum est, manentibus ipse in cohortalium clarissimi provinciae praesidis ordinem redigetur, et hunc habebit mutationis fructum, ut, cum divinum ministerium despexerit, in iudicii terreni servitio perseveret.*

VII. *Quodsi relicto monasterio, in quo exercitationem habebat, ad aliud monasterium transeat, sic quoque bona eius maneant et vindicentur a priore monasterio, ubi renuntians illa reliquit. Religiosissimos vero praesules eum, qui hoc facit, recipere non decet. Vaga enim est talis vita atque monachicae perseverantiae nequaquam finitima, neque firmi et constantis animi, sed vagabundi aliaque alibi quaerentis notam habens. Quare etiam hoc deo carissimi episcopi et archimandritae qui vocantur prohibeant, monachicam gravitatem secundum divinos canones conservantes.*

VIII. *Quodsi quis eorum, qui monachicam exercitationem professi sunt, clerici ordinatione dignus habitus sit, etiam sic puram observare perseveret exercitationem; ut si clericatus libertate abutatur et nuptias inire audeat, scilicet in tali gradu clericorum constitutus, qui ei uxorem ducere permittat (cantores dicimus et lectores: reliquos enim omnes secundum divinos canones matrimonium inire aut concubinam habere aut luxuriae dedere vitam omnino vetamus), ex clero omni modo eiciatur, utpote qui*

2 *τοῦτο om.* *A*(ς) ‖ *νενομοθετήκαμεν Aς. Cf. Cod.* 1, 3. 52 (53), 15. 54 (56), 4 ‖ 3 *τῶν om. A* ‖ *περὶ τούτου] τῶν A* ‖ 4 *μοναστήρια A* ‖ 10 *λαμπροῦ A* ‖ 14 *τὴν ἐξ ἀρχῆς ἄσκησιν A* ‖ 16 *διεκδικείσθω A* ‖ 17 *ἔνθα] ἔνθα καὶ A* ‖ 18 *ταύτην Aς] τοῦτο M* ‖ *ἐστι] καθέστηκε A* ‖ 19 *πράσσοντα A* ‖ 24 *καλούμενοι Aς] λεγόμενοι καὶ καλούμενοι M* ‖ 27 *ἐπαγγελλομένων A* ‖ 28 *καθαρῶς A* ‖ 29 *ὡς εἴγε M] εἰ γὰρ A* ‖ 32 *ἐν κληρικοῖς γαμεῖν οὐ κωλύοντος, ψαλτῶν λέγομέν τε A*

1 mulieris *V* ‖ 2 sancximus *RT* ‖ 6 ueniet *V* ‖ 7 substantiam R^1V^1 ‖ 10 statuerunt V^1 ‖ habeat R^1 ‖ 12 dispexit *R* despexerit *T vulg.* ‖ terreno V^1 ‖ seruitio *V* ‖ 14 si uero re] *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 16 sic] si *V* ‖ uindicentur V^1 ‖ 18 compotens R^1 ‖ est autem *V* ‖ reuertissimos V^1 ‖ 20 *leg.* monachicae? ‖ 21 iudicium *RVT* ‖ 22 *habentis *libri* ‖ 23 haec *R* ‖ 27 *rubr.* De nuptiis clericorum *R mg.* ‖ 28 meruit R^1 ‖ 30 cleri *VT* ‖ abutantur R^2VT ‖ praesumant R^2 ‖ 33 enim] autem *V* ‖ 34 connubias *R* ‖ 35 excludantur R^1V^1

καὶ ἰδιώτης ἔστω τὸ λοιπόν, πρὸς στρατείαν μὲν ἢ ἑτέραν ἐπιτήδευσιν ἐλθεῖν οὐ θαρρῶν, εἰ μὴ βούλοιτο τοῖς ἔμπροσθεν ἠπειλημένοις παρ᾽ ἡμῶν ὑποπεσεῖν ἐπιτιμίοις, αὐτὸς δὲ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ διαζῶν, καὶ γινώσκων ὁποίαν ὑπὲρ τούτου δώσει τῷ μεγάλῳ θεῷ τὴν ἀπολογίαν.

et solitariam confundens vitam, et privatus sit de cetero, ad militiam quidem aut aliud officium venire non praesumens, nisi voluerit dudum interminatis a nobis subiacere poenis, ipse autem apud semetipsum degens et agnoscens, qualem pro hoc daturus sit magno deo satisfactionem.

CAPUT IX.

⟨Θ⟩ *Τὴν δὲ τῶν ἡγουμένων χειροτονίαν, εἴ ποτε συμβαίη δεῖσθαι τὸ μοναστήριον ἡγουμένου, μὴ κατὰ τὴν τάξιν τῶν εὐλαβεστάτων γίνεσθαι μοναχῶν, μηδὲ πάντως τὸν μετὰ τὸν πρῶτον εὐθὺς ἡγούμενον γίνεσθαι, μηδὲ τὸν μετ᾽ ἐκεῖνον δεύτερον μηδὲ τὸν τρίτον ἢ τοὺς ἐφεξῆς (τοῦτο ὅπερ καὶ νόμος ἡμῶν ἕτερος λέγει), ἀλλὰ τὸν θεοφιλέστατον τῶν τόπων ἐπίσκοπον χωρεῖν μὲν ἐφεξῆς διὰ πάντων (οὐδὲ γὰρ ἀτιμαστέον πάντως τὸν χρόνον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ τάξιν), καὶ τὸν ἀναφαινόμενον πρῶτον ἄριστον ἐν τοῖς μοναχοῖς καθεστῶτα καὶ ἄξιον τῆς ἡγεμονίας αὐτῶν, τοῦτον αἱρεῖσθαι· διότι τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τοιαῦτά ἐστιν, ὡς μήτε πάντας ἐφεξῆς ἐν τοῖς ἄκροις, μηδ᾽ αὖθις ἅπαντας ἐν τοῖς ἐσχάτοις τετάχθαι. ἀλλὰ προΐτω μὲν κατὰ τὸν βαθμὸν ἡ τοῦ ἡγησαμένου πάντως ἐποψία, ὁ δὲ πρῶτος εὐθὺς ἐν τοῖς ἀριθμουμένοις ἄριστος ἀναφανεὶς, οὗτος ἡγεμὼν ἔστω, καὶ τὴν τάξιν ὁμοῦ καὶ τὴν ἀρετὴν συμμαχοῦσαν ἔχων. δεῖ γὰρ διακρίνοντας τὸ κρεῖττον ἐκ τοῦ φαυλοτέρου τὸ μὲν ἡγεμονεῖν ἐᾶν, θάτερον δὲ ὑποκεκλίσθαι συγχωρεῖν, καὶ τῇ κατ᾽ ὀλίγον παιδαγωγίᾳ καὶ τοῦτο πρὸς τὸ κρεῖττον ἐμβαίνειν.* 1 *Ὅσα μέντοι παρ᾽ ἡμῶν ἐν ἁπάσαις ταῖς τε πρότερον ταῖς τε νῦν γενομέναις θείαις ἡμῶν διατάξεσι νενομοθέτηται περὶ κληρικῶν ἢ μοναχῶν ἢ μοναστηρίων, ταῦτα κοινὰ τίθεμεν περί τε ἀρρένων καὶ θηλειῶν καὶ μοναστηρίων καὶ ἀσκητηρίων, οὐ διακρίνοντες τό γε ἐπὶ τούτοις τὸ ἄρρεν ἀπὸ τοῦ θήλεος, διὰ τὸ, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, ἓν ἅπαντα ἐν Χριστῷ καθεστάναι.*

⟨**Ἐπίλογος.**⟩ *Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα οἵ τε ὁσιώτατοι πατριάρχαι τοῖς ὑφ᾽ ἑαυτοὺς θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις φανερὰ ποιείτωσαν, οἱ δὲ τοῖς ὑφ᾽*

Ordinationem vero abbatum, si quando contigerit egere monasterium abbate, non per ordinem reverentissimorum fieri monachorum, nec omnino eum, qui post primum est, mox abbatem fieri, nec qui post illum secundus est, neque tertium aut reliquos (hoc quod etiam lex nostra alia dicit), sed deo amabilem locorum episcopum percurrere quidem consequenter per omnes (non enim exhonorandum est omnino tempus et ex eo ordo), et eum, qui apparuerit prius optimus inter monachos constitutus et dignus praesulatu eorum, hunc eligere: eo quod humana natura talis est et neque omnes per ordinem inter summos neque rursus omnes inter novissimos constituti sunt. Sed procedat quidem secundum gradum praecedentis inspectio; qui vero prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas sit, et ordinem simul et virtutem suffragantem habens. Oportet enim eos, qui discernunt quod melius est a peiore, aliud quidem ad regendum dimittere, aliud vero inclinari iubere, et paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere. 1 Quaecumque tamen a nobis in omnibus, quae prius et quae nunc prolatae sunt, sacris nostris constitutionibus sunt sancita de clericis aut monachis aut monasteriis, haec communia ponimus et in masculis et in feminis, et in monasteriis et asceteriis, non discernentes quantum ad istos masculum aut feminam, eo quod, sicut praediximus, unum omnia in Christo consistant.

⟨**Epilogus.**⟩ Haec igitur omnia sanctissimi patriarchae sub se constitutis deo amabilibus metro-

cap. IX summaria extant Coll. LXXXVII capit. 11 (*inde Nomoc. L tit.* 33); *Nomoc. XIV tit.* 11, 3.

---

priorem exercitationem vitamque monachicam dedecoraverit; et deinceps privatus sit, neve ad militiam aliudve officium adspirare audeat, nisi in poenas, quas ante minati sumus, velit incidere, sed vitam privatam transigat videatque, qualem ea de re rationem magno deo sit redditurus.

IX. *Ordinatio vero praesulum, si quando monasterium praesule egere contingat, non fiat secundum ordinem religiosissimorum monachorum, neque omnino is, qui post primum est, statim praesul fiat, neque qui illum sequitur secundus neque tertius aut reliqui (id quod etiam alia lex nostra dicit), sed deo carissimus illius loci episcopus omnes deinceps perlustret (neque enim plane contemnendum tempus et ordo inde oriundus), et qui primus inter monachos optimus appareat et dignus qui reliquis praesit, is eligatur: quoniam natura humana ita comparata est, ut neque omnes deinceps in summo neque omnes rursus in infimo loco positi sint. Procedat igitur omnino secundum gradum praesulis inspectio, quique primus statim inter eos qui percensentur optimus appareat, is praesul sit, tam ordinis quam virtutis adiutorio usus. Oportet enim quod melius est a deteriore discernentes alteri quidem imperandi alteri* 1 *vero obsequendi copiam facere, ut disciplina paulatim aucta hoc quoque ad melius ascendat. Quaecumque vero a nobis in omnibus sacris nostris constitutionibus tam prius quam nunc latis de clericis vel monachis vel monasteriis constituta sunt, ea communia ponimus et de masculis et de feminis, et monasteriis et asceteriis, nec discernimus hac quidem in parte masculum a femina, quia, uti ante diximus, unum omnia in Christo sunt.*

Epilogus. Haec igitur omnia sanctissimi patriarchae deo carissimis metropolitanis sibi sub-

---

1 *τὸ λοιπὸν ἰδιώτης ἔστω A* ‖ *μὲν] μέντοι A* ‖ 4 *ζῶν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ μεριμνάτω γινώσκων A* ‖ 10 *εὐθὺς post πάντως coll. A* ‖ *γίνεσθαι om. A* ‖ 12 *τούτου A* ‖ *νόμος] Cod.* 1, 3, 46 (47) ‖ 13 *ἀλλὰ τὸν ἐπίσκοπον τῶν τόπων A* ‖ 14 *καθεξῆς A* ‖ 15 *πάντως τὸν om. A* ‖ 16 *ἀναφερόμενον A* ‖ 17 *τοῦτον om. A* ‖ 19 *ἐν τοῖς post πάντας add. A* ‖ 20 *ἅπαντας om. A* ‖ *τετάχθαι] εἶναι A* ‖ *προΐτω μὲν] πρὸ δέκα μὲν ἐτῶν A* ‖ 21 *ἡ] ἔστω A* ‖ *πάντως] om. ϛ* ‖ 23 *οὗτος ἡγεμὼν] ἡγούμενος A* ‖ 24 *ἡμᾶς post διακρίνοντας add. A* ‖ 25 *ἐκ] ἀπὸ A* ‖ *ἡγουμενεύειν A* ‖ 27 *καὶ — ἐμβαίνειν] πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἕλκειν A* ‖ 28 *παρ᾽ ἡμῶν om. A* ‖ 30 *καὶ μοναστηρίων A* ‖ 31 *ταῦτα om. A* ‖ *περί τε ἀρρένων τε M ἐπί τε ἀρρένων A* ‖ 32 *καὶ μοναστηρίων om. A* ‖ *leg. καὶ μοναστριῶν καὶ ἀσκητριῶν?* ‖ 33 *διακρ. ἐπὶ τούτοις τό γε ἄρρεν A* ‖ 34 *θήλεως M* ‖ 35 *πάντας A* ‖ 38 *sq. οἱ δὲ τοῖς ὑποχειρίοις αὐτῶν θεοφιλεστάτοις* (*θεοσεβεστάτοις corr.*) *A*

1 uitam] unam R^1 ‖ 2 ad] a V^1 ‖ 5 duraturus V^1 ‖ 7 *rubr.* De abbatum ordinatione *R mg.* ‖ ordinatione R^1V ‖ sic quando V^1 si quando si R^1 ‖ 8 abbatem non R^2 abbā****** R^1 ‖ 12 deo R^2 *in ras. quinque fere litt.* ‖ 13 ep** V^1 ‖ per omnes consequenter *VT* ‖ 14 est *om. V* ‖ 18 est et — quidem (20) R^2 *scripsit in ras.* 2 *versuum* ‖ et $VR(^2)$] ut *T* quod *vulg.* (*ὡς Gr.*) ‖ 18 omnes] omnes per omnes V^1 ‖ 19 inter] si inter $R(^2)$ ‖ 21 qui] q* V^1 ‖ optimos R^a ‖ 22 his abba sit R^1 ‖ 23 habens suffragantem *R* ‖ 31 aut monasteriis] monasteriis (que *add.* R^2) *R* ‖ 32 et assisteriis *RT*, et in assisteriis *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 33 discerentes R^1 ‖ 33 masculos aut feminas V^2 ‖ quod *om. T* ‖ 35 consistunt *T*

ἑαυτοὺς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις δηλούτωσαν, ἐκεῖνοί τε τοῖς μοναστηρίοις τοῖς ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν χεῖρα καθεστῶσι γνωριζέτωσαν, ὅπως ἂν διὰ πάντων ἡ τοῦ δεσπότου θεοῦ θεραπεία μένῃ πανταχόθεν ἀδιάφθορος. Ἐπικείσονται γὰρ μέγισται ποιναὶ τοῖς ταῦτα παραβαίνουσι· φαμὲν δὲ τὰς ἐξ οὐρανοῦ, ἃς ἀνάγκη τοῖς τῶν ὀρθῶν δογμάτων ὑπερόπταις ἐπικεῖσθαι. Καὶ οἱ τῆς ἡμετέρας μέντοι πολιτείας ἄρχοντες, εἰ ταῦτα αὐτοῖς προσαγγελθεῖεν, πᾶσι σπευδέτωσαν τρόποις τὰ τοῖς θείοις κανόσι περιεχόμενα, οἷς ὁ παρ' ἡμῶν κατακολουθεῖ νόμος, εἰς ἔργον ἄγεσθαι παρασκευάζειν. οὐδὲ γὰρ ἐκείνους ἐπιλείψει ποινὴ τούτων ῥαθυμήσαντας. Ὥστε ἀκολουθοῦσαν τούτοις προσήκει τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἅπασι τοῖς ὑπ' αὐτὴν ὁσιωτάτοις μητροπολίταις φανερὰ ταῦτα καταστῆσαι. Dat. XVI. k. April. Constantinopoli Belisario v. c. cons. [*a.* 535.]

politis manifesta faciant, at illi subiectis sibi deo amabilibus episcopis declarent, et illi monasteriis sub sua ordinatione constitutis cognita faciant, quatenus per omnia domini cultura maneat undique incorrupta. Imminebunt enim maximae poenae ista transgredientibus: dicimus autem de caelo, quas necesse est rectorum dogmatum contemptoribus imminere. Et nostrae siquidem reipublicae iudices, si haec eis nuntientur, omnibus studeant modis ea quae sacris regulis continentur, quas nostra sequitur lex, ad effectum perduci procurare. Nam nec illos deserit poena haec neglegentes. Quapropter sequentem haec tuam sanctitatem decet omnibus sub se positis sanctissimis metropolitis haec facere manifesta. Dat. XIII. k. April. CP. Belisario v. c. cons.

ϛ̄

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ ΔΕΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΕΙΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ ΚΑΙ ΔΙΑΚΟΝΟΥΣ ΑΡΡΕΝΑΣ ΚΑΙ ΘΗΛΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΠΟΙΑ ΕΠΙΤΙΜΙΑ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΠΑΡΑΒΑΙΝΟΝΤΩΝ ΤΟΝ ΤΥΠΟΝ ΤΗΣ ΔΙΑΤΑΞΕΩΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης· πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

⟨Προοίμιον.⟩ Μέγιστα ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα θεοῦ παρὰ τῆς ἄνωθεν δεδομένα φιλανθρωπίας ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία, ἡ μὲν τοῖς θείοις ὑπηρετουμένη, ἡ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἐξάρχουσά τε καὶ ἐπιμελομένη, καὶ ἐκ μιᾶς τε καὶ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς ἑκατέρα

VI. Coll. I tit. 6

QUOMODO OPORTEAT EPISCOPOS ET RELIQUOS CLERICOS AD ORDINATIONEM DEDUCI, ET DE EXPENSIS ECCLESIARUM.

Imp. Iustinianus A. Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano.

⟨Praefatio.⟩ Maxima quidem in hominibus sunt dona dei a superna collata clementia sacerdotium et imperium, illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis praesidens ac diligentiam exhibens;

Nov. VI (= Coll. I tit. 6: gloss.) Graece extat in M et A (in quo partem efficit tituli primi); om. in L. — 'Αὕτη ἡ νεαρὰ οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά' M. — Epit. Theod. 6, Athanas. 1, 1 (inde Coll. const. eccl. 3, 1, 1). — Iul. const. VI. Prooemium (praeter verba Ἡμεῖς — θεῷ 36, 8 – 16) habet Coll. LXXXVII capit. 1 (inde Nomoc. L tit. 1).

---

ditis manifesta reddant, ii vero deo carissimos episcopos ipsis subditos certiores faciant, atque illi cum monasteriis, quae in ipsorum potestate sunt, communicent: uti perpetuo cultus domini dei undique incorruptus maneat. Gravissimae enim poenae imminebunt eis qui haec transgredientur: caelestes dicimus, quas rectorum dogmatum contemptoribus imminere necesse est. At nostri imperii magistratus, si haec illis nuntiata erunt, omnibus modis studeant ea, quae divinis canonibus comprehensa sunt, quos lex a nobis data sequitur, ad effectum adducere. Namque ne illos quidem, si haec neglexerint, poena deficiet. Itaque tuam sanctitatem his obsequentem omnibus metropolitanis sub ipsa constitutis haec nota facere decet.

VI.

QUOMODO EPISCOPI ET PRESBYTERI ET DIACONI MASCULI ET FEMINAE CREANDI SINT, ET QUALES SINT POENAE IN EOS, QUI HUIUS CONSTITUTIONIS NORMAM TRANSGREDIUNTUR, STATUTAE.

Idem Augustus Epiphanio sanctissimo archiepiscopo regiae huius urbis et patriarchae universali.

Praefatio. Maxima inter homines dei dona a supera benignitate data sunt sacerdotium et imperium, quorum illud quidem rebus divinis inservit, hoc vero humanas res regit earumque curam gerit: quorum utrum-

---

1 *κἀκεῖνοι δὲ τοῖς ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν χειροτονίαν καθεστᾶσι μοναστηρίοις A (χειροτονίαν etiam ϛ videtur legisse)* ‖ 4 *θεοῦ] χριστοῦ A, om. ϛ* ‖ *μενεῖ M μένει A* ‖ *πανταχόθεν] καθόλου ἐν γῇ A* ‖ 6 *φαμὲν δὴ αἱ ἐξ οὐρανοῦ αἷς ἀνάγκη τῶν ὀρθῶν τοῖς ὑπερόπταις δογμάτων ἐμπλέκεσθαι. καὶ τοὺς τῆς ἡμετέρας μέντοι πολιτείας ἄρχοντας προσαγγέλλοιεν πᾶσι τρόποις τὰ τοῖς A* ‖ 12 *ἐπιλείψοι A* ‖ 15 *ταῦτα] ἐκ παντὸς add. A* ‖ *subscr. om. A* ‖ XVI k. April.] *πρὸ ιη' καλ. Ἀπριλλίων Ath.* (kal. April. *Iul.*, *μηνὶ Ἀπριλλίῳ Theod.*) ‖ 16 Cωnstantinu*πόλ.* Bilisar. *M* ‖ 17 *sq. rubricam om. A*; *'νεαρὰ περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων' cit. Ῥοπαί* 19, 5 ‖ 24 *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάουιος Ἰουστινιανὸς εὐσεβέστατος αὔγουστος Ἐπιφανίῳ Coll. 87 cap., αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἐπιφανίῳ A* ‖ *ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχ. A* ‖ 25 *ταύτης om. A, τῆς — πόλεως om. Coll. 87 cap.* ‖ 27 *ἐν] τῶν ἐν Coll. 87 cap.*, quidem in ϛ ‖ 28 *παρὰ — φιλανθρωπίας post βασιλεία coll. A* ‖ 29 *τε om. A* ‖ *τῷ θεῷ A* ‖ 30 *ἐξάρχουσα καὶ ἐπιμελουμένη Coll. 87 cap.* ‖ 31 *sq. ἑκάτεραι προιοῦσαι τὸν ἀνθρ. βίον κατακοσμοῦσι A Coll. 87 cap. ϛ*

2 monasteriis] dei *add. vulg.* ‖ 5 imminebant *V* ‖ 6 dicemus *V*[1] ‖ 7 contemporibus *V*[1] ‖ 9 ea] eas *V*[1] ‖ 12 sederit *R* ‖ 14 metropolis *V*[1] ‖ 16 *subscr. dedi ex R Bamb. II, ed. pr.* ‖ XIII *R*] XII *Bamb., ed. pr.* ‖ Bilisario *R* Bisilario *Bamb.* ‖ consule viro clarissimo *Bamb., ed. pr.* ‖ 19 deduci *R*] adduci *V vulg.* ‖ 24 Constantinopolitane *V* ‖ 27 quidem *del. R*[2] quidem in *V*[2] *in ras.* ‖ hominibus] omnibus *RVT al.* ‖ 29 hoc] hec *R*[1]

προϊοῦσα καὶ τὸν ἀνθρώπινον κατακοσμοῦσα βίον. ὥστε οὐδὲν οὕτως ἂν εἴη περισπούδαστον βασιλεῦσιν ὡς ἡ τῶν ἱερέων σεμνότης, εἴγε καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐκείνων ἀεὶ τὸν θεὸν ἱκετεύουσιν. Εἰ γὰρ ἡ μὲν ἄμεμπτος εἴη πανταχόθεν καὶ τῆς πρὸς θεὸν μετέχοι παρρησίας, ἡ δὲ ὀρθῶς τε καὶ προσηκόντως κατακοσμοίη τὴν παραδοθεῖσαν αὐτῇ πολιτείαν, ἔσται συμφωνία τις ἀγαθή, πᾶν εἴ τι χρηστὸν τῷ ἀνθρωπίνῳ χαριζομένη γένει. Ἡμεῖς τοίνυν μεγίστην ἔχομεν φροντίδα περί τε τὰ ἀληθῆ τοῦ θεοῦ δόγματα περί τε τὴν τῶν ἱερέων σεμνότητα, ἧς ἐκείνων ἀντεχομένων πεπιστεύκαμεν, ὡς δι' αὐτῆς μεγάλα ἡμῖν ἀγαθὰ δοθήσεται παρὰ θεοῦ, καὶ τά τε ὄντα βεβαίως ἕξομεν τά τε οὔπω καὶ νῦν ἀφιγμένα προσκτησόμεθα. Καλῶς δὲ ἂν ἅπαντα πράττοιτο καὶ προσηκόντως, εἴπερ ἡ τοῦ πράγματος ἀρχὴ γένοιτο πρέπουσα καὶ φίλη θεῷ. τοῦτο δὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν, εἴπερ ἡ τῶν ἱερῶν κανόνων παρατήρησις φυλάττοιτο, ἣν οἵ τε δικαίως ὑμνούμενοι καὶ προσκυνητοὶ καὶ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ θεοῦ λόγου παραδεδώκασιν ἀπόστολοι καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐφύλαξάν τε καὶ ὑφηγήσαντο.

ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, cum utique et pro illis ipsis semper deo supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique et apud deum fiducia plenum, imperium autem recte et competenter exornet traditam sibi rempublicam, erit consonantia quaedam bona, omne quicquid utile est humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera dei dogmata et circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus quia per eam maxima nobis dona dabuntur a deo, et ea, quae sunt, firma habebimus, et quae nondum hactenus venerunt, adquirimus. Bene autem universa geruntur et competenter, si rei principium fiat decens et amabile deo. Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam iuste laudati et adorandi inspectores et ministri dei verbi tradiderunt apostoli, et sancti patres et custodierunt et explanaverunt.

CAPUT I.

⟨A⟩ *Θεσπίζομεν τοίνυν τοῖς θείοις διὰ πάντων ἑπόμενοι κανόσιν, ἡνίκα τις εἰς τὸν λοιπὸν ἅπαντα χρόνον ἐπὶ χειροτονίαν ἐπίσκοπος ἄγοιτο, σκοπεῖσθαι πρότερον αὐτοῦ τὸν βίον κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, εἰ σεμνός τε καὶ ἄμεμπτος καὶ πανταχόθεν ἀνεπίληπτος εἴη καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένος τε καὶ* ⟨B⟩ **1** *ἱερεῖ πρέπων· καὶ οὔτε ἐκ ταξεωτικῆς ἢ ἐκ βουλευτικῆς ὁρμώμενος τύχης, πλὴν εἰ μὴ ἐκ νέας ἡλικίας, κατὰ τὸ ἤδη διατυπωθέν, ἐν μοναστηρίῳ καταλεγεὶς ἐλευθερωθείη τῆς τύχης, τὸ τέταρτον μέντοι πρότερον τῆς περιουσίας ἀποδιδοὺς τῇ βουλῇ·* **2** *οὔτε ἐξ ἰδιώτου καὶ τῶν καλουμένων λαϊκῶν εἰς καθεστὼς εἶτα εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἀναβαίνων, οὐδὲ ἐσχηματισμένην λαμβάνοι τὴν χειροτονίαν, ὡς ἄρτι μὲν ἰδιώτης, εὐθὺς δὲ κληρικός, εἶτα βραχύ τι* **3** *διαλιπὼν ἐπίσκοπος ἀναφαίνεσθαι· οὔτε γαμετῇ συνοικῶν, ἀλλ' ἢ παρθενίᾳ συζήσας ἐξ ἀρχῆς ἢ γυναῖκα μὲν σχών, ἐκ παρθενίας δὲ εἰς αὐτὸν ἐλθοῦ-*

Sancimus igitur sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequenti omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius eius vitam secundum sacrum apostolum, si honesta et inculpabilis et undique irreprehensibilis sit, et in bonis testimonium habeat, et sacerdotem decens. **1** Et neque ex officiali aut ex curiali veniat fortuna, nisi tamen ex novella aetate, secundum quod iam dispositum est, in monasterio constitutus fortuna liberetur, quartam tamen prius substantiae red- **2** dens curiae; neque ex idiota et his qui vocantur laici existens et ita mox episcopatum ascendens, nec imaginariam suscipiat ordinationem, tamquam modo quidem idiota, mox autem clericus, deinde **3** parvum aliquid praeteriens episcopus appareat. et neque uxori aliae copulatus, sed aut in virginitate degens a principio aut uxorem quidem habens, ex

cap. I pr. § 1. 2 (— *ἀναβαίνων v.* 34) *et excerpta* § 3—5 *habet Coll. LXXXVII capit.* 2 (*inde appendix Nomoc. L tit. cap. eccl.* 1).
§ 3 *summarium extat Nomoc. XIV tit.* 1, 23.

que ab uno eodemque principio proficiscitur et humanam vitam exornat. Quare nihil imperatoribus aeque curae fuerit atque sacerdotum honestas; si quidem hi etiam pro illis ipsis semper deo supplicant. Nam si alterum omni ex parte integrum est et fiducia dei praeditum, alterum recte et decenter rempublicam sibi traditam exornat, bonus quidam concentus existet, qui quicquid utile est humano generi praebeat. Nobis igitur maximae curae sunt et vera dei dogmata et sacerdotum honestas, quam si illi custodiunt, per ipsam magna bona a deo nobis datum iri nosque et quae habemus firmiter possessuros et quae nondum adepti sumus insuper adquisituros esse confidimus. Bene autem et decenter omnia gerentur, si modo decens et deo gratum rei initium ponatur. Id autem fore credimus, si sacrorum canonum observatio custodiatur, quam et apostoli merito laudandi atque venerandi, spectatores et ministri verbi dei, tradiderunt et sancti patres et custodierunt et explanarunt.

I. *Sancimus igitur divinos canones omni ex parte secuti, ut, quando in omne futurum tempus quis ad ordinationem ducatur episcopus, prius vita eius secundum divinum apostolum spectetur, num sit honesta et integra et undique irreprehensibilis et quae bonorum operum testimonium habeat et sacerdotem deceat;* **1** *ac neque a cohortali aut curiali condicione profectus, nisi a tenera aetate, uti iam constitutum est, in monasterium allectus condicione illa liberatus sit: ut tamen quarta pars bonorum curiae prius solvatur;* **2** *neque ex privato, et eorum unus qui laici vocantur, statim ad episcopatum ascendat, nec simulatam accipiat ordinationem, ut qui modo privatus, mox clericus, deinde brevi tempore interiecto episcopus sit;* **3** *nec uxori coniunctus, sed qui aut ab initio caelebs vixit aut uxorem quidem habuit, sed quam virgi-*

2 *οὕτως οὐδὲν A* ‖ 4 *ἀεὶ om. A* ‖ 5 *μετέχοι M Coll.* 87 *cap.*] *μεστὴ Aϛ* ‖ 8 *εἴ τι*] *ὅτι A* ‖ 11 *τὴν om. A* ‖ *σεμνότητος A* ‖ 14 *Καὶ καλῶς ἂν πάντα A* ‖ 15 *εἴπερ et* 16 *τοῦ πράγματος om. A* ‖ 17 *πιστεύομεν ἔσεσθαι A* ‖ 18 *τε om. A* ‖ 19 *καὶ προσκυνητοὶ καὶ om. A* ‖ *προσκυνούμενοι Coll.* 87 *cap.* ‖ *καὶ ὑπηρέται om. Coll.* 87 *cap.* ‖ 20 *θείου Coll.* 87 *cap.* ‖ 22 *τοίνυν*] *οὖν A* ‖ 24 *χειροτονία A* ‖ *ἐπίσκοπον A ἐπισκόπου Coll.* 87 *cap., leg. ἐπισκοπῆς* (ϛ)? *cf.* 38, 12. 39, 18. ‖ 26 *καὶ παντ. ἀνεπίληπτος om. A* ‖ 27 *τε om. A* ‖ *καὶ ἱεροπρεπὴς Coll.* 87 *cap.* ‖ 28 *ἐκ om. A* ‖ *ἢ ἐκ*] *ἐκ om. A Coll.* 87 *cap.* ‖ 29 *sq. Cf. Cod.* 1, 3, 52 (53), 1 ‖ 31 *sq. τὸ — τῆς*] *μέρος μέντοι τῆς οἰκείας A* ‖ 33 *οὔτε*] *ὅτε A* ‖ *ἐξ ἰδιώτου A Coll.* 87 *cap.* ϛ] *ἐξ ἰδιωτικοῦ M* ‖ *εἰς*] *τις A* (*om.* ϛ) ‖ 35 *λαμβάνων A* ‖ 36 *εἴτε A* ‖ 38 *ἀλλ' ἢ*] aliae, sed aut (*i. e. ἄλλῃ ἀλλ' ἢ*) ϛ, *cf. Ath.* (*p.* 1 *n.* 20 *Heimbach*) ‖ 39 *ἔχων A*

1 ex] *leg.* ⟨et⟩ ex? ‖ 4 ipsis V^{a}] ipsi RV^{b} *vulg.* ‖ 5 et] etiam *V* ‖ 8 bon∗ V^{1} ‖ 12 dona dabuntur *V*] donabuntur *R* bona dabuntur *vulg.* ‖ 14 adquiremus V^{3} *vulg.* ‖ 17 regulam V^{1} ‖ 18 custoditur *R* ‖ iuste *Osenbrüggen*] iusti *libri* ‖ laudati $R^{1}V$] laudandi R^{2} *vulg.* ‖ adornandi *R* ‖ 20 et custodierunt *R*] et *om. V vulg.* ‖ 21 *rubr.* de ordinatione episcoporum *R* ‖ 24 vitam] uita debet *V* oportet uitam *T* ‖ 25 et undique irreprehensibilis *om. V* ‖ 27 *leg.* habens? ‖ 28 tamen ex] tam ex *RT* etate V^{3} *in ras.* 4 *litt.* ‖ aetate *om. V* ‖ 29 iam *del.* R^{2} ‖ 31 ex] ∗∗ V^{1}, eciam V^{3} ‖ idioata V^{1} ‖ uocatur laicus *VT* ‖ 32 ascendat *R vulg.* ‖ 34 modo *om. V* ‖ 35 prae∗iens V^{1} ‖ 37 printicipio *V*

σαν, ἀλλ' οὔτε χήραν οὔτε διαζευχθεῖσαν ἀνδρὸς οὔτε 4 *παλλακήν· οὔτε παῖδας ἢ ἐγγόνους ἔχων, οὔτε γνωριζομένους τῷ νόμῳ οὔτε ὑπ' ἐκείνου μεμισημένους· ἐπείτοιγε ὁ παρὰ ταῦτά τι πράττων αὐτός τε ἐκπεσεῖται τῆς ἱερωσύνης καὶ ὁ τοῦτον χειροτονῶν ὁμοίως ἔξω τῆς ἐπισκοπῆς ἐλαθήσεται, τῷ νόμῳ τούτῳ* ⟨Γ⟩ 5 *προσκεκρουκώς. Ἀλλ' οὐδὲ χρημάτων ὠνήσασθαι τὴν ἱερατείαν αὐτῷ συγχωροῦμεν, μόνῃ δὲ προσέχειν αὐτὸν τῇ τοῦ δεσπότου θεοῦ θεραπείᾳ βουλόμεθα, καὶ μὴ πολλαῖς ἀνθρωπίναις φροντίσι περι-* Δ 6 *έλκεσθαι. Ἀλλὰ μηδὲ ἀμελέτητος ὢν τῶν* 7 *ἱερῶν δογμάτων πρὸς ἐπισκοπὴν εἰσίτω· πρότερον δὲ ἢ μοναχικὸν βίον ἀσκήσας ἢ ἐν κλήρῳ καταλεγόμενος οὐκ ἔλαττον μηνῶν ἕξ, γυναικὶ μέντοι, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, μὴ συνοικῶν ἢ παῖδας ἢ ἐγγόνους ἔχων. Ταῦτα γὰρ πάντως ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ζητοῦμεν, καθάπερ καὶ πρότερον δύο θείαις ἡμῶν τοῦτο διατάξεσι νενομοθέτηται, καθ' ἃς τοὺς μὲν ἤδη συνοικοῦντας γυναιξὶν οὐ περιειργασάμεθα, τὸ παρῳχηκὸς ἅπαν ἀφέντες, τοῦ λοιποῦ δὲ ἐκ τῆς θέσεως τοῦ νόμου μηδενὶ συγχωροῦντες γαμετὴν ἔχοντι τοιαύτην ἐπιτιθέναι χειροτονίαν. ὅνπερ νόμον καὶ νῦν ἀνανεοῦμεν, μή ποτε, εἰ παρὰ ταῦτα γένηται, αὐτός τε ἐκπέσοι τῆς ἱερωσύνης τόν χειροτονήσαντά τε ὁμοίως ἐκβληθῆναι ταύτης παρασκευά-* E *σειεν. Ὁ τοίνυν χειροτονούμενος ἐπίσκοπος ἢ ἀπὸ μοναχῶν ἢ ἀπὸ κληρικῶν ἔστω, εἴγε καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ βίῳ μαρτυροῖτο σεμνὸς καὶ δόξης ἀπολαύων ἀγαθῆς, καὶ ταύτην κρηπῖδα τῆς ἀρχιερωσύνης ἐναπο-* 8 *θέμενος τῇ ψυχῇ. Ἀλλὰ καὶ οὕτως αὐτὸν διακείμενον καὶ πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν παρασκευαζόμενον προσῆκόν ἐστι τοὺς εὐαγεῖς καὶ πανταχόθεν ἐκκεκριμένους ἀναγινώσκειν κανόνας πρὸ τῆς χειροτονίας, οὓς ἡ ὀρθὴ καὶ ἀμώμητος ἡμῶν ἐδέξατο πίστις καὶ ἡ καθολικὴ τοῦ θεοῦ καὶ ἀποστολικὴ προσήκατό τε καὶ παραδίδωσιν ἐκκλησία. Καὶ ἐπειδὰν διὰ τῆς συνεχοῦς αὐτῶν ἀναγνώσεως ὁ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἀγόμενος ἔλθῃ, τηνικαῦτα τὸν τὴν χειροτονίαν ἐπιτιθέναι μέλλοντα πυνθάνεσθαι αὐτοῦ, εἴπερ οἷός τε φυλάττειν ἐστὶ καὶ πράττειν, ἅπερ οἱ θεῖοι κανόνες ἐνομοθέτησαν. καὶ εἰ μὲν ἀποφήσειε καὶ λέγοι τὰ παραγγέλματα τῶν θείων κανόνων οὐχ ἱκανὸς εἶναι*

virginitate autem ad eum venientem, et non viduam 4 neque seiunctam viro neque concubinam. neque filios aut nepotes habens neque cognitos legi neque illi odibiles; alioquin qui praeter haec aliquid agit, et ipse cadet sacerdotio, et qui eum ordinat, foris 5 episcopatum sectabitur, hanc legem offendens. Sed neque pecuniis [oportere] emere sacerdotium ei permittimus, solum vero respicere eum domini dei culturam volumus, et non plurimis humanis cogitationibus 6 protrahi. Sed neque ineruditus existens sacro-7 rum dogmatum ad episcopatum accedat: prius autem aut monachicam vitam professus aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohaerens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnino super deo amabilibus episcopis quaerimus, sicut etiam prius duabus sacris nostris hoc constitutionibus sancitum est, per quas dudum cohaerentes uxoribus non perscrutamur, omne praeteritum relinquentes, de cetero autem nulli permittentes a positione legis uxorem habenti talem imponi ordinationem. Quam legem etiam nunc renovamus, ne forte, si praeter haec aliquid fiat, et ipse cadat sacerdotio et ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus aut ex monachis aut ex clericis sit, etiam in huiusmodi vita testimonii boni et honestus et gloria fruens bona, et hoc funda-8 mentum pontificatus deponens animae. Sed etiam sic eum constitutum et ad episcopatum praeparatum competens est venerabiles et undique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta et inviolata nostra suscepit fides, et catholica dei apostolicaque disposuit et tradidit ecclesia. Et dum ex frequenti earum lectione transierit qui ad ordinationem deducitur, tunc is, qui ordinationem impositurus est, interroget eum, si sufficiens est custodire et agere, quae sacrae regulae sancierunt. Et si quidem declaraverit et dixerit, praecepta sacrarum regula-

§ 7 *πρότερον — μηνῶν ἕξ*] *notant Nomoc. XIV tit.* 1, 11 *et Ῥοπαί* 19, 5.
§ 8 *summarium extat Coll. LXXXVII capit.* 2 (*inde in appendice Nomoc. L tit. cap. eccl.* 1).

4 *nem duxit, sed neque viduam neque a marito separatam neque concubinam; nec qui liberos aut nepotes habeat, sive agnitos a lege sive odio ab ea habitos: alioqui qui contra haec fecerit, sacerdotio et ipse* 5 *excidet, et qui eum ordinaverit, similiter ab episcopatu removebitur, cum in hanc legem peccaverit. Nec magis pecunia emere sacerdotium ei permittimus, ad solum vero domini dei cultum respicere nec multis* 6 *humanis curis distrahi eum volumus. Nec magis sacrorum dogmatum ignarus ad episcopatum ac-* 7 *cedat: sed prius aut vitam monachicam professus aut in clerum non minus sex mensibus assumptus, uxore tamen, sicut ante diximus, non utens nec liberos aut nepotes habens. Haec enim omnino in deo carissimis episcopis requirimus, quemadmodum etiam antea duabus nostris sacris constitutionibus id sancitum est: in quibus eos, qui iam uxoribus utebantur, non morati sumus praeteritum omne omittentes, in posterum vero inde a lege lata, qui uxorem habet, eum ordinare nemini permittentes. Quam legem etiam nunc renovamus, ne forte si contra haec factus sit, et ipse sacerdotio excidat et qui illum ordinaverit ut pari modo inde removeatur efficiat. Itaque qui episcopus creandus est, vel ex monachis vel ex clericis sit, si modo in tali quoque vita honestum se fuisse et existimatione bona frui testimonio probet,* 8 *atque hoc se summi sacerdotii fundamentum in animo condidisse. Verum licet ita dispositus sit et ad episcopatum praeparatus, decet eum ante ordinationem sacros et omni ex parte approbatos canones legere, quos recta et vituperii expers fides nostra suscepit et catholica dei et apostolica ecclesia admisit atque tradit. Cumque is, qui ad ordinationem accedit, assidua lectione in eis versatus fuerit, tum qui ordinationem impositurus est eum interroget, num ea, quae divini canones sanxerunt, observare et facere possit. Et si quidem neget, seque praeceptis divinorum canonum servandis parem non esse dicat, nullo modo ordinatio*

1 **ἀλλ' οὐδὲ M ἀλλ' οὐ μὴ A* et non *ς* ‖ *οὔτε A*] *οὐδὲ M* ‖ 6 *ὁμοίως om. ς* ‖ *τοῦτο M* ‖ 7 *χρήμασιν A* ‖ 8 *αὐτῷ*] *τινὶ A* ‖ 11 *ἀμελετὴς A* ‖ 14 *καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν om. ς* ‖ 16 *ἐκγόνους A* ‖ *ταῦτα M*] *τοῦτο Aς* ‖ *θεοφιλῶν A* ‖ 17 *καθὰ A* ‖ 18 *δυσὶ A* ‖ *cf. Cod.* 1, 3, 47 (48) *et* 41 (42), 2 *sq.* ‖ *τοῦτο om. A* ‖ *καθ' ἃς τοὺς*] *καθ' αὑτοὺς M* ‖ 21 *τοῦδε τοῦ νόμου A* ‖ 22 *ἐπιτεθῆναι A*(*ς*) ‖ 24 *γένηται M*] *τι γένηται Aς* ‖ *αὐτός τε*] *ὁ χειροτονούμενος add. A* ‖ 25 *ταύτης om. ς* ‖ *παρασκευάσοι A* ‖ 27 *ἀπὸ M*] *ἐκ A* ‖ 29 *καὶ om. A* ‖ 32 *ἐγκεκριμένους A* ‖ 33 *πρὸ τῆς χειροτονίας ante τοὺς εὐαγεῖς* (32) *coll. A* ‖ 34 *οὕσπερ καὶ ἀμώμητος A* ‖ 36 *ἐπειδὰν*] *ὅτε δ' ἂν A* ‖ 37 *ὁ om. A* ‖ 38 *ἐναγόμενος A* ‖ *ἔλθοι MA* ‖ 41 *ἀποφήσοιε καὶ λέγει A*

2 Εἰ δὲ ἄμειψις ἐπί τισι γένοιτο προσώποις, χωρὶς μόνης τῆς βασιλείας, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, καὶ ὁ τὴν ἄμειψιν λαβὼν ὑποκείσθω ποινῇ τῷ καὶ τὸ δεδομένον αὐτῷ πρᾶγμα ἀποβαλεῖν, καὶ ἀνατρέχειν αὖθις τοῦτο ἐπὶ τὸν εὐαγῆ οἶκον ὅθεν ἐξέβη, καὶ τὸ ἀντιδεδομένον μεῖναι παρὰ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, καὶ τὸν προσελθόντα πράγματι παρανόμῳ ἐκπίπτειν [τε] ἑκατέρου δικαίως· ὥστε κατὰ τοῦτο ποινὴν αὐτὸν ὑπέχειν, καθ᾽ ὃ καὶ τῶν οἰκείων ἐκπίπτει καὶ ὅπερ ἤλπισεν οὐ προσέλαβεν· κἀνταῦθα τῆς ἀγωγῆς αὐτῷ φυλαττομένης ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ περιουσίᾳ τῶν τὸ συνάλλαγμα πρὸς αὐτὸν πραξάντων.

vel xenodocho aut nosocomo aut brephotropho aut abbae aut abbatissae monasterii aut asceterii, secundum quod prius dispositum est. Si quis igitur emere praesumpserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, cadat quidem mox pretio, exigatur autem res, quam accepit, cum omni medii temporis incremento; et contra sanctissimam quidem ecclesiam aut venerabilem domum nullam omnino habeat actionem, contra venerabiles autem oeconomos, aut qui omnino vendiderunt, in propriis eorum substantiis ex contractu habeat actionem: ut metu suae substantiae, etsi non propter dei timorem, at tamen segniores
1 circa venditiones fiant. Si quis autem per donationem accipere praesumpserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, et ipso quod donatum est omnino cadat, et aliud tantum ex sua substantia repenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc accepit: ut quam nisus est agere contra eam novitatem, hanc sibimet in propriis exhibens suam sentiat malignitatem.
2 Si autem permutatio in quibusdam fiat personis, praeter solum imperium, sicut praediximus, et qui permutationem accepit subiaceat poenae, ut datam sibi rem amittat, et recurrat rursus haec ad venerabilem domum unde progressa est, et quod pro compensatione dedit, maneat apud venerabilem domum, et qui accessit ad causam legi contrariam, cadat utroque iuste, et secundum hoc poenae subdatur, secundum quod et propriis cadet et quod speravit non acquisivit; etiam hic actione ei servata in propria substantia eorum, qui contractum cum eo celebraverunt.

CAPUT VI.

ϛ Εἰ δὲ δανειστὴς εἰς σωματικὸν ἐνέχυρον ἕλοιτο λαβεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, ἐν οἰκίαις τυχὸν ἢ προαστείοις ἢ ἀγροῖς ἢ κήποις ἢ πολιτικαῖς σιτήσεσιν ἢ ἀγροικικοῖς ἀνδραπόδοις, καὶ δοίη χρυσίον ὑπὲρ τούτου, ἐκπιπτέτω τοῦ δανείσματος, καὶ ἐχέτω κέρδος ἡ δανεισαμένη ἁγιωτάτη ἐκκλησία ἢ ὁ εὐαγὴς οἶκος τὸ δανεισθὲν χρυσίον· κἀνταῦθα κατὰ τοῦ τὸ δάνεισμα πράξαντος οἰκονόμου ἢ ξενοδόχου ἢ πτωχοτρόφου ἢ ἡγουμένου μοναστηρίου ἢ ἀσκητηρίου ἢ τῶν ἄλλων εὐαγῶν συστημάτων τῆς

Si autem creditor in pignore corporali elegerit accipere rem immobilem ecclesiasticam aut ptochicam, in domibus forsan aut suburbanis aut agris aut hortis aut civilibus panibus aut rusticis mancipiis, et dederit aurum ob hoc, cadat credito, et habeat lucrum, quae mutuum accepit, sanctissima ecclesia aut venerabilis domus quod mutuatum est aurum; etiam hic contra celebrantem mutuum oeconomum aut xenodochum aut ptochotrophum aut praesulem monasterii aut asceterii aut aliorum ve-

oeconomo vel xenodocho vel nosocomo vel brephotropho vel abbati abbatissaeve monasterii aut asceterii, secundum id quod supra constitutum est. Si quis igitur rem ecclesiasticam vel ptochicam emere ausus sit, ille pretium statim amittat, et res quam accepit cum omni temporis interiacentis accessione exigatur. Atque adversus sanctissimam ecclesiam quidem vel venerabilem domum nullam prorsus actionem habeat, verum adversus religiosissimos oeconomos vel quicumque omnino vendiderunt in propriis eorum bonis actionem ex contractu habeat: quo illi metu saltem substantiae suae, si non ob timorem dei, utique tar-
1 diores ad vendendum fiant. Quodsi quis dono accipere ausus sit rem ecclesiasticam vel ptochicam, et ipso quod donatum est omni modo privetur et alterum tantum ex sua substantia sanctissimae ecclesiae vel sacrae domui, unde illud accepit, in vicem det, ut quo detrimento illam afficere conatus est, idem in
2 suis ipse rebus expertus propriae sibi malitiae conscius fiat. Quodsi permutatio fiat in quibusdam personis, solo imperatore, sicut supra diximus, excepto, etiam qui permutationem accepit ei poenae subiaceat, ut rem ipsi datam amittat, eaque rursus ad sacram domum unde venit revertatur, et quod in vicem datum est apud venerabilem domum maneat, atque qui rem illicitam aggreditur utrumque merito amittat, ita ut eatenus poenam subeat, quatenus et proprias res amittat nec quod speravit acquisierit; actione illi etiam hic contra propriam substantiam eorum servata, qui contractum cum illo fecerint.
VI. *Quodsi creditor in corporale pignus voluerit rem immobilem ecclesiasticam vel ptochicam accipere, domus forte aut suburbana aut agros aut hortos aut annonas civiles aut mancipia rustica, deditque pro hoc pecuniam, privetur credito, atque sanctissima ecclesia vel sacra domus, quae mutuum accepit, pecuniam sibi creditam lucretur: ut etiam hic contra eum qui mutuum contraxit oeconomum vel xenodochum vel ptochotrophum vel praesulem monasterii aut asceterii aut reliquorum sacrorum collegiorum actio*

3 *τολμήσοι ὠνήσασθαι* A ‖ 6 *μέσῳ* om. M^a ‖ 8 *ἐχέτω παντελῶς* A ‖ *μέντοι*] *δὲ* A ‖ 12 *διὰ τὸν*] *δια γ᾽ οὖν τὸν* A ‖ 13 *γίνωνται* A ‖ 14 *τολμήσοι* A ‖ 15 *δωρουμένου*] *δωρηθέντος αὐτῷ* A ‖ 18 *ἵνα* M] *ὅπως* A ‖ 19 *κατ᾽ αὐτῆς ἐργάσασθαι* A ‖ *αὐτὸς*] sibimet ς ‖ *ἐν τοῖς*] *ἐκ τῶν* A ‖ 24 *τῷ* A] *τοῦ* M ‖ *ἀποβαλεῖν*] *ἀπολλύναι* A ‖ 28 *τε* M, om. A ‖ 33 *δὲ*] *δὲ καὶ* A ‖ *εἰς σωματικὸν* om. A ‖ 37 *τούτων* A ‖ 38 *δεδανεισμένη* A ‖ 41 sq. *ἢ ἀσκητηρίου* om. A

1 uel *RVT*] aut *vulg.* ‖ scenodocho aut nosochomio *V* ‖ bethotropho *R* ‖ 2 asisterii *RVT* ‖ 3 disspoitum *R* ‖ 4 emere] omne R^1 ‖ ptochicam] thechicam *V* ‖ 5 exigat autem rem V^3 ‖ 8 habeat hãtcõm contra *V* ‖ 10 ex contractu *om.* R^1 ‖ 12 attamen] ut tamen *R* ut tantum *T*, at *om. V*, *in quo* tamen seg| V^2 *scr. in ras.* ‖ segniones R^a ‖ 17 uenerabil* V^1 ‖ 18 ut] et R^1 ‖ 23 *ut] et *libri* ‖ 24 et recurrat] et *om.* R^1 ‖ haec *om.* R^1 ‖ 25 pro] per *V* ‖ 26 domum *om. V* ‖ 27 causam] cãrm̃ *R* ‖ 29 cadat *V* ‖ 33 corporari eligerit *R* ‖ 34 immobilem et ecclesiasticam R^1 ‖ phochicam *R* ‖ 37 dedit *V* ‖ credito *Heimbach*] creditor *libri* ‖ 39 aut (alia *s. v. add.* R^2) uerabilis *R* ‖ mutatum R^1 ‖ 41 scenodochum *V* ‖ 42 aut asisterii *RT om. V*

ἀγωγῆς οὔσης τῷ δεδανεικότι. πάντων τούτων καὶ ἐπὶ τῶν ἡγουμένων τῶν γυναικείων ἀσκητηρίων ἤτοι
1 *μοναστηρίων κρατούντων. Εἰ γὰρ ὅλως ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν οἴκοις δανείσματος γένοιτο χρεία, εἰς μόνην ἀναγκαίαν δηλαδὴ καὶ ἀπαραίτητον πρόφασιν καὶ ἧς χωρὶς οὐκ ἔνεστι τὸ κατεπεῖγον πληρωθῆναι, ἢ εἴς τι πρᾶγμα λυσιτελέστατον τῇ ἁγιωτάτῃ καθεστὸς ἐκκλησίᾳ, ἔξεστι τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν μέχρι τῆς γενικῆς ὑποθήκης ἵστασθαι, μηδὲν ἰδικὸν ἐνέχυρον τοῖς δανείζουσι παρεχομένοις.*

nerabilium collegiorum creditori actione manente. His omnibus etiam in abbatissis muliebrium ascete-
1 riorum aut monasteriorum valentibus. Si enim omnino sanctissimis ecclesiis aut aliis venerabilibus domibus crediti opus fiat, aut in solam necessariam videlicet et inevitabilem occasionem et praeter quam non potest, quod imminet, adimpleri, aut in aliam causam utilissimam sanctissimae consistentem ecclesiae, licebit praepositis earum usque ad generalem hypothecam stare, et nullum speciale pignus creditoribus praebere.

CAPUT VII.

⟨Z⟩ *Εἰ δὲ καὶ διηνεκῆ τις ἐμφύτευσιν λαβεῖν θαρρήσειεν, ὅπερ οὐκ ἔξεστιν, ἢ πρόσκαιρον μέν, μὴ μέντοι κατὰ τὴν τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου παρατήρησιν, καὶ οὗτος ἐκπιπτέτω μὲν τῆς ἐμφυτεύσεως καὶ τὸ δεδομένον μενέτω παρὰ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, διδότω δὲ διηνεκῶς καὶ μετὰ τὴν ἔκπτωσιν τοῦ ἐμφυτεύματος, ὅσον ἤμελλε τελεῖν, εἴπερ κατὰ νόμον ὑπῆλθε τὴν ἐμφύτευσιν, οὐδενὸς παρ' αὐτῷ μένοντος ἐκ τῶν μάτην αὐτῷ κατ' ἐμφύτευσιν δεδομένων πτωχικῶν πραγμά-*
1 *των. Ταῦτα [τε] οὖν ἅπαντα παραφυλαττέσθω, ταῖς εἰρημέναις ὑποκείμενα ποιναῖς· μήτε τῶν συμβολαιογράφων θαρρούντων τοῖς τοιούτοις ὑπουργεῖν συμβολαίοις, ἀλλὰ δεδιότων τὴν ἀειφυγίαν καὶ τὸ μηδεπώποτε ἐπανελθεῖν, μηδ' ἂν εἰ θεῖος τοῦτο δοίη τύπος· μήτε τῶν ἀρχόντων ἢ ὑπαγορεύειν τοιαῦτα συμβόλαια θαρρούντων ἢ γενόμενα προσδέχεσθαι καὶ πράξεσιν ὑπομνημάτων αὐτὰ βεβαιοῦν, ὥστε μὴ καὶ αὐτοὺς τήν τε τῆς ἀρχῆς καὶ ἀξίας τήν τε τῆς οὐσίας ἔκπτωσιν κατὰ τὴν Λέοντος διάταξιν ὑπομεῖναι.*

Si vero etiam perpetuam quispiam emphyteosin accipere praesumpserit, quod non licet, aut temporalem quidem, non tamen secundum huius nostrae legis observationem, etiam sic cadat quidem de emphyteosi, et quod datum est maneat apud venerabilem domum, det autem continuo et post casum emphyteomatis, quantum futurus erat solvere, si secundum legem subisset emphyteosin, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, quae frustra ei per
1 emphyteosin datae sunt. Haec igitur omnia custodiantur praedictis subiecta poenis: neque tabellionibus praesumentibus instrumentis talibus ministrare, sed metuentibus usque exilium, et ut numquam revertantur, nec si sacra hoc praebeat forma; neque iudicibus vel dictare talia instrumenta praesumentibus vel facta suscipere et gestis monumentorum ea firmare, ne etiam ipsi et cinguli et dignitatis et substantiae casum secundum Leonis constitutionem sustineant.

CAPUT VIII.

⟨H⟩ *Τῶν αὐτῶν ἐπιτιμίων φυλαττομένων καὶ κατὰ τῶν ἱερὰ σκεύη παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἢ ἐνεχυραζόντων ἢ πωλούντων ἢ χωνευόντων ἐπὶ ἐκποιήσει. Καὶ γὰρ δὴ κἀκείνους τῆς ἴσης ἢ καὶ μείζονος εἶναι ποινῆς ἀξίους θεσπίζομεν, ὅσῳ καὶ περὶ ἱερὰ πράγματα καὶ ἤδη θεῷ καθιερωμένα τολμῶσιν ἀσεβεῖν. πλὴν εἰ μὴ τοῦτο γίνοιτο, καθάπερ εἴπομεν, διὰ ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων, ἔνθα ψυχὰς ἀνθρώπων ἐλευθε-*

Iisdem poenis servandis etiam adversus eos, qui sacrata vasa contra nostram legem aut pignori dant aut vendunt aut conflant propter alienationem. Nam et illos aequa aut maiori poena dignos esse sancimus, quanto etiam circa sacras res et deo dicatas praesument impie agere; nisi tamen aliquid tale fiat, quod diximus, circa redemptionem captivorum, ubi

cap. VIII summarium habet Nomoc. XIV tit. 2, 2.

creditori competat; eaque omnia etiam de praesulibus muliebrium asceteriorum vel monasteriorum valeant.
1 *Si enim omnino sanctissimis ecclesiis vel ceteris sacris domibus pecunia mutua opus sit, ad solam scilicet necessariam et inevitabilem causam et sine qua quae urguent nequeant perfici, vel ad rem aliquam quae sanctissimae ecclesiae utilissima sit: licet praesulibus earum intra generalem hypothecam se continere, ut speciale pignus nullum creditoribus concedant.*

VII. *Quodsi quis etiam perpetuam emphyteusin, id quod non licet, accipere ausus sit, vel temporalem quidem, nec tamen secundum huius nostrae legis observationem, is quoque emphyteusi privetur, et quod datum est penes venerabilem domum maneat, detque perpetuo etiam post emphyteusis amissionem, quantum soluturus fuisset, si secundum legem emphyteusin subisset, nec quicquam apud eum ex rebus*
1 *ptochicis frustra illi emphyteusis causa datis maneat. Haec igitur omnia observentur supra dictis poenis subiecta: ut neque notarii talibus instrumentis operam praestare audeant, sed perpetuum exilium metuant sine ulla umquam spe reditus, ne si sacrum quidem rescriptum id condonet; neque potestates talia instrumenta aut dictare audeant aut facta admittere et actis commentariorum confirmare, ne et ipsae cum potestatis et dignitatis tum bonorum amissionem secundum Leonis constitutionem patiantur.*

VIII. *Atque eaedem poenae observentur etiam adversus eos, qui sacra vasa contra nostram legem aut oppignerant aut vendunt aut conflant alienationis gratia. Namque illos quoque pari vel adeo maiore poena dignos esse sancimus, quando vel in res sacras et deo iam consecratas impie agere audent. Nisi vero id fiat, uti diximus, ad redemptionem captivorum, ubi animas hominum a morte et vinculis libe-*

1 *τούτων om. A* ‖ 5 *γένοιτο A*] *γένηται M* ‖ *εἰς μόνην*] aut in solam ς ‖ 7 *ἢ*] *καὶ A* ‖ 8 *καθεστὸς A*] *καθεστὼς M* ‖ *ἔξεστι M*] licebit ς *ἔξεστι γὰρ τότε A* ‖ 9 *τῆς*] *μόνης τῆς A* ‖ 10 *τῷ δανείζοντι A* ‖ 13 *ἢ πρὸς καιρὸν, οὐ μέντοιγε A* ‖ 14 *καὶ οὗτος M*] *καὶ οὕτως A*ς ‖ 19 *μάτην*] *μετὰ τὴν A* ‖ 21 *τε M, om. A* ‖ 22 **μηδὲ libri* ‖ 24 *μηδέποτε A* ‖ 26 **μηδὲ libri* ‖ *ἢ om. A* ‖ 32 *νόμον*] *Cod.* 1, 2, 21 ‖ 34 *δὴ*] *δεῖ A* ‖ 35 *ὅσον A* ‖ 36 *ἤδη*] *om.* ς ‖ 37 *τοῦτο M*] *τι τοῦτο A* aliquid tale ς; *scrib. τι τοιοῦτο?* ‖ *γένοιτο καθάπερ εἴπομεν om. A* ‖ *ἀνάρρυσιν*] *λύσιν A*

1 creditori *bis scr.* R^1 ‖ 2 muliebrum V ‖ assisteriorum R et asisteriorum V ‖ 3 aut] seu V ‖ § 1 *rubr.* quando licet res uenerabilium locorum ypotece titulo obligari R ‖ 4 aliis *om.* R^1 ‖ 6 occasionem] accōnē (*i. e.* actionem) V^1 ‖ 8 consistematem R^1 ‖ 10 spiritalem R^1 ‖ 12 *rubr.* Quibus penis subicitur qui illicitum contractum enphiteosis uenerabilis loci componit R (*sim.* T) ‖ 13 quod non licet *om.* R^1 ‖ 14 tamen] tm̃ V ‖ huius *om.* R ‖ 15 de RVT] ab *vulg.* ‖ enphiteosin R^1T^1 ‖ 20 remanente R *vulg.*] manente T manentem V^1 ‖ ei *Heimbach*] et RVT, *om. vulg.* ‖ 27 uel] * R^1 ‖ et gestis] egestis R ‖ 31 *rubr.* Quomodo punitur qui sacra uasa uel donaria pignerat uel conflat, et de panibus ciuilibus $R(T)$ ‖ Iis**m V^1 ‖ 32 sacra R^1 ‖ 35 quando R^1 ‖ deo] ideo R^1 ‖ 36 praesumetur V^1 praesumentur V^3 praesumunt T ‖ tamen] tantum R^1VT ‖ 37 quod] prout T

ρουσι θανάτου καὶ δεσμῶν τῇ τῶν ἀψύχων ἐκποιήσει κειμηλίων. Δηλαδὴ τῆς ὁμοίας παρατηρήσεως καὶ ἐπὶ τῆς ἐκποιήσεως τῶν πολιτικῶν σιτήσεων παραφυλαττομένης, καθὰ πολλάκις εἴπομεν, διότι τοιαύτας εἶναι σιτήσεις οὐ μόνον ἐπὶ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας καὶ ἐπὶ τῆς Θεουπολιτῶν εἶναι μεμαθήκαμεν, ἴσως δὲ τὸ τοιοῦτο καὶ ἐν ἑτέραις τισὶν ἐπαρχίαις εἶναι. εἰ γὰρ καὶ ἀλλαχόσε τοιαύτη τις εἴη κτῆσις, καὶ ἐπ' ἐκείνης ὁ νόμος φυλαττέσθω καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρατήρησιν ἐκτεινέτω.

animae hominum liberantur a mortibus et vinculis inanimatorum venditione vasorum. Simili quippe observatione et super alienatione civilium panum custodienda, sicut saepe diximus, eo quod tales esse panes non solum in hac felicissima civitate, sed etiam in magna Alexandria et in Theopoli esse didicimus, forsitan autem tale aliquid et in aliis quibusdam provinciis est. Si enim etiam alibi huiusmodi quaedam sit possessio, et in illa lex servetur et suam observationem extendat.

CAPUT IX.

Θ Ἐπειδὴ δὲ εἰκός τινας ἐπὶ παρακρούσει τοῦδε τοῦ νόμου πειρᾶσθαι πραγματικοὺς ἡμῶν τύπους λαμβάνειν τοιοῦτό τι πράττειν αὐτοῖς ἐπιτρέποντας, καὶ τοῦτο κωλύομεν ἐπὶ παντὸς προσώπου, μείζονός τε καὶ ἐλάττονος, εἴτε ἀρχὴν ἔχοι τινὰ εἴτε τῶν περὶ ἡμᾶς εἴη εἴτε τῶν ἄλλων τις τῶν εἰς δήμους τελούντων. Καὶ θεσπίζομεν μηδενὶ παντελῶς ἄδειαν εἶναι τοιοῦτόν τινα πραγματικὸν προΐσχεσθαι τύπον, μηδὲ ἐντεῦθεν λαμβάνειν τι τῶν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις προσηκόντων ἢ μοναστηρίοις ἢ πτωχείοις ἢ εὐαγέσι συστήμασιν ἀκινήτων πραγμάτων. ἀλλὰ τῷ τε ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι ποινὴν ἐπικεῖσθαι quinquaginta librarum auri, εἴ τι τοιοῦτο ὑπαγορεύσειε, τοῖς τε δεχομένοις τὴν ἐμφάνισιν τοιούτου τινὸς θείου τύπου ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσιν ἢ ἑτέροις τισὶ τὴν αὐτὴν ὑποκεῖσθαι ποινήν, τούς τε συμβολαιογράφους ὑποπίπτειν τῇ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξει, εἰ γράψαιέν τι τοιοῦτο συμβόλαιον· τούς τε θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἢ τοὺς εὐλαβεστάτους οἰκονόμους ἀκινδύνως ἀποσείεσθαι τοὺς τοιούτους θείους πραγματικοὺς τύπους, μᾶλλον μὲν οὖν ἐπικινδύνως προσίεσθαι, καὶ γινώσκειν, ὡς περὶ αὐτὴν κινδυνεύσουσι τὴν ἱερωσύνην, εἴ γε ἀμελήσαντες τῶν νόμων τοῖς οὕτω
1 γινομένοις πραγματικοῖς ἀκολουθήσαιεν τύποις. Δεῖ γὰρ τὰ κοινῇ καὶ ἐν γένει καὶ ἐπὶ τῇ πάντων ὠφελείᾳ νενομοθετημένα μᾶλλον κρατεῖν ἢ τὰ κατά τινων σπουδὴν ἐπὶ παραφθορᾷ τῶν κοινων γενόμενα νόμων.

Quia vero verisimile est quempiam in circumventionem huius legis temptare pragmaticas nostras formas accipere tale aliquid eis agere permittentes, et hoc prohibemus in omni persona maiore vel minore, sive in cingulum constituta sive horum qui circa nos sunt, sive aliorum quispiam inter populos habitantium. Et sancimus nulli penitus licentiam esse talem quempiam pragmaticum proferre typum neque ex hoc accipere aliquid [de] sanctissimis ecclesiis competentium aut monasteriis aut ptochiis aut venerabilibus collegiis immobilium rerum; sed et gloriosissimo quaestori poenam imminere centum librarum auri, si quid tale dictaverit, simul et suscipientibus insinuationem talis cuiuspiam sacrae formae gloriosissimis iudicibus aut aliis quibusdam eandem imminere poenam: et tabelliones succumbere Leonis piae memoriae constitutioni, si egerint tale aliquod instrumentum, et deo amabiles episcopos aut venerabiles oeconomos sine periculo refutare huiusmodi sacras pragmaticas formas, magis autem cum periculo suscipere et agnoscere, quia circa ipsum sacerdotium periculum sustinebunt, si neglegentes leges has quae ita fiant, pragmaticas se-
1 quantur formas. Oportet enim ea, quae communiter et generaliter et in omnium utilitatem sanciuntur, potius valere quam ea, quae circa aliquos studentur ad corruptionem communium agi legum.

cap. IX § 1 excitatur in tractatu περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων 2 (*Heimbach* Ἀνέκδ. 1, 191) *ex Ath.*

rant alienatione inanimae supellectilis. Similis videlicet observatio etiam in alienatione annonarum civilium, sicut saepius diximus, custodiatur: quoniam tales annonas esse non solum in hac regia urbe, sed etiam in magna Alexandria et in Theopolitarum urbe didicimus, fortassis autem eiusmodi quid in aliis quoque provinciis quibusdam usu venire. Si enim alibi quoque eiusmodi quae sit possessio, etiam in illa lex custodiatur suamque observationem extendat.

IX. *Quoniam autem verisimile est quosdam ad labefactandam hanc legem nostram pragmaticas nostras sanctiones impetrare conaturos esse, quae tale quid ipsis facere permittant, etiam hoc in omni persona prohibemus et maiore et minore, sive quem magistratum gerat sive ex iis sit quos circa nos habemus, sive ex reliquis, qui popularium numero sunt. Ac sancimus, ut nemini prorsus eiusmodi pragmaticam sanctionem praetendere liceat, neque inde rem ullam immobilem quae ad sanctissimas ecclesias vel monasteria vel ptochia vel sacra collegia pertineat accipere. Verum et gloriosissimo quaestori poena quinquaginta librarum auri irrogetur, si tale quid dictaverit, et quae insinuationem talis sacrae sanctionis suscipiunt gloriosissimis potestatibus aliisve eadem poena immineat; et notarii, si tale instrumentum scripserint, constitutioni Leonis piae sortis subiciantur: et deo carissimi episcopi vel religiosissimi oeconomi sine periculo eiusmodi sacras pragmaticas sanctiones reiciant, immo vero cum periculo admittant, sciantque se de ipso sacerdotio periclitaturos, si quidem neglectis legibus obsequantur pragmaticis sanc-*
1 *tionibus ita factis. Oportet enim quae communiter et generaliter et ad omnium utilitatem sancita sunt, magis valere quam quae ex studio quorundam ad corrumpendas leges generales facta sunt.*

4 εἶναι *om.* A ‖ 5 βασιλίδος M] εὐδαίμονος Aς ‖ 7 εἶναι *om.* A ‖ δὲ] δὲ καὶ A ‖ τὸ τοιοῦτο] tale aliquid ς ‖ 8 εἰ γὰρ — 9 ἐκείνης] καθ' αἷς καὶ A ‖ 9 ὁ νόμος] ὁ νόμος τόσδε A ‖ 11 τινὰς] quempiam ς ‖ 13 αὐτοὺς A ‖ 15 ἔχοι] ἄρχοι A ‖ 16 ἡμᾶς, εἴτε τις τῶν εἰς τὸν δῆμον A ‖ 18 πραγματικὸν *om.* A ‖ μηδὲ ἐντεῦθεν] κἀντεῦθεν A ‖ 20 ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσι A ‖ 22 ποινὴν — auri *om.* A ‖ quinquaginta librarum abri (ν' λίτρας χρυσίου *s. v.*) M (*cf. Iul. Ath. Theod.*) centum librarum auri ς ‖ 23 ὑπηγόρευσεν A ‖ 24 τοιούτου] τοῦ τοιούτου A ‖ 25 τὴν — ποινὴν *om.* A ‖ 26 τοῖς τε συμβολαιογράφοις ὑποκεῖσθαι ποινὴ τῇ Λέοντος A ‖ 27 διατάξει — συμβόλαιον *om.* A ‖ 29 ἢ] καὶ A ‖ 32 ὥσπερ εἰς αὐτὴν A ‖ 35 ἐν γένει καὶ M *Ath.*] γενικῶς Aς ‖ 36 τὰ] τὰς A ‖ 37 sq. γενομένας νομοθεσίας A

1 hominum] omnium R^1 ‖ 2 similiter $R^1V^1T^1$ ‖ 4 sicut *om.* V ‖ 5 etiam *om.* R^1 ‖ 6 dicimus R^1 ‖ 7 aliquid RV] quid *vulg.* ‖ 8 est *om.* V ‖ 11 *rubr.* De pragmaticis sanctionibus quae contra comoda uenerabilium locorum promulgantur RT ‖ circumuentione V^2T ‖ 14 omni] omnino V^1 ‖ 15 in *om.* R^1 ‖ qui] quae V ‖ 16 quaepiam V ‖ 18 pragmaticam proferture R^1 ‖ 19 aliquid RV] aliquod *vulg.* ‖ de *seclusi* ‖ 20 *compendium *libri* ‖ monasteriis — 31 periculo R^2 *scripsit in ras. 5 versuum* ‖ tochiis aut aliis uenerabilibus R(²) ‖ 23 si tale aliquid R(²) ‖ 26 succumbere] suscipere R(²) ‖ 28 aliquod V *vulg.*] aliquid RT ‖ 33 pragmaticos R^1 ‖ 35 in omni R^1 ‖ utilitate RVT ‖ 36 aliquas V ‖ 37 copruptionem R

Ἐκείνων μόνων δηλαδὴ μισθουμένων τε καὶ ἐμφυτευομένων τῶν πραγμάτων, ὁπόσα νομίζουσι τοιούτου τινὸς δεῖσθαι.

His solis videlicet conducendis et emphyteosi dandis rebus, quascumque putant tale aliquid egere.

CAPUT X.

Εἰ μέντοι βούλονταί τινα ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν διοίκησιν ἔχειν οἱ θεοφιλέστατοι οἰκονόμοι ἢ οἱ τῶν ἄλλων ἡγούμενοι συστημάτων, μηδενὶ τῶν ἐν δυνάμει μηδὲ κατὰ θεῖον πραγματικὸν τύπον παρρησίαν εἶναι ἀναγκάζειν αὐτοὺς ἢ κατὰ μίσθωσιν ἢ κατὰ ἐμφύτευσιν ταῦτα ἐκδιδόναι· ἐπεὶ τὸν τοῦτο πράττοντα ἱεροσυλίας τε ὑποκεῖσθαι ποινῇ καὶ πᾶσι τοῖς τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ περιεχομένοις ἐπιτιμίοις.

Si tamen voluerint quaedam sub propria gubernatione habere deo amabiles oeconomi aut aliorum praesules collegiorum, nulli horum, qui in potentatu sunt, neque secundum sacram pragmaticam formam licentiam esse cogere eos aut per conductionem aut per emphyteosin haec tradere, et qui hoc agit, et sacrilegii subiacere poenae et omnibus multis, quae hac sacra nostra lege continentur [suppliciis].

CAPUT XI.

Ť *Ἐπειδὴ δὲ ἔγνωμεν δεινόν τι πλημμέλημα γινόμενον παρά τε Ἀλεξανδρεῦσι καὶ Αἰγυπτίοις, ἤδη δὲ καὶ ἔν τισιν ἑτέροις τῶν ὑπηκόων τόποις, τὸ τινὰς θαρρεῖν αὐτὰ δὴ τὰ εὐαγῆ μοναστήρια πωλεῖν ἢ ἀμείβειν ἢ δωρεῖσθαι (ἐν οἷς θυσιαστήριόν τε καθιδρύθη καὶ ἱερὰ γέγονε λειτουργία, ὁποίαν εἰωθός ἐστιν ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις γίνεσθαι, τῶν τε θείων ἀναγινωσκομένων γραφῶν τῆς τε ἱερᾶς καὶ ἀρρήτου μεταδιδομένης κοινωνίας, μοναχική τε ἐκεῖσε γέγονεν οἴκησις), ὥστε αὐτὰ μεταβαλεῖν ἐξ ἱεροῦ καὶ θεοφιλοῦς σχήματος εἰς ἰδιωτικήν δίαιτάν τε καὶ κατάστασιν, τοῦτο παντελῶς τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι κωλύομεν, οὐδενὶ τῶν πάντων ἐφιέντες ταῦτα ἐξαμαρτάνειν· ἀλλὰ καὶ τὸ γινόμενον ἄκυρον πᾶσιν ἀποφαίνομεν τρόποις καὶ τῶν τιμημάτων ἔκπτωσιν ἐπιτίθεμεν τῷ λαβόντι καὶ τὸν πιπράσκοντα ζημιοῦμεν τῇ τε τοῦ πράγματος ἐκπτώσει τῇ τε τοῦ τιμήματος ἀπωλείᾳ, τῇ κατὰ τὸν τόπον ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς κατὰ τόπον εὐαγέσι μοναστηρίοις ταῦτα προσνέμοντες. ὥστε αὐτοὺς προνοεῖν τοῦ τὸ κακῶς ἐκποιηθὲν αὖθις εἰς μοναχικὸν ἐπανάγειν σχῆμα· μηδὲ τῆς ὑποθήκης τῆς ἐπὶ τούτοις ἐρρωμένης, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἀκυρουμένης καὶ τοῦ μοναστηρίου πάλιν τῇ ἱερᾷ προσκυρουμένου λειτουργίᾳ.*

Quia vero cognovimus pessimum aliquod delictum factum et apud Alexandrinos et Aegyptios, iam autem et in quibusdam aliis imperii locis, quosdam praesumere ipsa venerabilia monasteria vendere aut permutare aut donare (in quibus et altare collocatum est et sacrum exhibitum ministerium, quale moris est in sanctissimis ecclesiis celebrari, sacris quippe lectis scripturis et sacrosancta et ineffabili tradita communione, et monachica illic facta habitatione), ita ut haec mutarentur ex sacro et deo amabili schemate ad privatam mansionem et statum: hoc omnino de cetero fieri prohibemus, nulli omnium permittentes haec delinquere. Sed etiam factum infirmum omnibus declaramus modis, et pretiorum casum imponimus accipienti, et venditorem quoque damnificamus et rei casu et pretii amissione, sanctissimae ecclesiae eius loci et venerabilibus monasteriis haec tribuentes, quatenus ipsi provideant ut, quod male alienatum est, rursus ad monachicam revocent figuram; neque hypotheca super his valente, sed etiam ipsa infirmanda et monasterio rursus sacro ministerio assignando.

cap. XI summaria habent Nomoc. XIV tit. 11, 1 *in.*; *Ecloga ad Prochiron mutata* 23, 1.

At illae solae scilicet res locandae sunt et in emphyteusin dandae, quascumque tali opera indigere existimant.

X. *Si quae tamen in sua administratione habere malunt deo carissimi oeconomi vel reliquorum collegiorum praesules, nulli eorum qui in potestate sunt ne secundum sacram quidem pragmaticam sanctionem liceat cogere eos, ut illa aut per locationem aut per emphyteusin foras dent. Nam qui id faciat, et sacrilegii poenae et omnibus suppliciis hac nostra sacra lege comprehensis obnoxius sit.*

XI. *Sed quoniam comperimus grave quoddam delictum et apud Alexandrinos et Aegyptios, iam autem in aliis quoque quibusdam dicionis nostrae locis committi, ut nonnulli ipsa adeo sacra monasteria vendere aut permutare aut donare audeant (in quibus et altare dedicatum est et sacrum ministerium peractum, quale in sanctissimis ecclesiis solet peragi et sacris litteris lectis et sacrosancta atque arcana communione celebrata, et monachorum ibidem domicilium est), ita ut illa a sacra et pia forma ad privatum usum et condicionem transferantur: id omnino ne in posterum fiat prohibemus, nec cuiquam omnium ut talia committat concedimus. Sed et quod fit omni modo irritum declaramus et pretii amissionem ei qui accipit imponimus, et eum qui vendit et rei amissione et pretii dispendio multamus, sanctissimae illius loci ecclesiae et venerabilibus illius loci monasteriis ea tribuentes. Quare ipsi provideant, ut quod male alienatum est rursus ad monachicum statum reducatur: neve hypotheca in his rebus valeat, sed et ipsa irrita sit et monasterium rursus sacro ministerio addicatur.*

---

2 *ὅπως ἂν νομίζωσι A* ‖ 4 *βούλονται*] uoluerint (*i. e. βούλοιντο*) ς ‖ 5 *ἢ οἱ M*] *ἢ A* ‖ *ἄλλων*] *ἄλλων εὐαγῶν A* ‖ 6 *μηδὲ om. A* ‖ 8 *sq. ἢ κατ' ἐμφύτευσιν ἐκδιδόναι παραφυλαττέσθωσαν διηνεκῶς· οἱ γὰρ τοῦτο πράττοντες ἱεροσυλίας ὑπόκεινται ποινῇ A* ‖ 10 *sq. ἡμῶν τῷ θείῳ A* ‖ 14 *ἐν om. A* ‖ *ἑτέροις — τὸ τινὰς*] *ἄλλοις ἱεροῖς τῆς ὑπηκόου τόποις, ὡς τινὰς A* ‖ 16 *ἐν οἷς μοναστήριον τε M* ‖ 18 *γίνεσθαι M*] *ἐπιτελεῖσθαι A* (celebrari ς) ‖ *τῶν τε*] *τῶν A* ‖ 19 *τῆς τε*] *καὶ τῆς A* ‖ *ἱερᾶς καὶ om. A* ‖ 20 *ἐκεῖσε*] *ἐκεῖσε ποτὲ A* ‖ 21 *οἴκησις*] *ἄσκησις Nomoc., Ecl.* ‖ *ὥστε αὐτὰ μεταβαλεῖν M*] *καὶ νῦν μετεβλήθη A* (*cf.* ς) ‖ 24 *ἀφιέντες A* ‖ 25 *γενόμενον A Nomoc.* ‖ 29 *ἁγιωτάτῃ*] *ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ A* ‖ *κατὰ τόπον om. A*ς ‖ 31 *αὐτοὺς et τοῦ om. A* ‖ 32 *ἐπαναγαγεῖν A Nomoc.* ‖ *μηδὲ*] *μήτε δὲ A*

1 enphiteosin R^2T ‖ 2 agere R^1VT ‖ 4 tamen] tm̄ V ‖ noluerint RV ‖ 8 esse *om.* R^1 ‖ conductione R ‖ 9 et] ei *libri*, et ei R^2 ‖ hec R ‖ et sacrilegii sub| V^2 *suppl. in spat. vac.* ‖ 11 nostra lege VT] lege nostra R ‖ suppliciis] et suppliciis R^2 *vulgo. Seclusi* ‖ 12 *rubr.* Nemini liceat locum in quo sacra sollempnia sunt alienare R ‖ cognouimum aliquid R^1 ‖ 14 et *om.* R ‖ 15 *sq.* aut donare aut permutare V ‖ 16 collatum R ‖ 17 monasterium R^1 misterium R^2 ‖ 19 ineffabilium V^1 ‖ 21 mutaretur RVT ‖ 22 semate R^1 scemate R^2V ‖ 23 omnium] hominum V^2 *vulg.* ‖ 24 permittentes *om.* R ‖ derelinquere V ‖ 26 et venditorem] et *om. vulg.* ‖ 29 ut *om.* R^1 ‖ 31 reuocetur R_i ‖ 32 monasterio RV] *om. vulg.* ‖ 33 ministerio V] monasterio (i *superscr.* 2) R monasterio *vulg.* ‖ assignanda *vulg.*

CAPUT XII.

ΙΑ Ὥσπερ δὲ τὰς ἐπιβλαβεῖς ἐκποιήσεις ἐκωλύσαμεν, οὕτω καὶ τὰς ἐπιβλαβεῖς κτήσεις ἀπαγορεύομεν. Πολλαὶ γὰρ παρ᾽ ἡμῖν κεκίνηνται ζητήσεις, ἔνθα τινὲς ἄπορα χωρία δεδώρηνται ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς σεβασμιωτάτοις οἴκοις, ἢ καὶ πεπράκασιν δῆθεν ὡς εὔπορα, καίτοιγε ἄπορα τὴν ἀρχὴν καθεστῶτα, κἀντεῦθεν τοὺς εὐαγεῖς οἴκους ἠδίκησαν. Ἀπαγορεύομεν τοίνυν τοῖς προεστῶσι τῶν σεβασμιωτάτων οἴκων τοιοῦτό τι πράττειν, ἢ γινώσκειν ὡς εἰ μὴ μετὰ πάσης ἀκριβείας ποιοῖντο τὰ συναλλάγματα, ἀλλὰ ἀπορός τις κτῆσις ἢ ἐπιβλαβὴς δοθείη ταῖς ἐκκλησίαις ἢ τοῖς μοναστηρίοις ἢ ξενῶσιν ἢ νοσοκομείοις ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσι συστήμασι, τὸ μὲν συνάλλαγμα ἀντὶ μὴ γεγονότος ἔσται, καὶ ἀναλήψεται πάντως ὁ δοὺς τὸ κατὰ περίνοιαν καὶ ἀπάτην δεδομένον· ὁ δὲ τοιοῦτό τι πράξας οἰκονόμος ἢ ἡγούμενος ἢ ξενοδόχος ἢ νοσοκόμος ἢ πτωχοτρόφος ἢ ὀρφανοτρόφος ἢ γεροντοκόμος οἴκοθεν τῷ δεδωκότι θεραπεύσει τὴν ἐντεῦθεν ζημίαν. εἰ δὲ καὶ οὕτω τὸ πρᾶγμα σχηματισθείη, ὥστε καί τι χρυσίον ὑπὲρ τούτου δοθῆναι, καὶ τοῦτο κερδανεῖ μὲν ὁ εὐαγὴς οἶκος ὁ τὸ ἄπορον λαβών, ὁ δέ γε δοὺς τὸ χρυσίον ἕξει κατὰ τοῦ τὸ συνάλλαγμα πράξαντος τὴν ἐντεῦθεν ἀγωγήν, καθάπερ ἔμπροσθεν εἴπομεν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Οὗτος ἡμῖν ἐπὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἢ ὅλως πτωχικῶν πραγμάτων ἐκποιήσεως ἀποκείσθω νόμος, τῇ Λέοντος μὲν τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως εὐσεβῶς ἑπόμενος διατάξει, ἀλλ᾽ οὐ τὸ μὲν ἰώμενος, τὸ δὲ ἀθεράπευτον καταλιμπάνων. ἀλλ᾽ ἐπὶ πάσης τῆς γῆς, ἣν ὁ Ῥωμαίων ἐπέχει νόμος καὶ ὁ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας θεσμός, οὗτος ἐκτετάσθω, καὶ ὁριζέτω τὰ οἰκεῖα καὶ κρατείτω διηνεκῶς, φυλαττόμενος παρά τε τῶν ὁσιωτάτων πατριαρχῶν διοικήσεως ἑκάστης παρά τε τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν παρά τε τῶν ἄλλων ἐπισκόπων τε καὶ κληρικῶν καὶ οἰκονόμων καὶ ἡγουμένων καὶ ξενοδόχων καὶ νοσοκόμων καὶ ὀρφανοτρόφων καὶ βρεφοτρόφων καὶ γεροντοκόμων καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἡγουμένων τινῶν εὐαγῶν συστημάτων, ἅπασιν ἐπιτιθεὶς τὴν ἰδίαν ἰσχύν, καὶ ἄδειαν διδοὺς τῷ βουλομένῳ προσαγγέλλειν

Sicut autem damnosas alienationes prohibemus, sic etiam damnosas possessiones interdicimus. Multae enim apud nos motae sunt quaestiones, ubi quidam minus idonea praedia donaverunt sanctissimis ecclesiis aut venerabilibus domibus, aut etiam vendiderunt tamquam idonea, cum utique sterilia a principio essent, et ex hoc venerabilibus domibus nocuerunt. Interdicimus igitur rectoribus venerabilium domuum tale aliquid agere, aut certe cognoscere quia, si non cum omni subtilitate fecerint contractus, sed faenea quaedam possessio aut damnosa detur ecclesiis aut monasteriis aut xenodochiis aut nosocomiis aut aliis venerabilibus collegiis, contractus quidem pro non facto erit, et recipiet omnino qui dat, quod per circumventionem et fallaciam datum est; oeconomus autem, qui tale aliquid egerit, aut abbas aut xenodochus aut nosocomus aut ptochotrophus aut orphanotrophus aut gerontocomus de suo ei, qui dedit, salvabit ex hoc damnum. Si vero sic causa figuretur, ut etiam aliquod aurum pro hoc detur, et hoc lucrabitur quidem venerabilis domus, quae faeneum aliquod acceperit; qui vero dedit aurum, habebit contra eum, qui contractum celebravit, ex hoc actionem, sicut praediximus.

⟨Epilogus.⟩ Haec nobis super ecclesiasticarum aut omnino ptochicarum rerum alienatione posita sit lex, Leonis quidem piae memoriae sequens constitutionem, et non aliud quidem curans, aliud autem incuratum relinquens, sed in omni terra, quam Romanorum continet lex et catholicae ecclesiae sanctio, haec extendatur et determinet quae sua sunt, et valeat perpetua et custodita et a sanctissimis patriarchis uniuscuiusque diocesis et a deo amabilibus metropolitis et ab aliis episcopis et clericis et oeconomis et abbatibus et xenodochis et nosocomis et brephotrophis et orphanotrophis et gerontocomis et omnibus simpliciter rectoribus aliquorum sanctorum collegiorum, omnibus imponens proprium robur et licentiam praebens volenti denuntiare, quae delin-

15 ὁ τοιοῦτό τι — 19 ζημίαν *citantur Nomoc. XIV tit.* 2, 1 *extr.*

XII. Quemadmodum autem damnosas alienationes prohibuimus, ita etiam damnosas acquisitiones vetamus. Multae enim lites apud nos motae sunt, ubi quidam sterilia praedia sanctissimis ecclesiis vel venerabilibus domibus donarunt vel etiam vendiderunt tamquam fertilia, quamvis a principio sterilia essent, atque hinc sacras domos laeserunt. Vetamus igitur religiosissimarum domuum praesules tale quid agere; qui nisi cum omni diligentia contractus fecerint, sed sterilis quaedam vel damnosa acquisitio ecclesiis vel monasteriis vel xenodochiis vel nosocomiis vel reliquis sacris collegiis detur, sciant contractum quidem pro infecto fore, et recepturum omnino eum qui dederit, quod per dolum atque fraudem datum est; oeconomum vero, qui tale quid fecerit, vel praesulem vel xenodochum vel nosocomum vel ptochotrophum vel orphanotrophum vel gerontocomum de suo damnum exinde natum ei, qui dederit, resarturum. Si vero ita res comparata sit, ut etiam pecuniae aliquid pro illo datum sit, hoc quoque venerabilis domus, quae sterilem rem accepit, lucrabitur; qui vero pecuniam dederit, contra eum qui contractum fecerit actionem exinde oriundam, sicut supra diximus, habebit.

Epilogus. Haec nobis lex de ecclesiasticarum vel omnino ptochicarum rerum alienatione lata esto, quae Leonis quidem piae sortis constitutionem pie sequatur, nec vero parti medeatur, partem incuratam relinquat. Verum haec per omnem terram, in qua Romanorum lex et catholicae ecclesiae regula obtinet, extendatur, et quae propria sunt definiat et valeat in perpetuum servata tam a sanctissimis cuiusque dioeceseos patriarchis quam a deo carissimis metropolitanis et a reliquis et episcopis et clericis et oeconomis et praesulibus et xenodochis et nosocomis et orphanotrophis et brephotrophis et gerontocomis et postremo ab omnibus, qui sacris quibusdam collegiis praesunt, omnibus propriam vim tri-

2 ἐπιβλαβεῖς] ἀσυμφόρους A ‖ 10 τὸ συνάλλαγμα A ‖ 10 *sq.* τις ἄπορος A ‖ 11 ἢ τοῖς — 17 νοσοκόμος *om.* A ‖ 16 ἢ] ἡγούμενος] *hoc loco Nomoc.* ς, *infra post* γεροντοκομος *habet M* ‖ 17 ἢ πτωχοτροφείοις ἢ ὀρφανοτροφείοις ἢ γεροντοκομείοις A ‖ 18 τὴν ἐντεῦθεν αὐτῷ συμβᾶσαν ζημίαν *Nomoc.* ‖ 19 καὶ οὕτω] sic ς ‖ 21 ὁ τὸ ἄπορον λαβὼν εὐαγὴς οἶκος A ‖ τὸ ἄπορον] feneum aliquod ς ‖ 25 ἐπί τε τῶν A ‖ 26 ἢ ὅλως] τε καὶ A ‖ ἐκποιήσεως *om.* A ‖ 28 εὐσεβῶς *om.* Aς ‖ 37 καὶ βρεφοτρόφων καὶ ὀρφανοτρόφων Aς ‖ 38 τῶν *om.* A ‖ 39 συστημάτων εὐαγῶν πᾶσαν (π *ex* α *corr.*) ἐπιτιθεὶς A ‖ 40 *sq.* προσαγγέλλειν πλημμελούμενα ταῦτα A

1 *rubr.* Si sterilis agger ad uenerabilem locum perueniat R(T) ‖ 2 pensiones V ‖ 5 aut uenerabilibus domibus *bis scr.* R[1] ‖ 6 itaque R ‖ 6 *sq.* a *et* et *et* nocuerunt *om.* R[1] ‖ 9 certe|te R ‖ 12 *sq.* au no aut nosochomiis R[1] ‖ 13 aliis *om.* R ‖ 14 non] noc R ‖ omnino] oi R[1] ‖ 16 yconomis V ‖ 17 aut ptochotrophus] aut ephotrophus (*pro* brephotrophus) aut gerontochomus R ‖ 18 gerontochomus R gerotocomus V ‖ 19 ei qui] ecqui R[a] ‖ saluat R[1] ‖ 22 fenum R[1]T ‖ aliquid R ‖ 23 contractum] contra R[1] ‖ 24 celebrauerit R ‖ 25 nobis supeculasticarum R[1] ‖ 26 ptochocarum R ‖ 30 factio R ‖ 32 a *om.* R[1] ‖ 33 a *om.* RT ‖ deo] ideo R[1] ‖ 35 sonocomis V ‖ 36 bephotrophis V befotrophis R ‖ et orphanotrophis *om.* R, *post* gerontocomis *legitur vulgo* ‖ gerontocomiis V (miis *et seqq. usque ad* rectoribus *suppl.* V[2] *in spat. vac.*) ‖ 37 similiter V *vulg.* ‖ 39 praesens R[1]

τὰ πλημμελήματα. ἐπαινετὸς γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔσται καὶ τὴν τοῦ συκοφάντου διαφεύξεται προσηγορίαν ὁ τὸ πρᾶγμα παρὰ τὸν νόμον γινόμενον ἐλέγχων καὶ αἴτιος εὐσεβείας καὶ ὠφελείας τοῖς ἱεροῖς οἴκοις γινόμενος. Φυλάξουσι δὲ αὐτὸν οὐδὲν ἧττον καὶ οἱ τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄρχοντες, μείζους τε καὶ ἐλάττους, πολιτικοί τε καὶ στρατιωτικοί, καὶ διαφερόντως οἵ τε πανταχόσε τῶν διοικήσεων ἐνδοξότατοι ἔπαρχοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων οἵ τε τὰς μέσας ἔχοντες τῶν ἀρχῶν, οὓς δὴ περιβλέπτους καλοῦσι, φαμὲν δὴ αὐγουστάλιόν τε καὶ ἀνθυπάτους καὶ τοὺς περιβλέπτους κόμητας, τούς τε ἄλλους καὶ τὸν τῆς ἑῴας, καὶ αἱ μετ' ἐκείνους ἀρχαί, τουτέστιν οἵ τε τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, εἴτε ὑπατικοὶ εἴτε ἡγεμονικοὶ καθεστήκασιν, ἔκδικοί τε πόλεων· καὶ ἁπλῶς πᾶσα πολιτική τε καὶ δημοσία καὶ στρατιωτικὴ βοήθεια τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον, ὡς ⟨εἰς⟩ κοινωφέλειάν τε καὶ ὑπὲρ τῆς πανταχοῦ γῆς εὐσεβείας τεθειμένον, φυλαττέτω καὶ τοὺς παραβαίνοντας ὑποτιθέτω ταῖς ποιναῖς, ἃς ἔμπροσθεν εἴπομεν. Εἰ δέ τι περὶ μισθώσεων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἢ καὶ ἐφ' ἑτέροις κεφαλαίοις ἐνομοθετήσαμεν ἢ καὶ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται, μενέτω τοῦτο ἐπὶ τῆς οἰκείας ἰσχύος, οὐδὲν ἀπὸ τῆς παρούσης θείας ἡμῶν διατάξεως καινιζόμενον. τὰ ἄλλα γὰρ πάντα μένειν ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων ἐῶμεν, πλὴν εἰ μή τι περὶ τούτων ἔχοι, ἅπερ ἐνταῦθα διετάξαμεν· ἀρκοῦντος ἀντὶ πάντων τούτου τοῦ νόμου πρὸς τῷ παρὰ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γενομένῳ πᾶσαν κατὰ τῶν πτωχικῶν πραγμάτων ἀνελεῖν ἐκποιήσεως πρόφασιν. Ἡ τοίνυν σὴ μακαριότης καὶ οἱ μετ' αὐτὴν τῶν ἀρχιερατικῶν γινόμενοι θρόνων τὰ παρ' ἡμῶν διατεταγμένα ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτωσαν. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater.

Ἐγράφη [γὰρ] τὸ ἰσότυπον τοῖς ὁσιωτάτοις ἀρχιεπισκόποις Ῥώμης, Αἰλίας, Ἀλεξανδρείας καὶ Θεουπόλεως· Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς

quuntur. Laudabilis enim huiusmodi est et calumniatoris fugiet nomen, qui causam contra legem factam redarguit, auctor pietatis et utilitatis sacris domibus factus. Servabunt autem eam nihilominus et nostrae reipublicae iudices maiores et minores, civiles et militares, et praecipue per omnes diocesis constituti gloriosissimi praefecti sacrorum praetoriorum, et medias habentes administrationes, quos spectabiles vocant, dicimus autem Augustalem et proconsulares et spectabiles comites, et alios et Orientis, et qui post illos sunt magistratus, hoc est et provinciarum consulares sive praesides constituti, atque defensores civitatum: et simpliciter omne civile et publicum et militare auxilium hanc nostram legem tamquam in communi utilitate et pro totius terrae pietate positam servet et praevaricatores subdat poenis, quas primitus diximus. Si quid autem de conductionibus ecclesiasticarum rerum aut in aliis capitulis sanximus aut a prioribus nostris sancitum est, maneat hoc in propria firmitate neque ex praesenti sacra nostra constitutione novandum. Alia enim omnia manere in propriis terminis sinimus, nisi tamen aliquid de his habeat, quae hic constituimus, cum sufficiat pro omnibus haec lex super id, quod a Leone piae memoriae factum est, omnem adversus ptochicas res auferre alienationis occasionem. Tua igitur beatitudo et qui post illam in pontificalibus fuerint sedibus, quae a nobis disposita sunt, operi effectuique tradere festinet.

Dat. XVIII. k. Mai. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535.]

---

buens, et potestatem cuilibet concedens delicta deferendi. Nam laudandus erit talis vir et calumniatoris appellationem effugiet, qui rem quae contra leges fit arguat atque sacris domibus pietatis utilitatisque auctor existat. Neque vero minus eam reipublicae nostrae potestates servabunt et maiores et minores, et civiles et militares, ac praecipue gloriosissimi in omnibus dioecesibus praefecti sacro nostro praetorio, et qui medias potestates gerunt, quos quidem spectabiles vocant, Augustalem dicimus et proconsules et spectabiles comites cum alios tum Orientis; et quae post illos sunt potestates, hoc est provinciarum rectores, sive consulares sive praesides sint, et defensores civitatum: et denique omne et civile et publicum et militare officium hanc nostram legem ut in communem salutem et pro totius terrae pietate latam servet, eosque qui eam violant poenis, quas supra diximus, subiciat. Quodsi quid de locationibus rerum ecclesiasticarum vel etiam in aliis capitibus nos sanximus vel ab antecessoribus nostris sancitum est, id in suo robore maneat, nequaquam per praesentem nostram constitutionem innovandum. Reliqua enim omnia intra suos fines manere sinimus, nisi forte quid de his habeant quae hic constituimus: quandoquidem omnium instar haec lex cum ea, quae a Leone piae sortis lata est, ad omnem praetextum alienationis rerum ptochicarum tollendum sufficit. Tua igitur beatitudo et qui post eam in archiepiscopali sede futuri sunt, quae a nobis constituta sunt ad opus effectumque adducere studeant. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater.

Scripta sunt exemplaria sanctissimis archiepiscopis Romae, Aeliae, Alexandriae et Theopolis;

---

1 *ὁ τοιοῦτος ἔσται*] huiusmodi est ς ‖ 2 *κατηγορίαν* A^a ‖ *ὁ om. A* ‖ 3 *καὶ om.* ς ‖ 4 *γινόμενος*] *φαινόμενος A* ‖ 5 *αὐτὸν*] *αὐτα A* ‖ 10 *δὴ*] *δὴ καὶ A* ‖ *δὴ A*] autem ς, *om. M* ‖ *αὐγουσταλίους τὲ A* ‖ 11 *περιβλέπτους*] *πανενδόξους A* ‖ 12 *καὶ τὸν* — 13 *οἵ τε*] *μετ' ἐκείνους τῆς ἑώας ἄρχοντας· ἀλλὰ καὶ οἱ A* ‖ 14 *ἄρχοντες, εἴτε om.* ς ‖ 17 *κοινωφελῆ A; εἰς inserui ante κοινωφέλειαν* (*cf.* ς) ‖ *πανταχοῦ γῆς*] *πάντων A* ‖ 19 *ὑποβαλλέτω ταῖς παρ' ἡμῶν ἔμπροσθεν εἰρημέναις ποιναῖς A* ‖ 20 *μισθώσεως A* ‖ 21 *ἢ om. A* ‖ 23 *οὐδὲν*] neque (*i. e. οὐδὲ*) ς ‖ 24 *καινιζόμενον*] *βλαπτόμενον A* ‖ 26 *πλὴν εἰ μή τι ἐναντίον ἔχει τῶν ἐνταῦθα διατάξεων A* ‖ 27 *τοῦ νόμου τούτου A* ‖ 28 *τῷ*] *τὸ M* ‖ *γενομένου A* ‖ 31 *καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν παραγόμενοι θρόνον A* ‖ 33 *σπευδέτωσαν A* ‖ diuinitaintieseruetpermultosannu . sancte as religiosis . simepater *M*; *om. A*ς ‖ 35 *Ἐγράφη γὰρ* — *πραιτωρίων* (64, 3) *add. solus A: quod additamentum etsi fieri potuit ut ex novella VI extrema* (*cf. p.* 47, 29) *miniatoris errore in archetypo codicis A commisso huc transferretur* (*vid. similem errorem in inscriptione novellae XII*), *tamen cum et in singulis ab illo differat et huic loco aptum sit, aspernari nolui*

2 leges *libri* ‖ 3 redarguerit *V* ‖ 4 Seruabunt] ea nichil hominus Seruabunt R^1 ‖ eam] ea *R* ‖ 7 glosissimi *R* ‖ sacro R^1 ‖ praeteritorum *R* ‖ 8 quos *om.* R^1 ‖ uocant spectabiles R^1 ‖ 9 auguralem? R^1 ‖ 13 similiter *vulg.* ‖ omni R^a ‖ ciuiliter V^1 ‖ 14 legem nostram *R* ‖ 15 pro totius] potius R^1 ‖ 18 captulus *R* ‖ sanximus *R*] sanciuimus *V vulg.* ‖ 21 nouandum est. alia autem omnia *V* ‖ 22 simus *V* ‖ tantum V^1 ‖ 23 habebat *R*; *fort. leg.* habeant ‖ sufiat R^1 ‖ 24 lieone V^1 ‖ 25 pthochicas *R* ptochias *V* ‖ 26 auferre alienationis auferre R^1 ‖ 27 post *om.* R^1 ‖ illum *RVT* ‖ fuerit R^1 ‖ 29 *An* festinent *corrigendum?* ‖ 30 datum XVIII kal. Mod. Cap. Bisiliario uic. con. *Bamb. II*, dat. kl. mod. uic. *V in inscriptione sequentis novellae* (*vid. ad* 64, 6); *subscr. om. plerique*

ἐῴας πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ, καὶ Δομνίκῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν παρὰ Ἰλλυριοῖς πραιτωρίων.

Dat. xvii. k. Mai. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535.]

Η̅

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΟΥΣ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΧΩΡΙΣ ΤΗΣ ΟΙΑΣΟΥΝ ΔΟΣΕΩΣ ΓΙΝΕΣΘΑΙ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β΄, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Π ρ ο ο ί μ ι ο ν.⟩ Ἁπάσας ἡμῖν ἡμέρας τε καὶ νύκτας συμβαίνει μετὰ πάσης ἀγρυπνίας τε καὶ φροντίδος διάγειν ἀεὶ βουλευομένοις, ὅπως ἂν χρηστόν τι καὶ ἀρέσκον θεῷ παρ᾽ ἡμῶν τοῖς ὑπηκόοις δοθείη. Καὶ οὐ πάρεργον τὴν ἀγρυπνίαν λαμβάνομεν, ἀλλ᾽ εἰς τοιαύτας αὐτὴν ἀναλίσκομεν βουλὰς διημερεύοντές τε καὶ νυξὶν ἐν ἴσῳ ταῖς ἡμέραις χρώμενοι, ὥστε τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐν εὐπαθείᾳ γίνεσθαι πάσης φροντίδος ἀπηλλαγμένους, ἡμῶν εἰς ἑαυτοὺς τὰς ὑπὲρ ἁπάντων μερίμνας ἀναδεχομένων. Διὰ πάσης γὰρ ἐρεύνης καὶ ζητήσεως ἀκριβοῦς ἐρχόμεθα, πράττειν ἐκεῖνα ζητοῦντες, ἅπερ ὄφελος τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις εἰσάγοντα παντὸς αὐτοὺς ἀπαλλάξει βάρους καὶ πάσης ζημίας ἔξωθεν ἐπεισαγομένης παρὰ τὴν δημοσίαν ἀπογραφὴν καὶ τὴν δικαίαν τε καὶ νενομισμένην συντέλειαν. Εὑρίσκομεν γὰρ πολλὴν ἐπεισελθοῦσαν τοῖς πράγμασιν ἀδικίαν, καὶ ταύτην οὐκ ἄνωθεν, ἀλλ᾽ ἔκ τινων χρόνων, βιασαμένην τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους καὶ εἰς πενίαν ἐλαύνουσαν, ὡς εἰς τελειοτάτην αὐτοὺς ἀπορίαν κινδυνεύειν ἐλθεῖν καὶ μηδὲ τὰ συνήθη καὶ νενομισμένα τῶν δημοσίων καὶ ταῖς ἀληθείαις εὐσεβῶν φόρων κατὰ τὴν δημοσίαν ἀπογραφὴν δύνασθαι χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης τιθέναι. Πῶς γὰρ ἂν ἴσχυον οἱ συντελεῖς, τῶν τε ἔκ τινος χρόνου βεβασιλευκότων ἀεί τι κερδαίνειν ἐκ τῆς ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς προαγωγῆς βουλομένων, εἰκότως τε τούτοις ἀκολουθούντων καὶ

VIII. Coll. II tit. 2. 3

R UT IUDICES SINE QUOQUO SUFFRAGIO FIANT R.

Imp. Iustinianus A. Iohanni pp. secundo.

⟨P r a e f a t i o.⟩ Omnes nobis dies ac noctes contingit cum omni lucubratione et cogitatione degere semper volentibus, ut aliquid utile et placens deo a nobis collatoribus praebeatur: et non in vano vigilias ducimus, sed in huiusmodi eas expendimus consilia pernoctantes et noctibus sub aequalitate dierum utentes, ut nostri subiecti sub omni quiete consistant sollicitudine liberati, nobis in nosmet ipsos pro omnibus cogitationem suscipientibus. Per omnem namque curiositatem et inquisitionem subtilem discurrimus illa agere quaerentes, quae utilitatem nostris subiectis introducendo omni eos onere liberent et omni damno extrinsecus illato, citra publicum censum et iustam legitimamque collationem. Invenimus enim plurimam ingressam causis iniustitiam, et hanc non olim, sed ex quibusdam temporibus violenter accessisse et nostros subiectos ad inopiam compulisse, ut ad novissimam ipsi penuriam devenire fluctuarentur et neque consueta et legitima tributa et pro veritate pias functiones secundum publicum censum possint sine maxima necessitate persolvere. Quomodo enim valerent collatores, cum ex aliquo tempore imperatores semper aliquid lucrari ex provectu iudicum cogitarent, et merito hos sequerentur etiam gloriosissimi praefecti, ex hac iniustitia et

Nov. VIII (= Coll. II tit. 2. 3: gloss.) Graece extat in M et L; maior pars in B 6, 3, 1 *sqq. — Epit. Theod. n.* 8, *Athanas.* 4, 1. *— Iulian. const. XV.*

Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio Orientis iterum, exconsuli et patricio, et Dominico gloriosissimo praefecto praetorio apud Illyrios.

VIII.

UT MAGISTRATUS SINE ULLA DONATIONE FIANT.

Idem Augustus Iohanni praefecto praetorio iterum, exconsuli et patricio.

P r a e f a t i o. Omnes nos dies noctesque cum multis vigiliis et curis solemus transigere, perpetuo deliberantes, quomodo utile quid et quod deo placeat in subditos a nobis conferatur. Neque subsiciva opera vigilias ducimus, sed eiusmodi consiliis eas impendimus, et toto die id agentes et noctibus aeque ac diebus utentes, ut subditi nostri bona condicione fruantur ab omni cura liberati, nobis in nosmet ipsos curas pro omnibus recipientibus. Omnem enim investigationem et inquisitionem diligentem adhibuimus, illa agere studentes, quae utilitatem subditis nostris allatura omni eos onere omnique damno extrinsecus illato liberent praeter publicum censum et iustum atque legitimum tributum. Invenimus enim magnam in res publicas iniustitiam irrepsisse, eamque non antiquitus, sed aliquo abhinc tempore, quae subditis nostris vim faciat eosque ad paupertatem redigat, ut periculum sit, ne illi ad extremam egestatem deducantur et ne consueta quidem atque legitima et revera pia tributa publica secundum publicum censum solvere sine magna difficultate possint. Nam cum et qui aliquo abhinc tempore imperarunt semper lucrari aliquid ex collatione officiorum voluerint, et, ut par est, gloriosissimi praefecti eos secuti sint, quomodo ex hac iniuria

---

1 **δεύτερον*] *τέταρτον A* ‖ *πατρικίων A* ‖ 4 *subscr. om. A* ‖ xvii k. Mai. *M* (*Ath.*)] kal. Mai. *Iul.* (*cf. ad ς*) *μηνὶ μαΐῳ Theod.* ‖ Bilisario uc. conss. *M*, *ἰνδ. β΄ ὑπατείᾳ Βελισαρίου Theod.*, *ὑπατείας Βελισαρίου ἰνδ. β΄ Ath.* ‖ 9 *πατρικίων M* ‖ 12 *βουλομένοις Lς* ‖ 14 *τὸσαύτας L* ‖ 17 *πάσῃ legit ς* ‖ 27 *εἰσβιασαμένην καὶ τοὺς Lς* ‖ 28 *καὶ om. Lς* ‖ 33 *καταβεβασιλευκότων L* ‖ 34 *προσαγωγῆς L* ‖ 35 *βουλευομένων legit ς?* ‖ *τε s. v. L*

6 FIANT] dat. kl. mod. uic. const. II *add. V*, *subscriptione novellae praecedentis per errorem rubricatoris cum inscriptione huius novellae conflata* ‖ 10 ac noctes V^2 *in ras.* ‖ 12 placeres R^1 ‖ 13 collocatoribus *R* ‖ non in] n** V^a ‖ 14 dicimus *R* ‖ 16 utentes *et* 17 nobis in *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ quietate *R* ‖ 17 liberant R^1 ‖ 18 cogitatione *V* cognitionem *R* ‖ 19 discutimus V^1 ‖ 22 omni *in ras.* V^2 ‖ sensum R^1 ‖ 23 iustum *RVT* ‖ coll*tionem V^1 ‖ 29 functionis R^a s**ctiones (sanctiones?) V^1 ‖ 30 *leg.* possent? ‖ 31 ualent *R* ‖ collationes R^1 ‖ 34 etiam] in R^1 ‖ ex] et ex *V* ‖ et ex dampnis *V*

τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, ἔκ τε τῆς ἐντεῦθεν ἀδικίας ταῖς τε ἔξωθεν ζημίαις ταῖς τε νενομισμέναις 1 *εὐσεβέσιν ἐπαρκεῖν εἰσφοραῖς; Ἔννοια τοίνυν ἡμῖν γέγονε, τί ποτε ἂν πράξαντες ἅπαν, ὅσον ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις ἐστὶν ἐπιβλαβές, πράξει μιᾷ κοινῇ πρὸς τὰ κρείττω μεταστήσαιμεν. τοῦτο δὲ πάντως ἀποβησόμενον εὑρίσκομεν, εἰ τοὺς ἡγουμένους τῶν ἐθνῶν, ὅσοι τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς τῶν ἐπαρχιῶν ἔχουσι, καθαραῖς παρασκευάσαιμεν χρῆσθαι ταῖς χερσὶ καὶ παντὸς ἀπέχεσθαι λήμματος, μόνοις ἀρκουμένους τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου διδομένοις. Ὅπερ οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ τὰς ἀρχὰς ἀμίσθους παραλαμβάνοιεν, οὐδ᾽ ὁτιοῦν διδόντες οὐδὲ προφάσει τῶν καλουμένων* suffragiων, *οὔτε τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν οὔτε ἑτέρῳ τῶν πάντων οὐδενί. ἐσκοπήσαμεν γὰρ ὅτιπερ, εἰ καὶ πόρος οὐ μικρὸς ἐλαττοῦται τῇ βασιλείᾳ, ἀλλ᾽ οὖν τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν ἐπίδοσιν μεγάλην λαμβανόντων, εἴπερ ἀζήμιοι παρὰ τῶν ἀρχόντων φυλάττοιντο, ἥ τε βασιλεία τό τε δημόσιον εὐθηνήσει χρωμένη ὑπηκόοις εὐπόροις, μιᾶς τε ταύτης εἰσαγομένης τάξεως πολλὴ καὶ ἀμύθητος ἔσται τοῦ πράγματος ἀφθονία. ἦ οὐ πᾶσίν ἐστι φανερόν, ὅτιπερ ὁ χρυσίον διδοὺς καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν ὠνούμενος οὐκ αὐτὸ δίδωσι μόνον, ὅσον προφάσει τῶν καλουμένων ἐπενοήθη* suffragiων, *ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἔξωθεν προσεπιθήσει πλεῖον προφάσει τῆς τῶν ἄλλων τῶν τὴν ἀρχὴν ἢ διδόντων ἢ μνηστευόντων θεραπείας; καὶ μιᾶς ἀρχῆς ἀτόπου δοθείσης πολλὰς ἀνάγκη χεῖρας περινοστεῖν τὸν τῆς δόσεως ἀρχόμενον, καὶ τοῦτο δὲ τὸ χρυσίον οὐκ οἴκοθεν ἴσως παρέχειν, ἀλλὰ δεδανεισμένον, καὶ ἵνα δανείσασθαι δυνηθείη, ζημιούμενον, καὶ συλλογίζεσθαι κατ᾽ αὐτόν, ὅτι προσῆκόν ἐστι τοσοῦτον ἐκ τῆς ἐπαρχίας λαβεῖν, ὁπόσον διαλύσει μὲν αὐτῷ τὰ ὀφλήματα, κεφάλαιά τε καὶ τόκον, καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ δανείσασθαι ζημίας, δώσει δὲ καὶ τὴν ἐν μέσῳ δαπάνην δαψιλεστέραν τε ἤδη καὶ ἄρχοντι καὶ τοῖς ἀμφ᾽ αὐτὸν πρέπουσαν, καί τινα ἑαυτῷ καὶ προσαποθήσεται πόρον κατὰ τὸν ἑξῆς χρόνον, καθ᾽ ὃν ἴσως οὐκ ἄρξει· ὥστε τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ διδομένου τριπλάσιον, μᾶλλον δέ, εἰ δεῖ τἀληθέστερον εἰπεῖν, δεκαπλάσιον τὸ παρὰ τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν εἰσπραττόμενον ἔσται. Ἐντεῦθέν τε καὶ τὸ δημόσιον*

damnis extrinsecus illatis et sollemnibus piis collationibus sufficere? 1 Cogitatio igitur nobis facta est, quid agentes omnia quaecumque in nostris provinciis sunt, uno actu communi ad meliora migraremus. Hoc enim omnino eventurum credimus, si praesides gentium, quicumque civiles administrationes provinciarum habent, puris procuraremus uti manibus et omni abstinere acceptione pro illis, solis contentos eis quae a fisco dantur. Quod non aliter fiet nisi et ipsi cingula sine mercede percipiant, nihil omnino dantes nec occasione suffragiorum, neque his qui cingula habent nec alio omnium ulli. Consideravimus enim quia, licet quaestus non modicus imminuitur imperio, attamen nostris subiectis incrementum maximum percipientibus, si indemnes a iudicibus conserventur, et imperium et fiscus abundabit utens subiectis locupletibus, et uno hoc introducto ordine plurima rerum et innumerata erit ubertas. An certe non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat et ita administrationem emit, non dat hoc solum, quantum occasione adinventum est suffragiorum, sed et aliud extrinsecus addit amplius occasione commodi administrationem aut dantibus aut spondentibus? et iam uno principio illicito dato plurimas necesse est manus circumire eum qui dationem facit, et hoc aurum non de suo forte praebere, sed mutuatum, et ut mutuare possit, damnificatum, et computare apud se, quia convenit eum tantum ex provincia percipere, quantum liberet quidem ei debita, sortis et usuras, et damna pro ipso mutuo: computabit autem et in medio expensas largiores iam et iudicem vel qui circa ipsum sunt decentes, et quendam sibimet etiam recondere quaestum in tempore sequenti, in quo forte non administrabit. Quapropter eius quod ab eo datum est triplum, magis autem, si oportet verius dici, decuplum erit, quod a nostris subiectis exigitur. Et ex hoc etiam fiscus imminuitur: nam

subditi nostri et damnis extrinsecus illatis et sollemnibus piis contributionibus sufficere valuerunt? 1 *Subiit igitur nos cogitatio, quo pacto quodcumque in provinciis nostris damnosum est, id omne uno actu generali ad meliora transferremus. Hoc vero omnino eventurum invenimus, si efficiamus ut praesides provinciarum, quicumque civiles magistratus in provinciis gerunt, puris utantur manibus, et ab omni lucro abstineant, illis solum, quae ex fisco dantur, contenti. Quod aliter non fiet, nisi et ipsi magistratus gratuitos accipiant, nihil prorsus ne suffragiorum quidem quae vocantur nomine neque iis qui magistratus gerunt neque cuiquam omnino alii dantes. Consideravimus enim, licet reditus non exiguus imperio minuatur, tamen cum subditi nostri magnum incrementum accepturi sint, si indemnes a magistratibus serventur, et imperium et fiscum prospera fortuna usurum propter divitum subditorum copiam, atque uno hoc ordine introducto multam et incredibilem rerum ubertatem esse futuram. An non manifestum est omnibus eum, qui pecuniam dat et ita magistratum emit, non solum id, quod nomine suffragiorum quae vocantur excogitatum est, dare, sed etiam alia plura extrinsecus adiecturum esse ceteris qui magistratum vel dant vel spondent blandiendi gratia? Atque uno principio perverso admisso necesse est is qui largiri coeperit multorum manus circumeat, eamque pecuniam non de suo forte, sed mutuo acceptam praebeat, et quo mutuam pecuniam accipere possit, damno afficiatur, ac secum reputet tantum sibi ex provincia percipere licere, quantum tam debita sua, et sortem et faenus, damnaque ex ipso mutuo orta compensaturum sit quam sumptum tempore interiacente factum ampliorem iam et magistratui iisque, qui circa se sint, convenientem praestiturum, ac praeterea ipsi quendam insuper reditum in futurum tempus, quo forte magistratus non erit, reservaturum: ita ut id, quod a subditis nostris exigitur, triplo, immo si verius dicendum est, decuplo plus futurum sit, quam quod ab ipso datum est. Atque inde fiscus quoque minuetur; nam quae*

1 *ὑπάρχω* L^1 ‖ 4 *ὅσον ἐν*] *ὃ ἐπὶ L* ‖ 5 *ἐπιβλαβές om.* ς ‖ 9 *παρασκευάσαι μὲν M* ‖ 10 *λήμματος*] acceptione pro illis ς ‖ 11 *οὐκ ἂν*] *οὐκ᾽ ἐστὶν* (*per compendium*) *L* ‖ 12 *γενέσθαι* L^b ‖ 14 sufragίων *M σουφραγίων L, et sic infra* ‖ 14. 15 * *οὐδὲ — οὐδὲ libri* ‖ 15 *ἕτερον L* ‖ 16 *εἰ s. v. L* ‖ *μικρὸν Scrimger* ‖ 20 *εὔπορον* L^1 ‖ 21 *τοῦ πράγματος*] rerum ς ‖ 22 *ἀφθονίας?* L^a ‖ *ἦ*] an certe ς ‖ 26 *τῶν ἄλλων om.* ς ‖ 37 *ἀφαυτὸν M* ‖ 38 *προσαποθήσεται*] *προσαποδοθήσεται M προσαποδοθήσεσθαι L προσαποθήσεσθαι* ς *Haloander* ‖ *ἑξῆς*] *ἐξαρχῆς L* ‖ 39 *παρ᾽ αὐτῶν L* ‖ 40 *δεῖ τὴν ἀληθεστέραν L*

1 conlationibus (lationibus V^2 *in ras.*) *V* ‖ 3 quid] quod *RVT* ‖ 5 actu] casu V^1 ‖ 8 procuraremus *RT*] procuremus *V vulg.* ‖ 9 pro *del.* R^2 ‖ eis] eos R^1 illos (*suppl. m. 2 in spat. vac.*) *V* ‖ 10 non *om.* R^1 ‖ 12 occasionem V^a ‖ 13 alio *RT*] alii *V vulg.* ‖ omnium] hominum V^2 *in ras. 2 litt.* ‖ illi R^1 ‖ 19 innumera R^2T *vulg.* ‖ libertas R^1 ‖ an certe *in ras.* V^3 ‖ ominibus R^1 ‖ 21 quantum occasione] non datñt hoccasionẽ R^1 ‖ 23 occasionem communi *R* ‖ ãministratione *V* ‖ 24 etiam uno R^1] etiam in uno R^2 et sic uno (*in spat. vac. suppl.* V^2) *V vulg.* ‖ 26 donationem *R* ‖ hoc aurum *scripsi* (*cf. Heimbach*)] eorum R^1 hoc V^2R^2 *vulg.*, *om. spatio vacuo ante et relicto* V^1 ‖ 27 mutatum R^1 ‖ 28 ut] *om.* R^1T ‖ 30 quantum] qu* *R* ‖ 31 damna] dona R^1 ‖ 32 uel *RV*] et *vulg.* ‖ 33 sibimetiam *R* ‖ 35 aministrauit R^1 ‖ 36 magis] g̊ magis *R* ‖ oporteret *V* ‖ 38 exigi *RV*

ἐλαττωθήσεται· ἃ γὰρ ἐχρῆν εἰς τὸ δημόσιον εἰσαχθῆναι, τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος καθαραῖς χρωμένου ταῖς χερσί, ταῦτα εἰς τὴν οἰκείαν θεραπείαν λαβὼν ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων ἄπορόν τε ἀποφήνας ἡμῖν τὸν συντελεστήν, τὴν ἀπορίαν ἐκείνου τὴν δι᾽ αὐτὸν γενομένην ἡμῖν ὑπολογίζεται. Πόσα δὲ ἀσεβῆ καὶ ἄλλα γίνεται εἰς τὴν τῶν κλοπῶν τούτων εἰκότως ἀναφερόμενα πρόφασιν; οἱ γὰρ δὴ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες τὰς ἐπιχωρίους εἰς τὸ λῆμμα προσέχοντες τοῦτο πολλοὺς μὲν τῶν ὑπευθύνων ἀφιᾶσι, πωλοῦντες αὐτοῖς τὸ πλημμέλημα, πολλοὺς δὲ τῶν ἀνευθύνων κατακρίνουσιν, ἵνα τοῖς ὑπευθύνοις χαρίσωνται· καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ ταῖς χρηματικαῖς μόνον πράττουσιν αἰτίαις, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἐγκλήμασιν, ἔνθα περὶ ψυχῆς ἐστιν ὁ κίνδυνος. φυγαί τε ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν γίνονται, καὶ συρρέουσιν ἐνταῦθα πάντες ὀδυρόμενοι, ἱερεῖς τε καὶ βουλευταὶ καὶ ταξεῶται καὶ κτήτορες καὶ δημόται καὶ γεωργοί, ταῖς τῶν ἀρχόντων κλοπαῖς τε εἰκότως καὶ ἀδικίαις μεμφόμενοι. Καὶ οὐ ταῦτα δὴ γίνεται μόνα, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν πόλεων στάσεις καὶ οἱ δημώδεις θόρυβοι τὰ πολλὰ χρημάτων γίνονταί τε καὶ παύονται. καὶ ὅλως μία τις ἐστὶν αὕτη πάντων ἀφορμὴ τῶν κακῶν, καὶ τό γε ἀργυρολογεῖν τὰς ἀρχὰς πάσης ἐστὶ πονηρίας προοίμιόν τε καὶ πέρας· καὶ ἔστιν ἄρα καὶ τοῦτο τῶν θείων λογίων θαυμαστόν τε καὶ ἀληθέστατον τὸ τὴν φιλαργυρίαν πάντων εἶναι μητέρα τῶν κακῶν, καὶ μάλιστα ὅταν μὴ ταῖς τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἀρχόντων ἐγγένηται ψυχαῖς. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀκινδύνως κλέπτοι, τίς δὲ οὐκ ἂν ληστεύσειεν ἀνεύθυνα, εἰς τὴν ἀρχὴν ἀποβλέπων κἀκείνην ὁρῶν ἅπαντα χρυσίου πιπράσκουσαν, καὶ θαρρῶν ὡς, ὅπερ ἂν πράξειεν ἄτοπον, τοῦτο χρήματα δοὺς ἐξωνήσεται; ἐντεῦθεν ἀνδροφονίαι τε καὶ μοιχεῖαι καὶ ἔφοδοι καὶ πληγαὶ καὶ ἁρπαγαὶ παρθένων καὶ πανηγύρεων συγχύσεις καὶ καταφρονήσεις τῶν τε νόμων καὶ τῶν ἀρχῶν, πάντων αὐτὰς ὠνίους προκεῖσθαι νομιζόντων, ὥσπερ τι τῶν κακίστων ἀνδραπόδων. Καὶ οὐκ ἂν ἀρκέσαιμεν προσεννοεῖν τε καὶ ἀφηγεῖσθαι, ὁπόσα καὶ ἐκ τῆς κλοπῆς τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων γίνεται χαλεπά, οὐδενὸς αὐτοῖς θαρροῦντος μετὰ παρρησίας ἐπιτιμᾶν, ἐκείνων εὐθὺς τὸ τὰς ἀρχὰς ὠνήσασθαι προϊσχομένων.

ea, quae oportebat in fiscum inferri, eo qui administrationem habet, puris utente manibus, haec ad propriam utilitatem redigens, qui administrationem habet, et inopem faciens nobis collatorem, inopiam illius, quae per ipsum agitur, nobis reputat. Quanta impia et alia fiunt, ad horum furtorum merito relata occasionem! Administrationes namque habentes provinciales ad hanc acceptionem respicientes multos quidem reorum dimittunt, vendentes eis delictum, plurimos autem innoxiorum condemnant, ut noxiis praestent: et hoc non solum in pecuniariis agitur causis, sed etiam in criminalibus, ubi de anima est periculum. Fugaeque fiunt ex provinciis, et confluunt hic omnes ingemescentes, sacerdotes et curiales et officiales et possessores et populi et agricolae, iudicum furta merito et iniustitias accusantes. Et non haec fiunt sola, sed etiam civitatum seditiones et publicae turbae plerumque fiunt atque sedantur: et omnino una quaedam est haec omnium occasio malorum, et accipere suffragium a iudicibus totius nequitiae est principium et terminus: est quoque hoc sacrorum eloquiorum mirabile et verum, quod avaritia omnium sit mater malorum, et maxime quando non privatorum, sed iudicum inhaeret animabus. Quis enim sine periculo non furetur, quis non latrocinabitur sine reatu administratorem respiciens? illum namque videns omnia auro vendentem, et praesumens quia, quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet. Hinc homicidium et adulterium et invasiones et vulnera et raptus virginum et commerciorum confusio et contemptus legum et iudicum, omnibus haec venalia proposita esse putantibus, tamquam aliquid optimorum mancipiorum. Sed neque sufficiemus considerate exponere, quanta ex furto provincialium iudicum fiunt pessima, nullo eos praesumente cum fiducia redarguere, cum illi repente cingula se emisse pronuntient.

---

fisco inferri oportuit, si is qui magistratum gerit puris manibus uteretur, haec si in proprium usum convertat is qui magistratum gerit, inopemque nobis collatorem reddat, inopiam illius per ipsum effectam nobis imputat. Quot vero scelera praeterea committuntur, quae ad horum furtorum causam merito referantur? Nam qui provinciales magistratus gerunt, ad hoc lucrum attenti cum multos sontes dimittunt, vendentes iis delictum, tum multos insontes condemnant, ut sontibus gratiam faciant: neque id in pecuniariis solum causis agunt, sed etiam in criminibus, ubi vita in discrimine est. Itaque fugae fiunt ex provinciis: atque confluunt huc lamentantes omnes, et sacerdotes et decuriones et cohortales et possessores et plebeii et coloni, magistratuum et furta et iniurias merito obiurgantes. Neque haec sola iam fiunt, verum etiam civitatum seditiones et populares tumultus ex pecunia pleraque et concitantur et sedantur. Atque omnino unus hic est omnium malorum fons, et quod pecuniae exiguntur a magistratibus id quidem omnis nequitiae principium idem et finis est: sane inter divina quoque eloquia admirabile et verissimum illud est avaritiam omnium matrem esse malorum, maxime quando non privatorum, sed magistratuum animos invasit. Quis enim non furetur secure, quis non latrocinetur impune, si ad magistratum respiciat eumque videat cuncta auro vendere, seque quicquid turpe commiserit id pecunia data redempturum confidat? Hinc homicidia et adulteria et invasiones et verbera et virginum raptus et publicorum conventuum turbae et contemptus tam legum quam magistratuum, cum omnes credant eos venum expositos esse quasi quodlibet vilissimum mancipium. Nec facile sufficiamus reputare et exponere, quot damna ex furtis magistratuum provincialium oriantur, cum nemo eos ingenue increpare audeat, quippe qui statim, quod magistratus emerint, causentur.

---

5 *αὐτῶν L* ‖ 6 *ἀπολογίζεται L* ‖ 14 *ἐστιν om. L* ‖ 16 *πάντως ὠδυρόμενοι L* ‖ 17 *καὶ ante γεωργοί om. L* ‖ 21 *χρημάτων om. ς. Leg.* ⟨*ἀπὸ*⟩ *χρημάτων?* ‖ 23 *καὶ τόγε Lς*] *καί τοιγε M* ‖ 25 *λογίων*] *Paulus ad Timoth. I, 6, 10* ‖ 26 *τῶν om. L* ‖ 29 *ἀνεύθυνα*] *ἀκίνδυνα L* ‖ 32 **ἐξωνήσηται M ἐξωνήσειτε L* ‖ 33 *τε om. L* ‖ 37 *κακίστων*] optimorum (*i. e. καλλίστων?*) *ς* ‖ 39 *χαλεπαὶ M* ‖ 40 *θαρροῦντος*] *τολμῶντος L*

---

1 infieri V^1 ‖ qui] qu* (quod?) V^1 ‖ 2 utende *R* ‖ 4 *post* habet *verba* puris utende manibus *repetit* R^1 ‖ innopiam *R* ‖ 5 Quanta] Et quanta *T vulg.* ‖ 6 *impie talia *libri* ‖ furorum R^1V^1 futurorum R^2 ‖ relata] reto relatam R^1 ‖ 7 occasione V^1 ‖ 8 exceptionem *V* ‖ 9 quide R^1 ‖ eius *V* ‖ 10 noxii R^1VT ‖ 11 pecuniarias R^a ‖ 13 fugaeque fiunt ex *vulg.*] fugiunt exeque R^1V fugiunt aeque ex R^2 *al.*, fugiuntque ex *Heimbach* ‖ confluit *R* ‖ 14 ingemiscentes *vulg.* ‖ 17 fiunt] pecuniae causa fiunt *vulg.* ‖ 20 et accipere] et *om. R* ‖ 21 haec *V* ‖ 24 ineret R^1 ‖ 26 administratorem R^1V^2] ad administrationem R^2V^1 ‖ illud namque videre *V* ‖ 27 auro omnia *R* ‖ 28 hoc] ob *V* ‖ 29 redimeret et (et *del.* V^2) hinc *V* ‖ 30 commerciorum] commendatiorum *R* ‖ 33 aliquod *V vulg.* ‖ optimorum] vilium *vulg.* ‖ 34 considerare et exponere *vulg.* ‖ furto V^a ‖ 35 fiunt] fuerit *R* ‖ 36 repetenti *R*

CAPUT I.

Ταῦτα ἅπαντα καθ' ἑαυτοὺς βουλευσάμενοι κἀνταῦθα κοινωνὸν τοῦ βουλεύματος παραλαβόντες τὴν ἐκ θεοῦ δεδομένην ἡμῖν εὐσεβεστάτην σύνοικον, καὶ τῇ σῇ γε ὑπεροχῇ τὸ πρᾶγμα κοινωσάμενοι καί τι καὶ παρὰ τῆς σῆς λαβόντες βουλῆς, ἐπὶ τόνδε τὸν θεῖον A *ἐληλύθαμεν νόμον· δι' οὗ θεσπίζομεν, μήτε ἀνθυπατείαν μηδεμίαν μήτε τὴν μέχρι νῦν καλουμένην βικαρίαν μήτε τὸν κόμητα τῆς ἑῴας μήτε ἄλλην οἱανοῦν ἀρχήν, μήτε ὑπατικὴν μήτε ἡγεμονικήν, ἃς δὴ κονσουλαρίας καὶ κορρεκτορίας καλοῦσιν (ὧν τινων ῥητῶς μέμνηται ἡ ὑποκειμένη τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ ἀπογραφή, ἃς δὴ καὶ μόνας ὑπὸ τόνδε τὸν νόμον ἄγομεν), διδόναι τι* suffragi*ον μηδὲ ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τὴν οἱανοῦν δόσιν μήτε ἄρχοντι μηδενὶ μήτε τῶν περὶ τὰς ἀρχάς τινι μήτε ἑτέρῳ προσώπῳ κατὰ πρόφασιν προστασίας· ἀλλὰ προῖκα μὲν κομίζεσθαι τὰς ἀρχάς, μέτρια δὲ παρέχειν προφάσει τῶν ὑπὲρ ἑκάστης διδομένων συμβόλων τε καὶ χαρτῶν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπεθήκαμεν ἀπογραφὴν τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ δηλοῦσαν, τί προσῆκόν ἐστιν ἑκάστην ἀρχὴν παρέχειν ἢ εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν* laterculo*ν ἢ εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς ὑπεροχῆς προφάσει τῶν κωδικέλλων ἢ συμβόλων ἢ προσταγμάτων· ὥστε ἐκεῖνο [τε] συνεστάλθαι καὶ μὴ παρέχειν αὐτῷ μεγάλην αἴσθησιν.*

Haec omnia apud nos cogitantes et hic quoque participem consilii sumentes eam quae a deo data nobis est reverentissimam coniugem, et tuae celsitudini causam communicantes et quiddam etiam a tuo sumentes consilio, ad hanc sacram venimus legem: per quam sancimus, neque proconsulariam ullam neque hactenus vocatam vicariam neque comitem Orientis neque aliam quamlibet administrationem, neque proconsularem neque praesidalem, quas consularias et correctivas vocant (quarum expressim meminit supposita huic sacrae nostrae legi descriptio, quasque solas sub hac lege ducimus), dare aliquod suffragium neque pro administratione quamlibet donationem, neque iudici ulli neque horum qui circa administrationem sunt alicui neque alteri per occasionem patrocinii: sed gratis quidem sumere administrationes, pauca vero praebere occasione horum quae pro singulis dantur cingulis, codicillis et chartis. Nam etiam subiecimus descriptionem huic nostrae sacrae legi declarantem, quid competat unamquamque administrationem nostram praebere in sacro nostro laterculo aut in foro tuae celsitudinis occasione codicillorum aut praeceptorum: unde et illud adbreviatum est, ne praestet illi maximum damnum.

CAPUT II.

B *Ἐκεῖνο μέντοι διορίζομεν, τὸ χρῆναι τὸν βικάριον τῆς Ἀσιανῆς, ὄντα δὲ καὶ ἄρχοντα τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας, μηκέτι μὲν οὕτω προσαγορεύεσθαι, ἀλλὰ τοῦ λοιποῦ κόμητα Φρυγίας Πακατιανῆς ὀνομάζεσθαι, καὶ κομίζεσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου, ἅπερ καὶ νῦν προφάσει ἀννόνων τε καὶ καπιτατιώνων ὑπὲρ ἑκατέρας ἀρχῆς ἐλάμβανεν, οὐδενὸς ἐλαττουμένου τούτων· καὶ μὴ δύο τάξεσι χρῆσθαι, ἀλλὰ ἀναμιγεῖσαν ἑκατέραν, τήν τε τοῦ ἄρχοντος τήν τε τοῦ βικαρίου, μίαν γενέσθαι, κομιτιανὴν οὖσάν τε καὶ ὀνομαζομένην, τοῦ κινδύνου τῶν δημοσίων φόρων αὐτῷ τε καὶ πᾶσιν ὁμοίως ἐπόντος — οἷα μιᾶς τάξεως καθεστώσης, μὴ*

Illud tamen decernimus oportere vicarium Asianae, qui est quoque iudex Pacatianae Phrygiae, non ulterius quidem ita nuncupari, sed de cetero comitem Phrygiae Pacatianae nominari, et percipere de fisco quae etiam nunc occasione annonarum et capitorum pro utraque administratione percipiebat, nihil horum imminuto; non autem duobus officiis uti, sed permixtum et iudicis et vicarii unum esse, comitianum existens et nominandum, periculo functionum publicarum et ei et omnibus similiter imminente, ut-

cap. I—III extant B 6, 3, 1—3.

I. *Haec omnia nobiscum perpendentes, et hic quoque participe consilii assumpta coniuge piissima a deo nobis data, atque etiam cum tua sublimitate re communicata et aliqua parte a tuo consilio petita, ad divinam hanc legem venimus: per quam sancimus, ne quis neque proconsul neque qui adhuc vocatur vicarius neque comes Orientis neque alius quilibet magistratus neque consularis neque praesidalis, quos consulares et correctorios vocant (quorum diserte meminit notitia sacrae huic legi nostrae subiecta, quos quidem etiam solos huic legi subicimus), ullum suffragium det, neque ullam pro magistratu donationem neque ulli magistratui neque cuiquam eorum qui circa magistratum sunt, neque alii personae patrocinii nomine: sed ut gratis accipiant magistratum, modica vero praebeant symbolorum et chartarum nomine, quae pro quoque magistratu dantur. Namque etiam notitiam subiecimus sacrae huic nostrae legi quae declaret, quid quemque magistratum vel sacro nostro laterculo vel iudicio tuae sublimitatis pro codicillis aut symbolis aut mandatis praebere deceat: ita ut id restrictum sit nec magnopere ab ipso sentiatur.*

II. *Illud tamen definimus, vicarium provinciae Asianae, qui etiam Phrygiae Pacatianae praeest, non amplius ita appellandum esse, sed in posterum comitem Phrygiae Pacatianae nominandum, atque ex fisco ei danda quae etiam nunc annonarum et capitationum nomine pro utroque magistratu accepit, ut nihil ex his imminuatur; nec duobus officiis utatur, sed mixtum utrumque, tam praesidis quam vicarii, unum fiat, quod comitianum et sit et nominetur: ut periculum publicorum tributorum et ipsi et omnibus similiter*

4 *γε M*] *τὲ L* ‖ 7 *μήτε Heimbach*] *μηδὲ ML* ‖ 8 *μὴδὲ τὸν L* ‖ *ἄλλην τὴν οἱανοῦν B* ‖ 9 *ἃς — καλοῦσιν om. B* ‖ 10 *κονσουλαρίους τε καὶ M* ‖ *κοπεστορίας L* ‖ 11 *τῷ θείῳ ἡμῶν LB* ‖ 13 sufragion *M σουφράγιον L ἐπὶ βοηθεία M s. v., B* ‖ * *μήτε libri* ‖ 14 *sq. μήτε — μήτε τῶν B*] *μηδὲ — μηδὲ τῶν ML* ‖ 15 * *μηδὲ libri* ‖ *προσώπῳ om.* ς ‖ 18 *καὶ ante χαρτῶν om.* L^1 ‖ 21 *παρέχειν ἢ*] *ἢ om.* ς ‖ *τὸν θεῖον L* ‖ laterculon (*s. v. ἤτοι ταμεῖον*) *M λατέρκουλον L ταμεῖον B* ‖ 23 *κωδικέλλων ἢ συμβόλων*] codicillorum ς ‖ 24 *τε M, om. L* ‖ 28 *μὴν L* ‖ 31 *καπιτατιώνων*] *καπιτατιάνων ἤτοι κεφαλητιώνων καὶ συντελεῖν* (*sic*) *M καπίτων L*ς *κεφαλητιώνων B* ‖ 32 *τούτου L* ‖ 33 *δυσὶ B* ‖ *ἑκατέραν om.* ς ‖ 34 *γίνεσθαι B* ‖ 37 *ἐπόντος Scrimger* (ς)] *ἔποντος M ἕποντος LB*

2 datam V^1 ‖ 3 coniugem] coniungere *R* ‖ 4 quidam *R* ‖ 5 uelimus R^1 ‖ 6 proconsulari** V^1 ‖ 7 uicariam] uicā uiā *R* ‖ comitem] committere *R* ‖ 10 consulari** V^1 consulariuas *R* ‖ cōrretiuas *R* ‖ 11 supposita] V^2 *suppl. in spat. vac.*, sub *R* ‖ 12 dicimus *RVT* ‖ 13 per aministrationem R^2 ‖ qualibet R^1V^3 ‖ donatione R^1VT ‖ 15 occasionem — 20 declaran *scr.* R^2 *in ras. 2 versuum* ‖ 16 quidem *om. R* ‖ administrationem *R* ‖ 17 occasionem V^1 ‖ 18 pro singulis (cingulo *pr.*) dantur cingulis et cartis et codicillis *R*(²) pro cingulis dantur et cartis *T vulgo; delendum vid.* cingulis ‖ 19 *sq.* nostrae *om. V*, legi *scr.* V^3 *in ras.* 5—6 *litt.* ‖ 22 occasionem RV^1T ‖ 24 est *om.* R^1 ‖ 26 tamen] tm̄ *V* ‖ 27 qui est] quia R^a ‖ pacatione R^1 ‖ 28 de cetero] de cetero quidem *R* ‖ 29 pacationene R^1 pacatione V^1 ‖ 30 occasione] de fisco occasionem V^1 ‖ 32 uti *om.* R^1 ‖ 34 nominando *RVT*

διῃρημένης αὐτῆς παντελῶς, ἀλλὰ κατὰ μίαν ἁπάντων στρατευομένων συνέχειαν —, κομιζομένην μέντοι καὶ αὐτὴν διὰ τὸ διπλοῦν τοῦ κινδύνου τὰς ἀννόνας καὶ καπιτατίωνας, ἅπερ ἑκατέρα πρώην ἐκομίζετο τάξις. μὴ μὴν ἑτέρας τινὸς ἄρχειν τὸν πρώην μὲν βικάριον, νῦν δὲ περίβλεπτον κόμητα τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας, οὐκ ἔχοντα παντελῶς οὐδεμίαν μετουσίαν ἐν ταῖς ἄλλαις ταῖς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπαρχίαις, ἀλλ' ἔχοντα μὲν τὴν τοῦ περιβλέπτου κόμητος τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας ἐπωνυμίαν, ἀρκούμενον δὲ μόνῃ τῇ Πακατιανῇ, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, Φρυγίᾳ.

pote uno officio constituto, non dividendo penitus, sed per unam continuationem militantibus universis: quod accipiet tamen propter duplex periculum annonas et capita, quae utrumque pridem percipiebat officium. Non tamen in altera quadam administrare pridem quidem vicarium, nunc autem spectabilem comitem quam in Pacatiana Phrygia, non habentem penitus ullum participium in aliis Asianae dioceseos provinciis, sed habentem quidem spectabilis comitis Pacatianae Phrygiae cognominationem, contentum vero in sola Pacatiana, sicut praediximus, Phrygia.

CAPUT III.

Γ *Αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ θατέρου τοῦ πρώην βικαρίου διορίζομεν, φαμὲν δὴ τοῦ κατὰ τὴν Ποντικὴν διοίκησιν· ὥστε μὴ δύο καθεστάναι τὸ λοιπόν, ἀλλ' ἕνα, κόμητα μὲν Γαλατίας πρώτης ὀνομαζόμενον, καὶ ἔχοντα καὶ τὴν κατὰ τῶν στρατιωτῶν ἐξουσίαν, καθάπερ ἔχει καὶ νῦν, καὶ τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς κομιζόμενον σιτήσεις, οὐ μὴν ἔξω τῆς πρώτης Γαλατίας. οὐδεμίαν γὰρ αὐτῷ ἑτέραν παντελῶς δίδομεν ἔχειν ἐξουσίαν κατ' οὐδεμιᾶς Ποντικῆς ἐπαρχίας, ἀλλὰ κατὰ μόνην Γαλατίαν τὴν πρώτην. τῆς τάξεώς τε ὁμοίως ἀναμιγνυμένης καὶ κατὰ μίαν, ὡς εἴρηται, νοουμένης καὶ ἀριθμουμένης συνέχειαν, κομιτιανῆς οὔσης τε καὶ ὀνομαζομένης· καὶ οὐδενὸς παντελῶς ἐξ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἄλλους ἔχοντός τινα διαφοράν, ἀλλὰ μίαν εἶναι τάξιν, ὑφ' ἑνὶ τεταγμένην ἄρχοντι, μιᾶς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ· πάσης ὁμοίως τῆς τάξεως ἅμα τῷ σφῶν αὐτῶν ἄρχοντι περὶ τὰ δημόσια κινδυνευούσης.*

Hoc autem ipsum et in alterutro pridem vicario definivimus (dicimus autem eum qui est in Pontica diocesi), ut non duo consistant de cetero, sed unus, comes quidem Galatiae primae nominandus et habiturus etiam super milites potestatem, sicut habet et nunc, et utriusque cinguli percepturus annonas, non tamen foris primam Galatiam. Nullam enim ei aliam penitus damus habere potestatem in ulla Pontica regione, sed in sola Galatia prima; officio quidem miscendo et secundum unam, sicut dictum est, intellegendo et numerando coniunctionem, comitiano existente et nominando, nulloque penitus eorum ad alios habente aliquam differentiam, sed unum esse officium sub uno iudice unius provinciae praesule: omni similiter officio una cum suo iudice circa fiscalia periculum sustinente.

CAPUT IV.

⟨Δ⟩ *Οὐδενὶ δὲ ἄρχοντι παντελῶς ἐφίεμεν οὔτε πολιτικῷ οὔτε στρατιωτικῷ ἐκπέμπειν ἐν ταῖς πόλεσιν τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχει, τοὺς καλουμένους τοποτηρητάς, γινώσκουσιν, ὡς εἰ τοιοῦτό τι πράξαιεν, αὐτοὶ παντελῶς ἐκπεσοῦνται τῆς ἀρχῆς οἱ θαρρήσαντες ἑτέρους εἰς τὴν ἑαυτῶν τάξιν ἐμβιβάζειν.*

Nulli quoque iudici penitus concedimus neque civili neque militari mittere per civitates provinciae quibus praesidet eos qui vocantur loci servatores: scientibus quia, si quid tale fecerint, ipsi cadent administratione, praesumentes alios in suum officium elevare.

CAPUT V.

Ε *Αὐτὸ δὲ τοῦτο φαμὲν καὶ ἐπὶ τοῦ λαμπροτάτου κόμητος τῆς ἑῴας καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος. κἀκεῖσε γὰρ μίαν ἀρχὴν ἀμφοτέρας ποιούμεθα, ἔχον-*

Hoc autem ipsum dicimus et in clarissimo comite Orientis et clarissimo iudice. Et illic enim unam

cap. V—VIII extant B 6, 3, 4—7.

---

incumbat (quippe cum unum sit officium, nulla plane eius divisione facta, sed omnibus coniunctim militantibus); ut tamen et ipsum propter duplex periculum annonas illas et capitationes accipiat, quas singula officia antea accipiebant. Neque vero alii ulli provinciae praesit vicarius qui quondam erat, iam autem spectabilis comes Pacatianae Phrygiae, neque omnino ullam cum ceteris Asianae dioeceseos provinciis communionem habeat, sed et spectabilis comitis Pacatianae Phrygiae appellatione utatur et sola Pacatiana Phrygia, sicut ante diximus, contentus sit.

III. *Hoc ipsum vero in altero quoque qui erat vicario, eum dicimus qui in Pontica dioecesi est, decernimus: ut in posterum non duo constituantur, sed unus, qui comes Galatiae primae nominetur et in milites quoque potestatem habeat, sicuti etiam nunc habet, et utriusque magistratus annonas, non tamen extra Galatiam primam, accipiat. Nullam enim ei aliam potestatem in ulla omnino Pontica provincia damus, sed in sola Galatia prima. Officium quoque similiter misceatur ac pro uno atque coniuncto, ut diximus, habeatur et numeretur, quod comitianum et sit et nominetur: neve quisquam ex illis ullam a reliquis discrepantiam habeat, sed unum sit officium, uni magistratui, unius provinciae praesidi subiectum: ita ut totum similiter officium una cum suo magistratu periculum circa fiscalia subeat.*

IV. *Nulli vero prorsus magistratui, neque civili neque militari, permittimus, ut in civitates provinciae, cui praeest, eos qui locum tenentes vocantur mittat: ut si tale quid fecerint, sciant se ipsos omnino potestate privatum iri alios in locum suum substituere ausos.*

V. *Hoc ipsum vero dicimus etiam de clarissimo comite Orientis et de clarissimo praeside. Nam ibi*

---

2 *καὶ αὐτὴν om.* ς ‖ 3 *ἀνόνας* L^1 ‖ 4 *καπιτατίονας M κάπιτα* Lς *κεφαλητίωνας B* ‖ 9 *ἐπέχοντα B* ‖ *τὴν LB*] *om. M* ‖ 13 *τῷ πρώην βικαρί δὲ ωρίζωμεν* L^1 ‖ 16 *πρώτης*] *ης compendium in ras.* L^2 ‖ 17 *τὴν om. M* ‖ 18 *νῦν*] *λαῷ L* ‖ 23 *ὁμοίως om.* ς ‖ 28 *ἐχόμενος M* ‖ 31—36 *cap. IV om. LB* ‖ 35 *παντελῶς om.* ς ‖ 37 *αὐτὸ*] *αὐτ** L^1 ‖ 39 *γὰρ om.* L^a

1 uno] in R^1 ‖ uidendo R^1 ‖ 2 continutiaonem *R* ‖ 3 tamen *R*] tm̄ *VT* ‖ 4 annonis R^1 ‖ utrumque pridem] utr** quid V^1 utraque quid V^3 ‖ 5 offitio *V* ‖ āministrationem R^a ‖ 7 quam] quem V^2 ‖ phrygie *V* frigie *R* ‖ 8 habente *R* ‖ 9 dioeceseos provinciis *Contius*] prouintie diocesibus *libri* ‖ habente R^1 ‖ 10 pacatione R^1V^1 ‖ 14 definiuimus] *leg.* definimus? ‖ eum *om.* V^1T ‖ 16 quidam *V* ‖ 17 habet] habes R^a ‖ 19 tm̄ *V* ‖ nullam enim] et nullam *V* ‖ aliam ei *R* ‖ 20 nulla *V* ‖ 21 primo *VT* ‖ 24 nominando] numerando *R* ‖ 25 habente] eorum *V* ‖ 26 praesulem R^1 ‖ 33 soci R^1 ‖ 34 quia] a *in ras. V* ‖ perfecerint *R* ‖ 35 suum] suos R^a usuum V^a ‖ 37 *sq.* comite orientis et clarissimo *om.* R^1

τὸς μὲν καὶ τὸ τοῦ περιβλέπτου κόμητος τῆς Ἑῴας ὄνομα, τάξεως δὲ μιᾶς ἄρχοντος κομιτιανῆς οὔσης τε καὶ ὀνομαζομένης, καὶ τῆς πρώτης μόνης Συρίας καὶ τῶν Κυρρηστικῶν ἡγουμένου, καὶ τας ἑκατέρας ἀρχῆς ἔχοντος σιτήσεις. ἐν ἴσῳ γὰρ τοῖς βικαρίοις κἀκεῖνον τίθεμεν, ὥστε ἅμα καὶ αὐτὸν τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει κινδυνεύειν ὑπέρ τε τῆς τῶν δημοσίων εἰσπράξεως ὑπέρ τε τῆς πολιτικῆς καὶ δημοσίας καταστάσεως.

administrationem utramque facimus, habente quidem et spectabilis comitis Orientis nomen, officio vero uno praesidente, comitiano existenti et nominando, et primae solius Syriae et Cyristensis praesidente et utriusque administrationis annonas habente. Aequalem namque vicariis et illum ponimus, ut et ipse cum subiecto sibi officio periculum habeat et pro fiscalium exactione et pro civili et publica disciplina.

CAPUT VI.

ϛ *Βουλόμεθά γε μὴν ἅπασι τοῖς ἄρχουσι τῶν ἡμετέρων ἐπαρχιῶν πάντας ὑποκεῖσθαι, τοὺς μὲν ἰδιώτας κατὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἴδιον ἐπὶ πάσαις αἰτίαις καὶ πάσαις χρηματικαῖς τε καὶ ἐγκληματικαῖς προφάσεσι, τοὺς δέ γε ἐν στρατείαις ὄντας καὶ ὑπὸ ἰδικοὺς ἄρχοντας τεταγμένους καὶ τούτους οὐδὲν ἧττον προφάσει δημοσίων τε καὶ ἐγκλημάτων ὑποκεῖσθαι πᾶσι τρό-* ⟨Z⟩ *ποις αὐτοῖς. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κατιόντας ἐξ οἱουδήποτε δικαστηρίου καὶ τὰς οἱασοῦν μεταχειριζομένους ψήφους ἐξεῖναι τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας μὴ συγχωρεῖν πλεῖόν τι τῶν τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει διηγορευμένων λαμβάνειν* sportulων, *γινώσκοντας ὡς, εἰ τούτου ῥαθυμήσειαν, πᾶσαν ζημίαν ἐντεῦθεν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσιν ἐπαγομένην αὐτοὶ καταθήσουσι. Δίδομεν δὲ αὐτοῖς ἄδειαν καὶ γνωρίζειν τὰ περὶ τούτου μὴ μόνον εἰς τὰς ἀρχάς, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ στελλόμενοι, ἀλλὰ καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτούς, ὥστε ἡμᾶς ταῦτα γινώσκοντας τῷ πράγματι προσηκόντως ἐπεξιέναι. Εἰ δὲ καὶ αὐτοί τινας εὕροιεν διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀξίας ἢ τῆς ζώνης ὑπεροψίαν τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ἀδικοῦντας, ἄδειαν αὐτοῖς δίδομεν καὶ ἐξετάζειν τὰ ἀδικήματα καὶ τοὺς ὑπευθύνους εὑρισκομένους ἀφαιρεῖσθαι τῆς ζώνης καὶ τὴν ἡμετέραν τάξιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πληροῦν, τοῦτο ὅπερ καὶ τοῖς ἀρχαίοις διηγόρευται τῶν νόμων. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς παντὸς ἀδίκου κέρδους εἴργομεν, οὕτω καὶ καθαρῶς ταῖς ἀρχαῖς κεχρημένους πάσης τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς καὶ σεμνότητος ἀπολαύειν θεσπίζομεν.*

Volumus autem omnibus iudicibus nostrarum provinciarum omnes subdi, privatos quidem secundum quod cinguli proprium est, in omnibus causis et universis pecuniariis et criminalibus occasionibus; qui vero in militiis constituti sunt, etiam istos nihilominus occasione fiscalium et criminum subdi omnibus modis ei. Sed etiam eos qui hinc descendunt ex quolibet foro, qui quascumque executur sententias, licet provinciarum iudicibus non sinere amplius aliquid quam sacra nostra constitutione dispositum est percipere sportularum, scientibus quia, si hoc neglexerint, omne damnum ex hoc nostris collatoribus illatum ipsi persolvent. Damus autem eis licentiam et referre de eo non solum ad iudices a quibus sunt missi, sed etiam ad nos ipsos, ut nos haec agnoscentes causam competenter exequamur. Si autem ipsi aliquos invenerint propter dignitatis et cinguli supercilium nostris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus et examinare violentias et reos inventos privare cingulo et nostrum ordinem in provinciis adimplere, hoc quod etiam veteribus dictum est legibus. Sicut enim eos omni iniusto lucro prohibemus, ita etiam pure cingulis utentes omni honore et reverentia et honestate frui sancimus.

CAPUT VII.

Η *Οὕτω τοίνυν ἡμῖν τῶν ἀρχῶν διακεκριμένων προσήκει τὸν ἐνταῦθα παραλαβόντα τὴν ἀρχὴν μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ μνήμης ἐναντίον ἡμῶν, ἢ εἴπερ ἡμῖν οὐκ εἴη σχολή, ἐναντίον τῆς τε σῆς ὑπεροχῆς, καὶ τῶν ἀεὶ τὸν σὸν κατακοσμησόντων θρόνον, τοῦ τε ἀεὶ*

Sic igitur a nobis cingulis discretis convenit eum, qui hic acceperit administrationem, cum dei memoria coram nobis, aut si non vacat, coram tua celsitudine, et qui tuam rexerint sedem, et qui semper

17 *sq. Hanc cap. VI partem* (Z), *item cap. VII et VIII* (H—I *in.*) *multifariam decurtata exhibet Epanagoge* 7, 1—5.

quoque unum ex duobus magistratum facimus, qui spectabilis quidem comitis Orientis nomen habeat, uni autem imperet officio quod comitianum et sit et nominetur, atque soli primae Syriae et Cyrrhesticis praesit et utriusque magistratus annonas habeat. Ex aequo enim cum vicariis eum quoque ponimus: ut et ipse una cum officio ei subiecto et de fiscalium exactione et de civili atque publico statu periclitetur.

VI. *Volumus autem, ut omnes omnibus nostrarum provinciarum magistratibus subiciantur, privati quidem secundum propriam magistratus rationem in omnibus causis omnibusque et pecuniariis et criminalibus casibus, qui vero in militia sunt et propriis subditi magistratibus, ii quoque nihilominus fiscalium et criminum nomine omnibus modis iis subiecti sint. Sed etiam qui hinc ex qualicumque iudicio proficiscuntur et qualescumque sententias exequuntur, quominus plus quam sacra nostra constitutione dispositum est sportularum nomine accipiant, magistratibus provinciarum licet prohibere: qui si hoc neglexerint, sciant omne damnum inde subditis nostris illatum ipsos persoluturos esse. Damus autem iis veniam ut de hac re non solum magistratus, a quibus pendent illi delegati, sed etiam nos ipsos certiores reddant: ut nos haec cognoscentes rem, ut decet, persequamur. Si quos vero et ipsi dignitate vel cingulo superbientes iniuriam subditis nostris inferre reperiant, potestatem iis damus et in maleficia inquirendi et quos sontes deprehenderint cingulo privandi, nostramque vicem in provinciis obeundi, id quod etiam veteribus legibus constitutum est. Quemadmodum enim eos omni iniusto lucro arcemus, ita etiam, qui integre magistratibus usi sint, ut omni et honore et reverentia et auctoritate fruantur sancimus.*

VII. *Ita igitur magistratibus a nobis distinctis par est eum, qui hic magistratum accepit, cum dei memoria coram nobis, aut si nobis otium non sit, et coram sublimitate tua, quique tuam semper sedem*

4 *κυρεστικῶν L κυριστικῶν B κυριευτικῶν M* ‖ 5 *κἀκείνους B* ‖ 7 *τῆς τῶν — ὑπέρ τε om. M* ‖ 8 *ὑπέρ τε] καὶ ὑπὲρ B* ‖ 13 *τε om. LB* ‖ 14 *στρατιαῖς* B^c ‖ *καὶ — τεταγμένους om.* ϛ ‖ 17 *αὐτῷ MB*ϛ ‖ 19 *τῶν om. B* ‖ 20 *πλεί τι* L^1 ‖ 21 sportulων (*s. v. συνη*ϑ) *M συνηθειῶν B ὑπερσυνηθειῶν L* ‖ 22 *τούτον L* ‖ *ῥαθυμήσαιεν LB* ‖ 23 *ὑποτελέσειν L* ‖ 32 *τῆς ζώνης LB Epan.*] *ζώνης M* ‖ 39 *παραλαμβάνοντα B* ‖ 40 *ἐναντίον* (*ita* L^2 *in ras.* 5 *fere litt.*) *τῆς γε τῆς σῆς L* ‖ 42 *ἀεὶ prius om.* ϛ

1 utraque *R* ‖ habentem *libri* ‖ 3 existente *vulg.* ‖ 4 cyristensis *V*] oritensis R^1 sciritensis R^2 ‖ 6 ut et] et *om. RT* ‖ 12 proprium primum est RV^1 proprium praemium est V^2 *vulg.* ‖ 17 qui *om.* V^1 ‖ 21 neglserint R^1 ‖ 22 persoluerent *R* ‖ 23 de eo] deo R^1 ‖ 25 agno|agnoscentes *R* ‖ 28 eis] ei *RT* ‖ uilentias V^1 ‖ 29 et nostrum] et *om.* R^1 ‖ 33 honore] labore (al. honore *mg.* R^2) *R* ‖ fru* V^a ‖ 39 *hic] sic *libri* ‖ aministrationes *V* ‖ 40 coram] cor V^2 *in ras.* ‖ si non] sine R^1; *leg.* si ⟨nobis⟩ non? ‖ tua] tue V^a ‖ 41 erexerit *R*

ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν θείων ἡμῶν largitionων *τοῦ τε ἐνδοξοτάτου* quaestoros *τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου τοῦ τε ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν ἁπανταχοῦ θείων ἡμῶν* privatων, *παρόντος δὴ καὶ τοῦ κατὰ καιρὸν μεγαλοπρεπεστάτου χαρτουλαρίου τῶν θείων ἡμῶν κοιτώνων τοῦ τοῖς συμβόλοις τούτοις τοῖς παρ' ἡμῖν ὑπηρετουμένου, ὅρκον διδόναι, μηδενὶ παντελῶς μηδὲ ὁτιοῦν παρέχειν μήτε προφάσει δόσεως μήτε προστασίας, μηδὲ ἐπαγγείλασθαι, μηδὲ ἐκ τῆς ἐπαρχίας ὁμολογῆσαι στέλλειν, μήτε τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις μήτε τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσι μήτε τοῖς περὶ αὐτοὺς καθεστῶσι μήτε ἑτέρῳ τινὶ κατὰ πρόφασιν προστασίας. ἀλλ' ὥσπερ ἄμισθον λαμβάνει τὴν ἀρχήν, προσλαμβάνει τε παρὰ τοῦ δημοσίου τὰς σιτήσεις (ταύτας γὰρ δὴ καὶ μόνας λαμβάνειν αὐτὸν ἐφίεμεν), οὕτως αὐτὴν καθαραῖς φυλάξει ταῖς χερσί, θεῷ τε καὶ ἡμῖν τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ὑφέξων λόγον. Ἴστω γὰρ ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ οἱ μετά σε τὸν αὐτὸν ἐπιβησόμενοι θρόνον, ὡς, εἴτε αὐτοὶ θαρρήσειαν λαβεῖν τι παρὰ τῶν εἰς τὰς εἰρημένας ἀρχὰς παριόντων εἴτε οἱ παραδυναστεύοντες αὐτοῖς εἴτε καὶ ἡ τάξις ἡ σὴ περαιτέρω τῶν προφάσει συνηθειῶν παρ' ἡμῶν αὐτοῖς ὡρισμένων (ἅπερ δὴ καὶ ἀρκεῖν μόνα νομίζοντες δίδοσθαι διωρίσαμεν), ὡς οὐκ ἐν μικροῖς ἡ ποινὴ γενήσεται· ἀλλ' οἱ μὲν μέγιστοι ἄρχοντες οἱ λαβεῖν τι θαρρήσαντες παρὰ τῶν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς παριόντων ἢ καὶ συγχωρήσαντες τῇ οἰκείᾳ τάξει τοιοῦτό τι πράττειν, καὶ προσαγγελθὲν οὐ θεραπεύοντες, ὡς οὐ μόνον τετραπλάσιον ἀποδώσουσι πᾶν ὅσον εἰλήφασιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλην ἀγανάκτησιν ὑποστήσονται καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῇ κίνδυνον εὐλαβηθήσονται. καὶ οἵ γε ἀμφ' αὐτοὺς ὄντες καὶ ἡ πειθομένη τάξις αὐτοῖς, εἰ πλεῖόν τι τῶν παρ' ἡμῶν δεδομένων ἐπιχειρήσαιεν λαβεῖν, αὐτοί τε ὑποκείσονται τοῖς ἐζημιωμένοις τῇ εἰς τὸ τετραπλοῦν ἀποδόσει ἐκπεσοῦνταί τε καὶ οὐσίας καὶ ζώνης, πρὸς τῷ καὶ τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι πρεπούσαις τοῖς πλημμελήμασι τοῖς αὐτῶν.*

fuerit gloriosissimo comite sacrarum nostrarum largitionum et gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii et gloriosissimo comite ubique sacrarum nostrarum privatarum, praesente quoque et per tempora magnificentissimo chartulario sacrorum nostrorum cubiculorum, qui codicillis his apud nos ministrat, iusiurandum dare, nihil penitus nec quodlibet se praebere neque occasione suffragii neque patrocinii, neque promittere neque de provincia profiteri dirigere neque gloriosissimis praefectis neque aliis cingula habentibus neque qui circa eos constituti sunt, nec alteri cuilibet per occasionem patrocinii; sed sicut sine suffragio accepit administrationem, a publico percepturus annonas (has enim solas accipere eum sinimus), sic eam puris custodire manibus, deo et nobis pro ea redditurus rationem. Sciat enim et tua celsitudo et qui post te easdem conscenderint sedes, quia, sive ipsi praesumpserint accipere quicquam ab illis qui ad praedictas administrationes accedunt, sive proceres ipsi, sive etiam officium tuum, ultra ea quae occasione consuetudinum a nobis eis definita sunt (quae scilicet et sufficere sola putantes dari decrevimus), non in parvis poena fiet: sed maximi quidem iudices accipere aliquid praesumentes ab his qui ad administrationes accedunt, aut etiam permittentes suum officium tale aliquid agere et nuntiatum non emendantes, non solum quadruplum reddent totius quantum perceperunt, sed etiam magnam indignationem sustinebunt et cinguli periculum formidabunt; et qui circa eos sunt, et oboediens eis officium, si amplius aliquid quam a nobis concessum est temptaverint accipere, ipsique subicientur damnis quadruplae redditionis et cadent etiam substantia et cingulo, insuper et suppliciis subiacebunt quae congruant delictis eorum.

---

exornaturi sunt, et gloriosissimo qui semper est comite sacrarum nostrarum largitionem, et gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii, et gloriosissimo comite sacrarum nostrarum quae ubique sunt rerum privatarum, praesente etiam magnificentissimo qui est chartulario sacri nostri cubiculi, qui codicillis his apud nos inservit, iusiurandum praestare, nemini plane se quicquam neque suffragii nomine neque patrocinii dedisse nec promisisse, nec pactum esse ut ex provincia mitteret, nec gloriosissimis praefectis nec reliquis, qui magistratus gerunt, nec qui circa eos sunt, neque alii ulli per causam patrocinii. Sed quemadmodum magistratum gratis accipit, et insuper ex publico percipit annonas (has enim solas eum percipere permittimus), ita eum puris manibus geret, et deo et nobis pro eo rationem redditurus. Sciat enim sublimitas tua et qui post te eandem sedem ingressuri sunt, sive ipsi quid accipere ausi sint ab iis qui ad dictos magistratus perveniunt, sive qui iuxta eos auctoritate valent sive etiam officium tuum, ultra ea quae sportularum nomine illis a nobis definita sunt (quae quidem sola sufficere arbitrati danda decrevimus), non levem poenam esse futuram: sed summos quidem magistratus, qui ab iis qui ad magistratus perveniunt accipere aliquid ausi fuerint, vel officio suo tale quid facere permiserint, nec ubi nuntiatum fuerit, rei consuluerint, non solum quadruplum quodcumque acceperint restituturos, sed etiam gravem indignationem subituros esse et periculum amittendae potestatis reformidaturos. Atque illi qui circa eos sunt, et officium iis subditum si plus quam quae a nobis data sunt accipere temptaverint, et ipsi iis qui damnum passi sunt ad restitutionem in quadruplum obligati erunt, et bonis atque cingulo privabuntur, praeterquam quod poenis subicientur quae conveniant ipsorum delictis.

---

1 largitiónων (*s. v. παροχῶν θησαυρῶν*) *M λαργιτιόνων παροχῶν ἤτοι θησαυρῶν L παροχῶν ἤτοι θησαυρῶν B εἰσοδίων Epan.* ‖ 2 quaestωros *M κοιαίστωρις L κοιαίστωρος B Epan.* ‖ 4 priuatων *M*] *ἰδιοκτήτων B* et *s. v. M ἰδιοκτήτων πριβάτων L εἰδικῶν Epan.* ‖ *δὴ*] *δὲ Epan.* ‖ 6 *τούτοις om. LB* ‖ 7 *μηδενὶ*] nihil (*i. e. μηδὲν*) *ς* ‖ 8 *παρασχεῖν B Epan.* ‖ *πρόφασιν L* ‖ 9 *προστασίαν L* ‖ * *μήτε — μήτε libri* ‖ 13 *λαμβάνειν M* ‖ *τὴν ἀρχὴν προσλαμβάνει om. B*[c] ‖ 14 *προσλαμβάνειν M* percepturus (*i. e. προσλαμβάνων? cf. sqq.*) *ς* ‖ 15 *καὶ om. Epan.* ‖ *ἀφίεμεν Epan.* ‖ 16 custodire (*i. e. φυλάξειν?*) *ς* ‖ 18 *τοῦ αὐτοῦ ἐπιβησόμενοι θρόνου Epan., quod sane praestat* ‖ 19 *θαρρήσειεν L θαρρήσαιεν B* ‖ 20 *εἴτε*] *οἵ τε L* ‖ 21 *αὐτοῖς*] ipsi *ς* ‖ *παρετέρω L* ‖ 24 *γεννήσεται L γενήσεται τούτοις Epan.* ‖ 25 *τι om. L* ‖ 26 *ἐπὶ*] *εἰς Epan.* ‖ *τὰς ἀρχὰς Mς*] *τὰς εἰρημένας ἀρχὰς* (*cf.* 20) *LB Epan.* ‖ 32 *ἀφαυτοὺς L*[1] ‖ 33 *δεδομένων*] *συγκεχωρημένων Epan.* ‖ 33 *ἐπιχειρῆσαι εν M ἐπιχειρῆσαι L*[1] ‖ 34 *αὐτοῖς τε B* ‖ 36 *τῷ*] *τὸ Epan.*

1 *sq.* gloriosissimo comite quaestore sacri palatii nostri. et gloriosissismo (*sic*) comite sacrarum nostrarum largitionum priuatarum. praesente quoque *R* ‖ 4 et *om. V* ‖ 5 cartulario *ex* cartularum *corr. R* ‖ 7 iusueneradum *R* ‖ nec colibet *R* nequolibet *V*[1] nec quolibet *V*[2] ‖ 9 neque de *RV*] et neque de *vulg.* ‖ prouideri (prouiteri *R*[1]) *R* ‖ 11 eos *om. V* ‖ 13 ministrationem *V*[1] ‖ 14 accipere *bis scr. R*[1] ‖ 15 custodiet *vulg.* ‖ 16 enim *om. R*[1] ‖ 17 te *om. RT* ‖ conscenderit *V* consendunt *R* ‖ 18 quia] qui *V*[1] ‖ 19 illis *R*] his *V* eis *T vulg.* ‖ praedic|dictas *R* ‖ 20 etiam] et *R* ‖ 23 dari *R*[2] *in ras.* ‖ 25 ad *om. R*[1] ‖ 26 permitterentes suum (um *R*[2] *in ras.*) *R* ‖ 27 non emendantes *suppl. V*[2] *in spat. vac.* ‖ 29 indignationem magnam *V* ‖ 30 cilguli (lg *ex corr.*) *R* ‖ formida|dabunt *R* ‖ 32 temptauerit *R*[1] ‖ 33 subiciuntur *R*[1] ‖ 35 suppliciis] suppli| *R*[1] ‖ congruant *RT*] congruunt *V vulg.*

CAPUT VIII.

Θ *Τοὺς δὲ οὕτως ἀμίσθους παραλαμβάνοντας τὰς ἀρχὰς πρῶτον ἁπάντων σπούδασμα ἔχειν χρὴ τὸ τοῖς δημοσίοις ἀγρύπνως προσέχειν, καὶ τοὺς μὲν ἀγνωμονοῦντας καὶ δεομένους ἀνάγκης μετὰ πάσης εἰσπράττειν τῆς σφοδρότητος, μηδὲν ὑποκατακλινομένους μηδὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου κέρδος τι παντάπασιν ἐννοοῦντας, τοῖς δὲ εὐγνώμοσι πατρικῶς προσφερομένους· ἔπειτα τὸ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους φυλάττειν πανταχόθεν ἀνεπηρεάστους, οὐδ' ὁτιοῦν παρ' οὐδενὸς αὐτῶν κομιζομένους. ἀλλ' ἴσοι μὲν ἐν ταῖς δίκαις, ἴσοι δὲ ἐν ταῖς δημώδεσι καταστάσεσιν ἔστωσαν, ἐπεξιόντες τε τοῖς ἁμαρτήμασι καὶ τοὺς μὲν ἀνευθύνους πανταχόθεν φυλάττοντες καθαρούς, τοῖς ὑπευθύνοις δὲ ἐπιτιθέντες πρὸς τὸν νόμον τὴν ποινήν, καὶ οὕτως ἄρχοντες τῶν ὑπηκόων ὡς ἂν πατέρες υἱῶν, ἀγαπῶντες μὲν αὐτοὺς ἀνευθύνους ὄντας, ὑπευθύνους δὲ φαινομένους σωφρονίζοντές τε καὶ τιμωρούμενοι, καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην ἔν τε τοῖς δημοσίοις ἔν τε τοῖς ἰδίοις συμβολαίοις αὐτοῖς διατηροῦντες· καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνοι τοῦτο πράττοντες, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀεὶ παρεδρεύοντα τοιοῦτον λαμβάνοντες καὶ τοὺς περὶ αὐτοὺς ἅπαντας, ὡς μὴ δοκεῖν ἐκείνους μὲν δῆθεν ἀνευθύνους εἶναι, δι' ἑτέρων δὲ πλημμελεῖν τε καὶ κλέπτειν, τοῦτο ὅπερ ἔτι μᾶλλον αἰσχρότερόν ἐστι τὸ καὶ κοινωνοὺς τῶν ἀδικημάτων λαμβάνειν. Ὥστε ἐξέσται τῇ σῇ ὑπεροχῇ τῶν σεμνοτέρων τινὰς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς πέμπειν καὶ τῶν ἐπισταμένων τὰ δημόσια, βουλευτῶν τε φαμὲν καὶ ἑτέρων προσώπων, πεῖραν ἑαυτῶν δεδωκότων ἀγαθὴν καὶ πρὸς τὰς ἀρχὰς ἐπιτηδείων. τίς γὰρ ἂν οὐκ ἀγαπήσειε καὶ σεμνότητος ἐμπεπλῆσθαι μεγάλης νομίσειεν, εἴπερ ἡμετέρᾳ ψήφῳ καὶ κρίσει τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρέλθοι, μεμαρτυρημένος μὲν ὡς εἴη χρηστός, προῖκα δὲ αὐτὴν δεχόμενος, οὐκ ἐνησχολημένος δὲ παντελῶς οὐδενὶ φαύλῳ κατὰ τὴν χώραν, οὐδὲ ὅπως τὸ δοθὲν ἀθροίσειεν, οὐδὲ ὅθεν συλλέξειε χρυσίον, ἀλλ' ἵνα δὴ τοῦτο μόνον ἔχοι σπούδασμα τὸ τῷ θεῷ τε καὶ ἡμῖν ἑαυτὸν συστῆσαι, καὶ δόξης ἀπολαῦσαι χρηστῆς, καὶ ἀμοιβὰς ἐλπίσαι μεγάλας;*

1 *Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτά τι πράξειεν, ἴστω καὶ ἕως ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἐφ' ἧς ἐστι δικαστής, κλοπῆς αἰτίαν ὑποστησόμενος· καὶ εἴγε φανείη δοὺς χρυσίον ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν τὴν ἀρχὴν ἢ λαβὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς*

Eos autem, qui ita sine mercede sumunt administrationes, prae omnibus studium habere decet fiscalia vigilanter inspicere, et indevotos quidem et egentes necessitate cum omni exigere fortitudine, in nullo flexos neque pro hoc ipso lucrum aliquod omnino considerantes, devotis autem paterne se exhibere; deinde nostros subiectos reservare undique sine violentia, nihil ab ullo eorum percipientes: sed aequi sint in iudiciis, aequi vero in publicis disciplinis, exequentes quoque delicta, innoxios quidem undique custodientes eos qui puri sunt, reis autem imponentes secundum legem ⟨poenam⟩, et ita praesidentes collatoribus, tamquam patres filiis, diligentes quidem eos qui sunt innocentes, qui vero rei monstrantur, castigantes ac punientes, omnemque iustitiam et in publicis et in privatis documentis eis servantes; et non ipsi soli hoc agentes, sed etiam semper consiliarium talem sumentes et qui circa eos sunt omnes: ut non videantur illi quidem velut innoxii esse, per alios autem delinquant atque furentur, hoc quod magis turpius est, ut et participes iniustitiarum sumant. Ideoque licebit tuae celsitudini honestiorum quosdam ad administrationes dirigere et scientium tributa fiscalia, curialium quippe et aliarum personarum, experimentum sui dantium bonum et ad magistratus opportunorum. Quis enim non diligat eum et honestate compleri magna putet, si nostro decreto iudicioque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens quia sit optimus, gratis vero eum suscipiens, non vacans omnino per provinciam ulli pravitati, nec quemadmodum quod dedit congreget nec unde colligat aurum, sed ut hoc solum habeat studium, deo nobisque semet ipsum commendare et gloria frui optima et repensationem sperare praecipuam?

1 Si quis autem praeter haec aliquid egerit, et donec in administratione, in qua est iudex, furti reus appareat, et si probetur aut dans aurum, ut accipiat administrationem, aut accipiens ex administra-

VIII. *Qui autem hoc pacto gratis magistratus suscipiunt, eos primum omnium studium habere oportet, ut ad tributa vigilanter attendant eaque a contumacibus et quibus necessitas adhibenda sit cum omni severitate exigant, nihil concessuri, neque in eo ipso lucrum omnino ullum spectaturi, erga obsequentes vero paterne se gerant; deinde ut subditos nostros undique immunes ab iniuriis servent nec quicquam a quoquam eorum accipiant: sed aequi in iudiciis sint, aequi in publicis causis, ut qui peccata persequantur et insontes quidem undique integros servent, sontibus vero secundum legem poenam imponant, atque ita subditos moderentur ut patres filios, diligentes eos, si insontes sunt, si sontes apparent, et corrigentes et punientes, omnemque iis iustitiam tam in publicis quam in privatis contractibus servantes; neque ipsi soli hoc faciant, sed etiam talem semper assessorem assumant et omnes qui circa eos sunt: ne forte ipsi quidem insontes esse, per alios vero peccare et furari videantur, id quod longe turpius est, socios adeo iniuriarum assumere. Itaque licebit sublimitati tuae quosdam ad magistratus destinare ex honestioribus et rerum fiscalium peritis, curialibus dicimus aliisve personis, quae bonum de se specimen ediderint et ad magistratus idonei sint. Quis enim eum non libenter accipiat atque magna gravitate praeditum existimet, si quidem nostra sententia et sublimitatis tuae iudicio ad magistratum venerit, testimonio probatus qui vir bonus sit et gratis magistratum susceperit neque ulli omnino rei improbae in provincia operam dederit, nec quomodo quod donaverit congerat nec unde pecuniam colligat, sed id solum nitatur, ut deo ac nobis se commendet et bona fruatur existimatione et magnas remunerationes speret.*

1 *Si vero quis contra haec quid fecerit, sciat se etiam dum in eo magistratu, in quo iudex est, furti crimen subiturum, et si eum pecuniam ad magistratum obtinendum dedisse, aut quid ex magi-*

1 *ἀμίσθως Epan.* ‖ 7 *προσφερομένοις M* ‖ 8 *τὸ om. B* ‖ *ὑπηκόους om. L* ‖ 11 *στάσεσιν Epan.* ‖ 13 *τοῖς ὑπευθύνοις δὲ B*] *τοῖς ὑπευθύνοις τε M τοῖς δὲ ὑπευθύνοις L Epan.* ‖ 14 *τῶν νόμων* L^2 ‖ 19 *συμβολαίοις M Epan.*] *συναλλάγμασιν LB* ‖ *μόνον Epan.* ‖ 22 *μὲν om. Epan.* ‖ 23 *τε om. B* ‖ 27 *βουλευτῶν τε et καὶ ἑτέρων om. B* ‖ 29 *οὐκ ἂν L* ‖ 32 *μεμαρτυρόμενος* B^c ‖ 35 *συνελλέξειε M* ‖ 36 *δὴ τοῦτο*] *διατοῦτο M* ‖ *ἔχῃ L* ‖ 37 *συστῆναι L* ‖ 40 *ἕως*] *εἰ s. v.* L^2, *eadem manus 39 ἴστω ante ὅτι p. 72, 1 transponendum esse significat (cf. ς et Iulian. c. 56)* ‖ *ἐφ' ἧς ἐστι, δίκας τῆς κλοπῆς ὑποστησόμενος B, αἰτίαν om. BL: quae facile praetulerim, dummodo ἐφ' ἧς quoque omittatur* ‖ 41 aut dans (*i. e.* ἢ δοὺς) ς

1 aministrationes *R* aministrationem *T* ‖ 5 aliquid *R* ‖ 7 nostros] in nostros *V* ‖ 8 ab ullo] a nullo R^1 ‖ 9 sunt R^1 ‖ 12 poenam *om. RVT, ante* imponentes *add. vulg.* ‖ 13 filiis] is V^3 *in ras.* ‖ 15 iniustitiam *R* ‖ 16 et in publicis *V*] et *om. R vulg.* ‖ 18 tale *R* ‖ 19 ut *om.* V^1 ‖ 20 esse *om.* R^1 ‖ 21 particeps R^1 ‖ 22 summant R^1 ‖ 23 ad *om. R* ‖ 29 haberes R^1 ‖ 31 ulli *Contius*] populi *libri* ‖ prauitati *ed. princ.*] priuati *libri* ‖ 33 sed] sit *V* ‖ habeat] ut habeat *V* ‖ 35 optimi V^a ‖ reconpensationem R^3 *vulg.* ‖ 40 in administratione] amministrationem *R* ‖ 41 appareas R^1 apparuit *V* ‖ ut] et R^1 ‖ 42 aut accipiens ex administratione *om. R*

(ἑκάτερον γὰρ ὁμοίως ὑπεύθυνον), ὅτι καὶ δήμευσιν καὶ ἐξορίαν ὑποστήσεται καὶ τὴν εἰς τὸ σῶμα βάσανόν τε καὶ τιμωρίαν, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν λαβόντα παρ' αὐτοῦ, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, κακοῖς ὑποθήσει μεγάλοις. Καθαρὰς γὰρ ἀπαιτοῦμεν εἶναι ταῖς ἐπιχωρίοις ἀρχαῖς τὰς χεῖρας, ἵνα τοὺς ἀρχομένους ἀζημίους τε καὶ εὐθηνουμένους φυλάξαιμεν. Καὶ αὗται μὲν ἔκ τε τῶν νόμων ἔκ τε τῶν ἀρχῶν ἐπικείσονται ποιναὶ τοῖς ἐν ταῖς εἰρημέναις ἀρχαῖς οὖσιν, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν. Δίδομεν δὲ καὶ τοῖς ἐπαρχεώταις ἄδειαν, εἴ τι κατὰ τῆς ἐπαρχίας ἄδικον ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων διαπράξηται καὶ ζημίαις τισὶν ἢ ἐπηρείαις περιβάλλοι τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς, ὥστε τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ πρωτεύοντας δεήσεις εἰς ἡμᾶς ἀναπέμπειν, καταλέγοντας τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τὰ πλημμελήματα. ἡμεῖς γὰρ ταῦτα μανθάνοντες στελοῦμεν ἐν τῇ χώρᾳ τὸν ταῦτα ἐξετάσοντα, ἐφ' ᾧ τε αὐτόν, ἔνθα ἠδίκησεν, ἐκεῖσε καὶ τὰς ποινὰς ὑποσχεῖν τῶν πλημμελημάτων· ὥστε μηδὲ ἕτερόν τινα τοιοῦτό τι πρᾶξαι θαρρῆσαι πρὸς τὸ παράδειγμα βλέποντα.

tione (utrumque enim similiter noxium est), sciat quia et confiscationem et exilium sustinebit et in corpus verbera atque supplicium, ipsum quoque qui accepit ab eo, sicut praediximus, malis subiciens maximis. Puras enim exigimus esse provincialibus iudicibus manus, ut collatores custodiamus. Et istae quidem tam ex legibus quam ex administrationibus imminebunt poenae his qui in praedictis administrationibus sunt, si tale aliquid egerint. Damus autem etiam provincialibus licentiam, si quid apud provinciam iniustum, qui administrationem habet, egerit, vel si damnis aliquibus aut calumniis subdat nostros collatores, ut deo amabiles episcopi et provinciae primates preces ad nos dirigant, exponentes cingulum habentis delicta. Nos enim haec agnoscentes dirigimus in provinciam haec examinaturum, quatenus ipse, ubi iniustitiam fecit, illic quoque poenas subeat delictorum: ut neque alter quispiam tale aliquid agere praesumat, ad exemplum respiciens.

CAPUT IX.

pietatis lege omnia declarata sunt, in quibus conveniens est administrationes accipientes eas gubernare, memorantes iusiurandum quod super his praestant. Necessarium tamen aestimavimus etiam nunc percipienti tibi administrationem designare, quod a genitoribus reipublicae nostrae adinventum est, qui ad administrationes directis certa praecepta dabant, mandata principum ea vocantes, secundum quae oportet eos gubernare administrationes.

CAPUT I.

⟨A̅⟩ *Δεῖ τοίνυν σε καθαρῶς παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν καὶ δόσεως ἁπάσης χωρὶς πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων καθαρὰς φυλάττειν θεῷ τε καὶ ἡμῖν καὶ τῷ νόμῳ τὰς χεῖρας, καὶ μηδενὸς ἅπτεσθαι κέρδους μήτε μείζονος μήτε ἐλάττονος, μηδὲ σεσοφισμένην τινὰ ποιεῖσθαι κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐμπορίαν, ἀλλ᾽ ἀρκεῖσθαι μόνοις τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου σοι χορηγουμένοις, καὶ διά τε σαυτοῦ διά τε τῶν περί σε καθαρὸν αὐτοῖς πανταχόθεν φυλάττειν τὸ δίκαιον. καὶ σπεύδειν πρῶτον μὲν τοὺς δημοσίους φόρους ἀπαιτεῖν ἀγρύπνως, μηδὲν ἐλλείποντα τῆς περὶ τὸ δημόσιον προνοίας, ἀναζητεῖν τε μήτι τὸ δημόσιον ἠλάττωται, καὶ περιποιεῖν αὐτῷ πανταχόθεν τὰ οἰκεῖα. Ὥσπερ γὰρ τοῖς ἰδιώταις ἀδικουμένοις βοηθοῦμεν, οὕτω καὶ τὸ δημόσιον ἀνεπηρέαστον μένειν βουλόμεθα. οἱ γὰρ δὴ συντελεσταὶ πάσης ἄλλης ἐπηρείας ἐλεύθεροι φυλαττόμενοι ῥᾳδίως τε καὶ ἐκ προχείρου καταθήσουσι τοὺς φόρους, καὶ ἅπερ εἰς κλοπὰς πρότερον διδόντες ἔμενον ἐποφείλοντες ἔτι τὰ δημόσια, ταῦτα νῦν αὐτοῖς τοῖς δημοσίοις τιθέντες ἀπαλλαγήσονται ῥᾳδίως τῶν ἐπὶ τοῖς φόροις ὀφλημάτων.*

Oportet igitur te pure sumentem administrationem et sine omni suffragio prae aliis omnibus mundas servare deo nobisque et legi manus, et nullum contingere lucrum neque maius neque minus, neque captiosum quoddam facere contra subiectos negotiatione, sed contentum esse solis a fisco tibi ministratis, et tam per te quam per eos, qui circa te sunt, purum eis undique servare ius. Et festinare primum quidem fiscalia tributa exigi vigilanter, nihil deminuens circa publicam curam requirere, ne forte fiscus inminuatur, et salvare ei undique quae propria sunt. Sicut enim privatos iniustitiam passos adiuvamus, sic et publicum illaesum manere volumus. Collatores namque omni alia calumnia liberi conservati facile et in promptu solvent tributa, et quae in furta prius dantes manebant debentes adhuc fiscalia, haec nunc ipsis fiscalibus exsolventes liberabunt facile se tributis.

CAPUT II.

B̅ *Ἔπειτα προσῆκόν ἐστί σε προνοεῖν τοῦ μὴ τοὺς δήμους τῶν πόλεων ἐν ἀλλήλοις στασιάζειν, ἀλλὰ πᾶσαν εἰρήνην εἶναι ταῖς πόλεσιν ἐκ τοῦ τὴν ἰσότητα κἀνταῦθα τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις φυλάττειν καὶ μήτε κέρδους μήτε πάθους τινὸς ἕνεκεν πρός τι τῶν μερῶν ἀποκλίνειν.*

Deinde conveniens est te providere, ut nulli populi civitatum alterutri seditiones faciant: sed omnem pacem esse civitatibus, dum aequitas etiam hinc nostris subiectis servatur et neque lucri neque passionis alicuius causa ad aliquam partium declinatur.

---

qui magistratus suscipiunt, hos administrare deceat iurisiurandi memores quod de his praestant. Attamen necessarium putavimus etiam nunc tibi magistratum suscepturo quae par est praecipere, morem scilicet secuti a prioribus rei publicae nostrae imperatoribus inventum, qui iis, qui ad potestates destinabantur, certa dabant praecepta, quae mandata principis vocabant, secundum quae illis magistratus gerendi essent.

I. *Oportet igitur te magistratum pure et sine ulla donatione suscepturum praeter cetera omnia puras et deo et nobis et legi servare manus, nec ullum lucrum attingere neque maius neque minus, nec dolose excogitatam adversus subditos exercere negotiationem, sed contentum esse iis solis quae ex fisco tibi praestantur, et tam per te ipsum quam per eos, qui circa te sunt, purum illis undique servare ius. Ac primum quidem operam dare, ut tributa publica vigilanter exigas, nihil remittens fisci curam, et inquirere, num quid fiscus detrimenti passus sit, quaeque ad eum pertinent omni ex parte conservare. Sicut enim privatis iniuriam patientibus opem ferimus, ita etiam fiscum incolumem manere volumus. Namque collatores si ab omni alia vexatione liberi servantur, et facile et prompte tributa solvent, et quibus antea in furta impensis manebant tributorum debitores, iis nunc ad publica tributa destinatis facile liberabuntur a debitis vectigalium.*

II. *Deinde te providere par est, ne populares in civitatibus inter se seditiones agitent, sed ut integra pax sit civitatibus, eo quod aequitatem in hoc quoque subditis nostris servas ac neque lucri neque ullius affectus causa in partem ullam declinas.*

---

1 *νόμῳ*] *nov. VIII* ‖ 3 *τὸν ὅρκον L* ‖ *ὧν om. L* ‖ 5 *τὰ πρέποντα κατὰ τοῦτο δὴ om.* ϛ ‖ 8 mandata principum ϛ ‖ 10 *παραλαμβάνοντες L* ‖ 14 *σεσοφισμένην τινὰ — ἐμπορίαν* captiosum quoddam — negotiatione ϛ ‖ 16 *σοι om. L* ‖ 17 *τῶν B*] *τὸν M τῆς τῶν L* ‖ 18 *καὶ*] *ἃ καὶ L* ‖ 20 *ἀναζητεῖν*] *ἀλλὰ ζητεῖν L* ‖ 21 *τε om.* ϛ ‖ 23 *τοῖς*] *αὐτοῖς B* ‖ 23 *οὕτω*] *οὔπω M^a οὕτω γὰρ L* ‖ 26 *ἐκ om. B^c* ‖ 28 *νῦν*] *τοίνυν L* ‖ 29 *τῶν*] *τὴν L^1* ‖ *ἐπὶ*] *ἐν B* ‖ 31 B̅ *notavit L* ‖ 34 *κἀνταῦθα*] etiam hinc (*i. e. κἀντεῦθεν*) ϛ ‖ 35 *ἕνεκα B* ‖ 36 *μερῶν*] *τ́* (*sic*) *add. L*

2 āministrationem *V* ‖ 3 memorante *V^1O* ‖ 4 tantum *V^1* ‖ existimauimus *R vulg.* ‖ etiam] et *R^1* ‖ 7 ad ministrato*** di***** *V^1* ad administrationibus directis *V^3* | directi *O* ‖ 8 secundum] set *V^1* ‖ 9 oporteret *vulg.* ‖ 10 simentem *V* ‖ āministratione *R* ‖ 12 et legi] elegi *R^a* ‖ 13 neque *post* minus *om. V* ‖ 14 quiddam *vulg.* ‖ captiosam quandam f. c. s. negotiationem *O^2* ‖ 15 contemptum *RV* ‖ aministratis *V* ‖ 16 per eos] per *om. R* ‖ 17 ius *om. R^1* ‖ 19 *leg.* circa publicum cura, et requirere? ‖ 20 minuatur *V* ‖ 21 enim] etiam *RVTO* ‖ 23 callatores *R^1* ‖ omni] communi *R^1* ‖ conseruati liberi *R* ‖ conseruari *V^1O* ‖ 24 quae *Osenbrüggen*] qui *libri* ‖ 25 furta *vulg.*] fura *R^1* futura *R^2VTO al.* ‖ manebunt *O* ‖ 26 ipsis *vulg.*] ipsi *RV* ‖ 27 se a tributis *O* ‖ 32 ciuitatem *O^a* ‖ alterutri *in ras. V^3* alterutris *vulg.* ‖ 33 dum aequitas] de *quitas *V^1* ‖ 34 pass***** *V^1* possessionis *V^3*

CAPUT III.

Γ Ἔστω σοι καὶ τρίτον σπούδασμα τὸ τῶν δικῶν μετὰ πάσης ἰσότητος ἀκροᾶσθαι, καὶ τὰς μὲν βραχυτέρας καὶ ὅσαι μάλιστα τῶν εὐτελεστέρων εἰσὶν ἀγράφως τέμνειν τε καὶ κρίνειν καὶ ἀπαλλάττειν ἀνθρώπους τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίας, καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς μηδὲν περαιτέρω τῶν περιεχομένων τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει προφάσει δικαστικῶν δαπανημάτων ζημιοῦσθαι, εἴγε ὅλως ἱκανοὶ πρὸς δόσιν καθεστᾶσιν. ἐπείτοιγε καὶ προῖκα τῶν δικῶν ἀκροάσασθαι καὶ μὴ συγχωρεῖν ἐκ ῥαθυμίας τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἧς ἄρχεις εἰς ταύτην τρέχειν τὴν εὐδαίμονα πόλιν καὶ ἡμᾶς ἐνοχλεῖν. ἴσθι γὰρ ὡς, εἴ τις ἔλθοι καὶ προσέλευσιν ἡμῖν ποιήσαιτο, καὶ παρ᾽ ἡμῶν ἐρωτώμενος, εἰ πρότερόν σοι προσῆλθεν, εἶτα φήσειε καὶ προσελθεῖν καὶ τοῦ δικαίου μὴ τυχεῖν, καὶ τοῦτο ἀληθὲς εὕροιμεν, εἰς σὲ τὴν ἀγανάκτησιν τρέψομεν. Εἰ μέντοι μὴ προσελθών σοι παραγενέσθαι τῇ βασιλίδι ταύτῃ θαρρήσειε πόλει, καὶ ἀντιπέμψομεν αὐτὸν σὺν ἐπιτιμήσει πάσῃ καὶ ἀποκρίσεως οὐ μεταδώσομεν.

Sit tibi quoque tertium studium lites cum omni aequitate audire, et omnes quidem breviores et quaecumque maxime vilium sunt ex non scripto decidere et iudicare et liberare homines alterna contentione, et non permittere ultra quam continetur sacra nostra constitutione occasione causalium expensarum damnificari, si tamen sufficientes in datione consistunt. Alioquin etiam gratis lites audire et non permittere ex neglegentia de provincia cui praesides ad hanc currere felicissimam civitatem et nobis molestum esse. Scito namque quia, si quis veniat et aditionem nobis faciat, et a nobis interrogatus, si prius te adiit, deinde dicat te adisse et quod iustum est non impetrare, et hoc verum inveniamus, in te indignationem convertemus. Sin vero cum te non adierit, venire ad regiam hanc praesumpserit civitatem, et remittemus eum cum omni correctione et responsum non dabimus.

CAPUT IV.

⟨Δ⟩ Ἔπειτα προσῆκόν ἐστί σε καὶ τοὺς ἐντεῦθεν φοιτῶντας εἴτε μαγιστριανοὺς εἴτε ἐξ οἱουδήποτε δικαστηρίου μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν μηδὲ ὑπερπράττειν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους· ἀλλ᾽ εἴ τις προσέλθοι τοιοῦτό τι μεμφόμενος, τούτῳ καὶ ἐπεξιέναι καὶ τὸ ἀζήμιον αὐτοῖς περιποιεῖν, καὶ μηδὲ συγχωρεῖν τινι προτεινομένῳ προστάξεις οἱουδήποτε δικαστηρίου (ταύτας δὴ τὰς ἐξ ἔθους φοιτώσας ὁλκῶν τε ὕδατος ἕνεκεν καὶ λιμένων καὶ ὁδοστρωσιῶν καὶ γεφυρῶν καὶ εἰκόνων καὶ τειχῶν καὶ οἰκημάτων καταστροφῆς ὡς ἐν δημοσίῳ τόπῳ γινομένων, καὶ ἑτέρων τοιούτων) ζημιοῦν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους. οὐ γὰρ βουλόμεθα οὐδὲ κατὰ τοιαύτην πρόφασιν οὐδεμίαν αὐτοῖς ἐπάγεσθαι ζημίαν. Αὐτὸς δὲ ἁπάντων τούτων προνοήσεις, ζημίας ἅπαντα πράττων χωρίς. Εἰ δέ τις τοιοῦτό τι προστεταγμένος ἔλθοι, παντελῶς οὐ προσέξεις αὐτῷ,

Deinde competens est te etiam hinc venientes sive magistrianos sive ex quolibet foro non permittere laedere nec superexigere nostros subiectos. Sed si quis adierit tale aliquid questus, hoc et exequi et indemnitatem ei procurare, et neque permittere alicui proferenti praecepta cuiuscumque fori (haec videlicet quae sollemniter diriguntur formarum et aquae causa et portuum et itinerum sternendorum et imaginum et murorum et domuum destructionis tamquam in publico factae et aliorum talium) damnificare nostros subiectos. Non enim volumus nec per talem causam ullum eis inferri damnum. Ipse vero omnium horum providebis sine damno omni gestum. Si quis autem, cui tale aliquid iussum est, veniat, omnino

---

III. *Tertium quoque tibi studium esto, ut causas cum omni aequitate cognoscas, ac breviores quidem et quaecumque potissimum ex levioribus sunt sine scripto praecidas et diiudices ac liberes homines a mutua contentione, nec permittas, ut ultra ea, quae sacra nostra constitutione continentur, iudicialium expensarum nomine ullo damno afficiantur, siquidem omnino idonei ad dationem sunt: alioqui et gratis causas cognoscas nec per socordiam patiaris homines ex provincia cui praees ad hanc felicem urbem accurrere et nobis negotia facessere. Scias enim, si quis venerit et aditu ad nos dato a nobis interrogatus, num prius te convenerit, se et adisse te dicat nec vero ius impetrasse, idque verum esse reperiamus, nos in te indignationem esse conversuros. Si vero te non convento ad hanc regiam urbem accedere ausus sit, et remittemus eum cum omni reprehensione nec responsum ei impertiemus.*

IV. *Tum par est te ne illis quidem qui hinc commeant sive magistrianis sive ad quodlibet iudicium pertinentibus concedere, ut subditos iniuria afficiant aut ultra modum exigant: sed si quis accedat tale quid incusans, illud et persequi et indemnitatem iis praestare, ac ne mandata quidem cuiuscumque iudicii praetendenti cuiquam (ea scilicet, quae ex consuetudine mittuntur et aquae ductuum et portuum et viarum sternendarum et pontium et imaginum et murorum et aedificiorum destruendorum ut quae in loco publico extent, et aliorum eiusmodi causa), ut damno nostros subditos afficiat, permittere. Neque enim volumus ne huiusmodi quidem praetextu ullum damnum illis inferri. Ipse vero omnibus his prospicies ita ut sine damno omnia agas. Si quis vero cum eiusmodi mandato veniat, omnino rationem eius non habebis, nisi*

---

1 Γ *notavit L* ‖ 2 τὰς μὲν] omnes quidem ς ‖ 3 *εὐτελῶν Bf* ‖ 6 *παραιτέρω L¹* ‖ 7 διατάξει] *Cod.* 3, 2, 5 (*cf. Kruegeri not.*) ‖ 11 *ταῦτα L¹* ‖ *τρέχεισ Mᵃ* ‖ τὴν εὐδαίμονα πόλιν *om. Bᶜ* ‖ 12 ἴσθι — 16 τρέψομεν *om. BL* ‖ 13 *ποιήσοιτο *M* ‖ 16 μέντοι] *δέ τις BL* ‖ 17 *ταύτην L¹* ‖ 18 *πόλις L¹* ‖ 20 σε] *σοι B* ‖ 24 τούτῳ *MB*] *τοῦτο L* ‖ 24 αὐτοῖς] ei ς *αὐτῷ Zachariae* ‖ 25 μηδὲ *M* ς] *μὴ BL* ‖ 28 *ὁδοστασιῶν L¹* ‖ καὶ γεφυρῶν *om.* ς ‖ 30 *τόπον L*, τόπῳ *om.* ς ‖ *ἕτερον τοιοῦτον L* ‖ 33 αὐτὸς] *αὐτοὺς Bᶜ* ‖ *ζημία L¹* ‖ 34 πράττων *L* (*cf.* ς)] *πράττειν MB* ‖ 35 *προστεταγμένοι L¹*

---

1 sit tibi quoque *bis scr. R¹* ‖ 3 utilium sunt ex conscripto decedere *R¹* ‖ 5 permittere] nihil *vel* in aliquo *add. vulg.* ‖ sacra constitutione nostra *R* ‖ 7 si] sit *R* ‖ tantum *RV¹O* ‖ consistant *R vulg.* ‖ 8 etiam] et *T* ‖ 9 *cui praesides] alicuius praesidis *libri* ‖ 10 concurrere *V* ‖ ciuitatem felicissimam *O* ‖ 11 sito *R* ‖ aditione *V* ‖ 13 dicat se te *V* ‖ 14 impetrasse *vulg.* ‖ 15 conuertimus *VT* ‖ sin *R*] si *V vulg.* ‖ 16 adiē** *V¹* ‖ 17 correptione *OT* ‖ 20 hic *R* ‖ ueniente *R²* ‖ 21 magistrianos *Heimbach*] magistriano (magistraano *R¹*) *RT* magistri annone *V* ex magisteriano *vulg.* ‖ 22 laedere *om. R* ‖ 23 qui* *V¹* ‖ adierit *om. R¹*, audierit *in mg. R²* ‖ haec *V* ‖ 24 procurari *RVTO* ‖ 25 praeferenti *V* proferente *R¹* ‖ hoc *R¹* ‖ 26 formarum et] formarum etiam *vulg.*, *leg.* et formarum? ‖ aqua *V¹* ‖ 27 et itinerum] et *om. V* ‖ 28 destructionis] in destructionibus *R¹* ‖ 29 factarum *vulg.* ‖ 31 inferre *V* ‖ 32 omni gestum] al. et omni quaestu *R² in mg.*; *leg.* omnia gesturus? ‖ 33 tale autem cui aliquid *V* ‖ aliquis *Rᵃ* ‖ uisum *V¹*

πλὴν εἰ μὴ θεῖον ἡμέτερον πραγματικὸν δείκνυσι τύπον ὑπὲρ τούτων γεγραμμένον. καὶ τότε γε μὴν δέξῃ μὲν τὸν τοιοῦτον τύπον, οὐ μήν τι πράξεις ἐξ αὐτοῦ, πρὶν ἂν εἰς ἡμᾶς μηνύσας δευτέραν ὑπὲρ τού- 1 *των ἐπιτροπὴν ἡμετέραν προσλάβοις. Ἀλλὰ καὶ τῆς ἀφθονίας τῶν ἐπιτηδείων καὶ τῶν ἔργων τῶν πόλεων ἐπιμελήσῃ, παρασκευάζων ἐκ τῶν πολιτικῶν χρημάτων αὐτοὺς ἅτε πατέρας τὰ ἀναγκαιότατα τῶν ἔργων ποιεῖν καὶ γεφυρῶν ὁμοίως καὶ ὁδῶν καὶ λιμένων, ἐν οἷς ὅλως εἰσὶ τόποις τῆς ἐπαρχίας ἧς ἄρχεις λιμένες, καὶ τειχῶν ἐπιμελεῖσθαι· καὶ εἴ τι ὅλως ἐστὶ τῷ δημοσίῳ καὶ ταῖς πόλεσι συμφέρον, βουλεύσῃ τε* 2 ⟨ϵ⟩ *καὶ πράξεις καὶ μηνύσεις. Ἕξεις δὲ ὑπακούοντάς σοι καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν στρατιώτας ἐν οἷς ἂν αὐτῶν χρήζοις εἰς ὑπουργίαν δικαίαν. οὓς εἰ πλημμελοῦντας εὕροις, ὑποθήσεις σωφρονισμῷ πρέποντι, καὶ πρός γε ἐκ τῶν σιτήσεων αὐτῶν τὸ ἱκανὸν γενέσθαι τοῖς ἠδικημένοις παρασκευάσεις.*

non respicias eum nisi sacram nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc scriptam; tunc suscipies quidem talem formam, non autem aliquid ages ex ea, antequam ad nos nuntians secundam prae- 1 ceptionem nostram suscipias. Sed etiam pro ubertate necessariorum et operum civitatum diligentiam habebis, procurans ex civilibus pecuniis patres quae valde necessaria sunt operum facere et pontium similiter et viarum et portuum, in quibus omnino sunt locis provinciae cui praesides portus, et murorum curam habere; et quidquid omnino est publico et civitatibus utile, et cogitabis et facies et nuntiabis. 2 Habebis autem oboedientes tibi et qui in provincia sunt milites, in quibus eorum opus habueris ad ministerium iustum: quos si delinquentes inveneris, subponi castigationi decenti insuper ⟨et⟩ ex emolumentis eorum satisfieri laesis procurabis.

CAPUT V.

⟨ϛ⟩ *Οὐ συγχωρήσεις δὲ προνομίοις τισὶ χρῆσθαι τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μόνον αὐτοῖς εἰς βοήθειαν φυλάξεις τὸ πανταχόθεν καθαροὺς τῶν ἐπαγομένων καὶ ἀνευθύνους φανῆναι. Φόνους δὲ καὶ μοιχείας καὶ παρθένων ἁρπαγὰς καὶ ἐφόδους καὶ ἀδικίας οὕτω μετὰ σφοδρότητος μετελεύσῃ, κολάζων τοὺς ἁμαρτάνοντας κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὡς τῇ κατ᾽ ὀλί-* 1 *γων τιμωρίᾳ τοὺς ἄλλους ἅπαντας σώζειν. Μάλιστα δὲ τῶν ταξεωτῶν τῶν σαυτοῦ κρατήσεις, οὐκ ἐφιεὶς αὐτοῖς τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους λεηλατεῖν, οὐδὲ δοκεῖν μὲν ἄρχεσθαι παρὰ σοῦ, ταῖς ἀληθείαις* 2 *δὲ τῆς σῆς ἄρχειν γνώμης. Σπεύσεις δὲ καὶ πάρεδρον καὶ εἴ τίς ἐστι τῶν περί σε λαμβάνειν ἄνδρα χρηστὸν καὶ καθαρεύοντα πανταχόθεν καὶ ἀρκούμενον τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου. καὶ εἴ γέ τις παρ᾽ ἐλπίδας γένοιτο, καὶ οὐχ εὕροις αὐτὸν φυλάττοντά σοι πίστιν δικαίαν, τὸν μὲν ἀπελάσεις, ἑτέρῳ δὲ χρήσῃ παρέδρῳ τὸν νόμον καὶ τὸ δίκαιον μετὰ καθα-*

Non permittes privilegiis aliquibus uti nocentes, sed illud solum eis in auxilium observabis, ut undique puri horum quae eis inferuntur ⟨et⟩ innoxii videantur. Homicidia autem et adulteria virginumque direptiones et invasiones et oppressiones ita cum vehementia corriges, puniens delinquentes secundum nostras leges, ut paulatim supplicium alios omnes fa- 1 ciat salvos. Praecipue vero officiales tuos retinebis, non permittens eos subiectos nostros impellere, neque ut videantur quidem subiecti tibi, pro veritate autem tuae praesint voluntati. 2 Festinabis etiam consiliarium et quicumque fuerit circa te assumere virum optimum et purum undique et contentum his quae a fisco dantur. Et si quis praeter spem accesserit et non inveneris eum custodientem tibi fidem iustam, illum quidem expelles, alio vero uteris consiliario, legem et iustitiam cum

---

sacram nostram pragmaticam sanctionem ostendat de his scriptam; ac tunc quidem suscipies talem sanctionem nec vero quicquam ex ea ages, antequam re nobis nuntiata secundum praeceptum nostrum acceperis. 1 *Sed et copiae rerum necessariarum et operum civitatium studeas curesque, ut ex civilibus pecuniis ipsi patres civitatium ea quae maxime necessaria sunt opera perficiant et pontium similiter et viarum et portuum (in quibuscumque omnino locis provinciae, cui praees, portus sunt) et murorum curam gerant; atque* 2 *si quid omnino fisco et civitatibus utile est, id et consideres et agas et nunties. Habebis autem milites quoque qui in provincia sunt oboedientes tibi in quibuscumque iis ad iustum ministerium indigebis; quos ubi delinquentes deprehenderis, et castigationi subicies convenienti et insuper ut ex ipsorum annonis satisfiat iis qui iniuriam passi sunt, providebis.*

V. *Nec vero patieris privilegiis ullis uti eos qui iniuriam facturi sint, sed illud solum in adiumentum eorum tenebis, ut ab omni parte puri ab iis, quorum insimulantur, et insontes probentur. Homicidia autem et adulteria et virginum raptus et invasiones et oppressiones cum severitate ita persequeris delinquentes se-* 1 *cundum nostras leges puniendo, ut paucorum supplicio reliquos omnes serves. Inprimis vero officiales tuos coercebis nec permittes iis, ut subditos nostros despolient, neque ut videantur a te regi, re vera autem* 2 *tuum consilium regant. Operam vero dabis, ut etiam assessorem et si quis alius circa te sit, eligas virum bonum et omni ex parte integrum et contentum iis quae a fisco dantur. Ac si quis expectationi tuae impar evaserit eumque reppereris fidem tibi iustam non servare, illum quidem expelles, alio autem*

---

2 *τύπον*] *τὸ* L^1 ‖ *τούτω* *L* hoc ϛ ‖ *τότε γε* *LBϛ*] *τό γε* *M* ‖ 3 *ἐξ* *om.* M^a ‖ 4 *δεύτερον* L^1 ‖ *ὑπὲρ τούτων* *om.* ϛ ‖ 8 *αὐτοὺς ἅτε πατέρας* *M* *τοὺς ἅτε πατέρας* *B* *τοὺς πατέρας* *Lϛ*, *τῶν πόλεων* *add. s. v.* L^2 (patres civitatum *Iul.*; *cf. Cod.* 1, 4, 26 § 9, 12. 10, 44, 3 § 1; *nov. CXXVIII c.* 16). *Leg.* *αὐταῖς τοὺς πατέρας*, *vel* *τοὺς αὐτῶν πατέρας*? ‖ 9 *ποιεῖν* *LBϛ*] *πονεῖν* *M* ‖ 10 *sq.* *ὅλως — εἴ τι* *om.* *L* ‖ 12 *συμφέρων* *L* ‖ 15 *χρήζεις* *L* ‖ 16 *πλημμελ*τας* L^1 ‖ 18 *γίνεσθαι τοῖς ἤδη κειμένοις* B^c ‖ 19 *προνομίων* *L* ‖ 24 *σφοδρότατα* *L* ‖ 25 *κατ᾽ ὀλίγων* *B* (*cf. nov. XXX c.* 11 *pr.*)] *κατ᾽ ὀλίγον* *MLϛ* ‖ 26 *τιμωρίᾳ*] *ἡ τιμωρία* *L* (*cf.* ϛ) ‖ 30 *γνώμης*] *νόμοις* M^a ‖ *δὲ* *MB*] *γὰρ* *L* *om.* ϛ ‖ 34 *οὐχ εὗρεν* *L* ‖ 36 *καθαρῶν*] *καθαρῶς* *L*

2 scripturam V^1 ‖ suscipies R^1] suscipiens R^2VTO ‖ 3 ages *vulg.*] agens *RVTO* ‖ 4 secundam] ad secundam *V* ‖ 5 suscipies R^1 ‖ 7 civilibus] *clib** V^1 (al. ex cuiuslibet *gl. Accurs.*) ‖ patres] partes *O* (al. partes V^3) ‖ 8 necessarie V^2 ‖ 9 portuum] portium R^1 ‖ 10 *portus] portuumqne (*om.* O^1, portuum O^2) *libri* ‖ 11 est omnino *R* ‖ publicō R^1 ‖ 12 et cogitabis] et *om.* *V* ‖ 15 ministrerium *R* ‖ *quos si] quodsi *libri* ‖ 16 *subponi castigationi] sub omni castigatione *libri* ‖ decente *R* detenti *VO* ‖ et *addidi* ‖ 17 factisfieri R^1 ‖ 19 permittes *vulg.*] permittas *RVT* ‖ 20 obreseruabis *R* ‖ ut] et R^1V^1 ‖ 21 puri *om.* R^1 ‖ et *add. vulg.* ‖ 22 iurgiumque *V* ‖ 23 invasiones et *ect.*] nes et — 24 delinquen *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 24 corriges] corrige *R* corrigere VO^a ‖ secundum] s** (set?) V^1 ‖ 25 alios *vulg.*] eos (e *ex* o *corr.* *R*) *RVTO* ‖ 27 pertinens O^1 ‖ 28 subiectu R^a ‖ 29 voluntati] ueritate R^1 ueritati R^2 ‖ 30 fuerint *V* ‖ 31 uirorum VR^2O^1 ‖ 32 contemptum *VO* ‖ quid *R* *vulg.* ‖ 35 utilis *O*

3 ⟨Ζ⟩ ρῶν φυλάττοντι τῶν χειρῶν. Τοιοῦτον δὲ παρέξεις σαυτὸν ἅπασι δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ, ὥστε φοβερώτατον μὲν εἶναι τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ τοῖς ἀγνωμονοῦσι πρὸς τὸ δημόσιον, ἡμερώτατον δὲ καὶ πρᾶον ἅπασι τοῖς ἐπιεικεστέροις καὶ εὐγνώμοσι, καὶ πατρικὴν αὐτοῖς εἰσάγειν πρόνοιαν.

3 puris servante manibus. Talem vero praebebis temetipsum omnibus publice et privatim, ut terribilis quidem sis delinquentibus et indevotis circa fiscalia, mansuetissimus autem et mitis omnibus placidis et devotis et paternam eis exhibens providentiam.

CAPUT VI.

⟨Η⟩ Ἀλλὰ μηδὲ τούτους δὴ τοὺς καλουμένους λόγους προχείρως διδόναι σπεύδειν ἢ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐξετάσεως καὶ ἐν χρόνῳ συμμέτρῳ καὶ οὐχ ὑπερβαίνοντι τριάκοντα προθεσμίαν ἡμερῶν, ὥστε μὴ ἐντεῦθεν ἀπεράντους εἶναι τοῖς ἀνθρώποις τὰς πρὸς ἑαυτοὺς φιλονεικίας. Εἰ δὲ καί τινα ὑπὸ τὸν καλούμενον λόγον ποιήσαιο, εἶτά τις προσέλθοι κατ' αὐτοῦ, ἄξεις μὲν αὐτόν, φυλάττων τὸν δεδομένον αὐτῷ λόγον, ἐξετάσεις δὲ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ λόγου πανταχόσε σωζομένου, καὶ εἴπερ καὶ ψήφου κατ' αὐτοῦ δεήσειε, καταδικάσεις αὐτόν, καὶ δυοῖν αὐτῷ προθήσεις αἵρεσιν, ἢ εἰ βούλεται τῷ δεδομένῳ λόγῳ καθαρῶς ἀπειπεῖν καὶ πρᾶξαι τὰ κριθέντα, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, τοῖς ἱεροῖς αὐτὸν ὅροις ἀποκαταστήσεις, κἀκεῖσε τὸν ἐκβιβασμὸν ἐπάξεις σωφρόνως καὶ μετὰ τῆς ὀφειλούσης τοῖς εὐαγέσιν ὅροις αἰδοῦς.

Sed neque haec quae dicuntur verba (id est iusiurandum) prompte dare festines aut amplius tempus, sed et cum examinatione ⟨et⟩ in tempore mediocri et non transcendente triginta dierum indutias, ne ex hoc infinitae sint hominibus ad invicem contentiones. Si vero etiam aliquem sub nuncupato verbo feceris, deinde aliquis adierit adversus eum, deduces quidem eum, custodiens datum ei verbum, ⟨et⟩ examinabis negotium verbo ubique servato, et si etiam sententia contra eum necessaria sit, condemnabis eum, et duorum propones electionem, utrum velit dato verbo absolute abrenuntiare et agere quae iudicata sunt, an non. Certe si non hoc, sacris eum terminis restitues, et ibi executionem inferes temperate et cum debita venerabilibus locis reverentia.

CAPUT VII.

⟨Θ⟩ Οὔτε δὲ ἀνδροφόνοις οὔτε μοιχοῖς οὔτε παρθένων ἅρπαξιν ἁμαρτάνουσι τὴν ἐκ τῶν ὅρων φυλάξεις ἀσφάλειαν, ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἐξελκύσεις καὶ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάξεις. Οὐ γὰρ τῶν τὰ τοιαῦτα ἁμαρτανόντων φείδεσθαι προσήκει, ἀλλὰ τῶν περιόντων, ἵνα μὴ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν τολμηροτέρων πάσχοιεν· ἄλλως τε ἡ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια οὐ τοῖς ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις δέδοται παρὰ τοῦ νόμου, καὶ οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν ἑκάτερον ἰσχυρίζεσθαι τῇ παρὰ τῶν ἀσύλων τόπων ἀσφαλείᾳ, καὶ τὸν ἀδικοῦντα καὶ
1 ⟨Ι⟩ τὸν ἀδικούμενον. Τὰς δὲ τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεις καὶ ἔνδον τῶν ἱερῶν γίνεσθαι μετὰ τοῦ πρέποντος παρασκευάσεις, ἐπειδήπερ ὁ τῶν δημοσίων λόγος καὶ στρατιώταις καὶ ἰδιώταις, καὶ αὐτοῖς

Neque autem homicidis neque adulteris neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum custodies cautelam, sed etiam inde extrahes et supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed obpatientibus, ut non talia a praesumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed laesis datur a lege, et non erit possibile utrumque tueri cautela sacrorum locorum et laedentem et laesum.
1 Publicorum vero tributorum exactiones et intra templa decenter fieri praeparabis, quoniam fiscalium ratio et militibus et privatis ipsisque templis et cunc-

cap. VII pr. habet Nomoc.^{d} *XIV tit.* 9, 30; *eiusdem summarium* B^f 5, 1, 12 (*ex Athan., vid. p.* 191 *Heimb.*); *cf. Nomoc. XIV tit. l. c.*

---

3 *assessore uteris legem et iustitiam cum puris manibus servaturo. Talem autem temet omnibus et publice et privatim praestabis, ut maxime metuendus sis delinquentibus et adversus fiscum contumacibus, mansuetissimus vero et mitis omnibus probis et officiosis iisque paternam curam impertias.*

VI. *Sed ne fidem quidem publicam illam — qui vocantur* λόγοι — *promptius dare aut in longius tempus properes, sed et cum examine et in tempus congruum et quod non excedat triginta dierum spatium, ne infinitae hinc existant hominum inter se contentiones. Quodsi quem etiam* λόγῳ *qui dicitur subieceris, et deinde quis eum conveniat, in ius quidem duces eum, custodiens datam ei fidem, examinabis autem argumentum fide ab omni parte servata, et si quidem etiam sententia contra eum opus sit, condemnabis eum et duarum ei rerum optionem propones, sive velit datae fidei pure renuntiare et facere iudicata, sive id nolit, sacris eum finibus restitues, atque ibi executionem adhibebis moderate et cum ea quae sacris finibus debetur reverentia.*

VII. *Neque vero homicidis neque adulteris neque virginum raptoribus delinquentibus finium servabis securitatem, sed et inde extrahes eos et poenam iis impones. Neque enim talia delinquentibus parcere decet, sed iis potius, qui superant, ne ab audacioribus talia patiantur; cum praesertim templorum securitas non iniuriam facientibus, sed iniuria affectis a lege data sit, nec fieri facile possit, ut uterque, tam qui*
1 *intulit quam qui passus est iniuriam, asylorum securitate nitatur. Exactiones autem tributorum publicorum ut etiam in locis sacris cum dignitate fiant curabis, quoniam tributorum ratio et militibus et pri-*

---

2 δημοσίῳ B^c || 6 πατρικῆς M^a || εἰσαγαγεῖν L || 7 δὴ] δῆ L, δεῖ *Haloander* || 8 ἢ LBς] *om.* M || 10 ὑπερβαίνον L || 15 αὐτὸν L^1 || 16 καὶ *ante* ψήφου *om.* L || 17 καταδιδάσκεις B^c || αὐτῷ] αὐτὸ L^1, *om.* ς || 18 προσθήσεις L || δεδομένον L^1 || 19 πράξει B || τὰ κατακριθέντα L || ἢ εἰ μὴ τοῦτο] an non. certe si non hoc ς || ὅρον L^1 || 21 ἐπέξεις L || 22 εὐγενέσιν L^1 || ὅροις] locis ς || 23 δὲ *om.* L || 26 τὰ *om.* L || 27 περιόντων] obpatientibus (?) ς (δεδιότων *Haloander*) || 29 ἀσφάλειαν L^1 || 32 ἀδικούντων L^1

1 seruantem V || praebebis] plebis V^1 || 4 manifestissimus R || 7 id est] ·i* V^1 || 8 promitte R^1 || aut] in *vulg.*, aut in *Zachariae* || 9 et *om.* R || examinati omne R || et *addidi* || mediocri] modic* V^1 modico V^3 || 10 et *om.* V^1 || ex] et R^1 || 11 omnibus RVO || 13 adiecerit R^1 || deducere O || 14 custodies R^1 || ei *om.* V || et *add. vulg.* || 16 sint R^1 || 17 praepones RV || 19 non (ne O^1) hoc O *vulg.*] hoc non R haec non V || 20 infferre R^1, inferes *om.* V *initio paginae* || temptare R^1 || et] ut R^1 || 23 nec adulteris V^3 ne* adulteris R^1 neque adulteriis O ut nec adulteri V^1 || neque *bis scr.* V^1 || 26 inferres R^1 || 27 conuenit R || ob patientibus RO ** patientibus V^1 haec (al. hoc *mg.*) patientibus V^3 hoc patientibus *vulg.*; *an leg.* opperientibus? || ut non] non ut R^1 || 29 et *om.* R^1 || 30 utrumque non eritueri R^a || cautelam V^a || 34 praeparabis V^1O] properabis RV^2 procurabis *vulg.*

τε τοῖς ἱεροῖς καὶ ὅλῃ τῇ πολιτείᾳ συμφέρων τε καὶ ἀναγκαιότατός ἐστιν. Ἐπαμυνοῦσι δέ σοι πρὸς τοῦτο οἱ θεοφιλέστατοι τῶν ἐκκλησιῶν ἔκδικοι καὶ οἰκονόμοι, οὐδένα τῶν τοὺς δημοσίους φόρους κατὰ χώραν ἀπαιτουμένων ἀφαιρούμενοι τῆς εἰσπράξεως, ἀλλ᾽ οὐδὲ συγχωροῦντες βίαιον ἢ στασιῶδές τι παθεῖν τοὺς τὸν ἐκβιβασμὸν ἐπάγοντας, γινώσκοντες ὡς, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, οἴκοθεν τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι τῷ δημοσίῳ καταναγκασθήσονται.

tae reipublicae utilis et necessaria est. Auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam deo amabiles ecclesiarum defensores et oeconomi, nullum horum qui fiscalia tributa exiguntur abripientes exactioni, sed neque permittentes violentum aut seditiosum aliquid pati executionem inferentes, scientes quia, si quid tale gesserint, de suo satisfacere fisco cogentur.

CAPUT VIII.

⟨ΙΑ⟩ *Ἀναγκάσεις δὲ τοὺς δημοσίους πράκτορας [ἤτοι τοὺς ἀπαιτητὰς] ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποχαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα ἐφ᾽ οἷς αὐτὰς διδόασι, τουτέστι τό τε ποσὸν τῶν ζυγοκεφάλων ἢ ἰούγων ἢ ἰουλίων ἢ ὁπωσδήποτε ἂν αὐτὰ κατὰ χώραν καλοῖεν, καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ ποίων χωρίων ἀπαιτοῦσι, καὶ τὸ τῶν δεδομένων ποσὸν εἴτε ἐν εἴδεσιν εἴτε ἐν χρυσίῳ, ἀπειλῶν αὐτοῖς καὶ ζημίαν μεγάλην καὶ χειρὸς ἀφαίρεσιν, εἰ τὸ παραγγελλόμενον μὲν ἀεί, μέχρι δὲ νῦν μὴ φυλαχθέν, μὴ τοῦ λοιποῦ γοῦν πᾶσι φυλάξαιεν τρόποις. Εἰ δὲ ὡς εἰκὸς ἀποφυγὴν ἐξεύροιέν τινα, λέγοντες μὴ δύνασθαι τὴν τῶν ἰούγων ἐντιθέναι ποσότητα, μάλιστα μὲν κακουργεῖν αὐτοὺς νομίζομεν· πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ἐντεῦθεν βλαπτέσθω μήτε τὸ δημόσιον μήτε οἱ συντελεῖς. τὸ μὲν γὰρ δημόσιον ἀπροκρίτως ἅπαντα τὰ οἰκεῖα λαβέτω, καὶ τὰς ἐξ ἔθους γινομένας ἀποδείξεις λαμβανέτωσαν οἱ ταῦτα κατατιθέντες, μηδὲν ἀπαιτούμενοι πλεῖον· πρᾶγμα δὲ μηδ᾽ ὁτιοῦν καταβλαπτέσθω. καὶ ἡ μὲν κατὰ τὸ σύνηθες συντέλεια καταβαλλέσθω παρ᾽ αὐτῶν καὶ εἰσφερέσθω τῷ δημοσίῳ· μηνυέσθω δὲ εἰς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ἐπάρχους τὰ περὶ τούτων, πρότερον ἀναγκαζομένων τῶν κηνσουαλίων τὰς καλουμένας ἐκθέσεις ἀκριβεῖς διδόναι, ὥστε ἐκεῖθεν γίνεσθαι τὴν τοῦ πράγματος διάκρισιν. οὕτω τε τέως τῶν κατὰ συνήθειαν δεδο-*

Coges autem publicos executores in suis desusceptis manifesta facere omnia, in quibus ea dederunt, zygocephalorum aut iugorum aut iuliarum aut quolibet modo per regiones nuncupantur, et pro quibus haec et qualibus praediis exigunt, et datorum quantitatem sive in speciebus sive in auro, interminans eis et damnum magnum et manus amputationem, si hoc, quod praecipitur quidem semper, usque nunc autem non custoditum est, non deinceps omnibus servent modis. Si vero, ut adsolet, declinationem inveniant aliquam, dicentes non posse iugorum poni quantitatem, maxime quidem eos malignari putamus, sed tamen nihil hinc laedatur fiscus nec collatores. Fiscus etenim sine praeiudicio omnia sua percipiat, et sollemniter celebrata suscepta percipiant, qui haec exsolverint, nihil exigendi amplius, causa vero in nullo laedatur. Et secundum consuetudinem quidem tributa solvantur ab eis et inferantur fisco, nuntietur autem ad gloriosissimos nostros praefectos de istis, primitus cogendis censualibus nuncupatas expositiones subtiliter dare, ut ex hoc fiat causae diiudicatio; et sic interim secundum consuetudinem

cap. VIII summarium extat B[f] 6, 3, 11. 12 (18 ex Theod.).

---

vatis et ipsis sacris aedibus et universae rei publicae cum utilis tum maxime necessaria est. Atque in ea re adiuvabunt te deo carissimi ecclesiarum defensores et oeconomi, qui neminem eorum a quibus publica tributa in provincia exiguntur, exactioni subtrahent ac ne permittent quidem, ut quid violenti aut seditiosi patiantur qui executionem peragunt: nam scient, si tale quid fecerint, se ex propriis bonis satisfacere fisco coactum iri.

VIII. *Coges autem publicos exactores, ut in apochis suis omnia, de quibus eas tradunt, manifesta faciant, id est et quantitatem capitum vel iugorum vel iuliarum vel si quo alio modo ea in provincia appellant, et pro quibus et qualibus praediis ea exigant, et quantitatem eorum quae data sunt sive in speciebus sive in auro; ut miniteris iis et multam magnam et manus amputationem, nisi id, quod semper praeceptum nec tamen usque adhuc observatum fuit, certe in posterum omnibus modis observent. Quodsi nimirum effugium invenerint aliquod, ut dicant se quantitatem iugorum referre non posse, omnino eos fraudem facere putamus; nisi quod nihil inde damni afferatur neve fisco neve subditis. Nam fiscus sine praeiudicio sua omnia accipiat, et securitates quae fieri solent accipiant qui illa deferunt, nec quicquam amplius ab iis exigatur, neque vero res ulla damno afficiatur. Et collatio quidem more solito facta ab iis deponatur atque in publicum inferatur, nuntietur autem de his ad gloriosissimos praefectos nostros, coactis prius censualibus expositiones quae vocantur accuratas edere, ut inde rei fiat diiudicatio. Itaque interim*

---

3 *οἱ θεοφ.*] etiam deo amabiles ς ‖ 4 *κατὰ χώραν om.* ς ‖ 7 *ἐπαγαγόντας L* ‖ *γινώσκοντες Haloander*] *γινώσκοντας libri* ‖ 10 *πράκτορας Lς*] *πράκτορας ἤτοι τοὺς ἀπαιτητὰς M ἀπαιτητὰς B* ‖ 12 *τουτέστι τό τε ποσὸν om.* ς ‖ 13 *ζυκοκεφάλων L* ‖ *ἰούγων M*] *ἠούγων L ἰουγῶν Theod. ἰούςων Ath. cod., ζευγῶν γῆν B* ‖ *ἢ ἰουλίων Mς (cf. nov. CXXVIII c. 1. 3 cum Iul.)*] *ἢ οὐλίων L om. B ἢ ἰουγαλίων Haloander ἢ μιλίων Zachariae von Lingenthal ʽzur Kenntniss des röm. Steuerwesens’* 1863 *p.* 22 ‖ 14 *καλοῖεν LB*] *καλοῦσι M* ‖ 15 *τὸ om. L* *δεδομένον L* ‖ 16 *ἐν alterum om. M[a]* ‖ 17 *καὶ χειρὸς ἀφαίρεσιν om. LB* ‖ *εἰς τὸ MB* ‖ 19 *μὴ*] *εἰ μὴ B* ‖ 19 *φυλάξαιεν πᾶσι L* ‖ 20 *ἀφ*γὴν L[1] ἀφορμὴν L[2]* ‖ 21 *ἰούγων ML[b] ἰουγείων (vel ἰουγήων) L[a] ζευγῶν γῆν B ζεύγων, γῆν M s. v.* ‖ *ἐκτιθέναι Hombergkius (sed cf. Theod. Ath.)* ‖ 23 *μήτε — μήτε LB*] *μηδὲ — μηδὲ M, negationem priore loco om.* ς ‖ 24 *μὲν om. B* ‖ 25 *λαβέτω — ἀποδείξεις om. M* ‖ 26 *καταθέντες B* ‖ 27 *πρᾶγμα M*] *τὸ πρᾶγμα LB* ‖ *καταβλαπτέσθω*] *παρ᾽ αὐτῶν add. B* ‖ 28 *ἡ μὲν*] *ἡμᾶς L* ‖ 29 *αὐτῷ L* ‖ 31 **ὑπάρχους libri (τοῖς ἐπάρχοις Ath. Theod.)* ‖ 32 *κινσουαλίων Bς κινσουαλίων, s. v. ad κιν add. τόρων (sic) M κτητόρων σουαλίων L κηνσιτόρων Scrimger* ‖ *ἀκριβῶς Lς* ‖ 34 *τε LBς*] *om. M* ‖ *διδομένων LB*

---

1 et *om. R[1]* ‖ necessarie *V[1]* ‖ est *om. V* ‖ auxiliabuntur autemxiliabuntur *R[a]* ‖ 2 ad hoc autem tibi *V* ‖ 3 et *om. O[1]* ‖ nullo *V[a]* ‖ 4 exigunt *V[3] vulg.* ‖ eripientes *OT* ‖ exaction* *V[1]* ‖ 5 uolentum aliquid aut seditiosum *R[1]* ‖ aut] atque *V* ‖ *exactionem (exactione *R[1]V*) *libri* (*cf.* 121, 20) ‖ 6 scientes *om. O[1]* ‖ 7 coguntur *R* ‖ 10 autem *om. R[1]* ‖ exactores *vulg.* ‖ desuspectis *O[2]* ‖ 11 eadem *V[1]* ‖ 12 zigocefalorum *V* etygo (et ego *R[1]*) cephalorum *OR[1]* ‖ 13 regiones *om. R[1]* ‖ 14 qualibus *V[3]*] qualibet *RV[1]* ‖ praesdiis *R* ‖ 15 in speciebus *om. R[1]* ‖ interminans *Heimbach*] interminationes (et int. *R*) *RVO* ‖ 16 eis] autem eis *V* ‖ et manus amputa********** (amputationem *V[3]*) — 17 quidem *suppl. V[2] in spat. vac.* ‖ amputatione *O* ‖ 17 praecipitur quidem *et* 18 non custoditum est *bis scr. R[1]* ‖ 18 non *prius om. V* ‖ 19 obseruent *V* ‖ adsoluet *V[a]* ‖ 20 aliquem *V* ‖ iugorum] p*ginorum *V[1]* p*ganorum *V[2]* paganorum (*s. v.* al. iugorum) *V[3]* ‖ 21 reputamus *V* ‖ 22 tantum *V* ‖ 24 suscepta *om. R* (desuscepta *Beckius*) ‖ percipiat *R[2] VO* ‖ 25 exsoluunt *O* soluerint *R[1]* ‖ 26 ullo *R[1]* ‖ reddatur O[1] ‖ 29 primitiis *R* ‖ 30 hoc *om. R[1]*

μένων δημοσίων ἀμέμπτως εἰσκομιζομένων, ὅπερ ἂν ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις οἱ ἐνδοξότατοι ἡμῶν ἔπαρχοι κρίνοιεν, ἐπὶ τοῖς στασιαζομένοις τοῦτο κρατεῖν, ἀνάγκην ἐχόντων τῶν πρακτόρων μετὰ τὸ γνωσθῆναι τὴν ἀλήθειαν τὴν ἐπὶ τοῖς ζητουμένοις καὶ ἐπ' ἐκείνοις τοῦ λοιποῦ τὸ ποσὸν τῶν ὄντων ζυγοκεφάλων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν ἤδη
1 ⟨IB⟩ *διατεταγμένον ταῖς ἀποδείξεσιν ἐντάττειν. Οὐ συγχωρήσεις δὲ ἢ βουλευταῖς ἢ κηνσουαλίοις, ἡνίκα πράσεις γίνονται χωρίων ἢ ἄλλως διανεμήσεις καὶ εἰς ἕτερα πρόσωπα μεθίστανται κτήσεις, διαστροφαῖς χρῆσθαί τισι, καὶ μὴ μετατιθέναι παρὰ τῶν πωλησάντων εἰς τοὺς ἀγοραστὰς τὰ χωρία, ἀλλ' ἀναγκάσεις αὐτοὺς ἐκ τρόπου παντὸς ποιεῖσθαι τὰς μεταθέσεις ζημίας χωρίς. εἰ δὲ φήσαιεν ἀπόρους εἶναι τοὺς ἀγοραστάς, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ποιεῖν τὴν μετάθεσιν, αὐτὸ τοῦτο ἐξετάσεις χωρὶς τῆς οἱασοῦν ζημίας. καὶ εἰ μὲν εὐποροῖεν οἱ ἀγορασταί, ἀναγκάσεις τοὺς τῶν δημοσίων προεστῶτας πᾶσι τρόποις καὶ χωρὶς τῆς οἱασοῦν ζημίας ποιήσασθαι τὴν μετάθεσιν· εἰ δὲ ταῖς ἀληθείαις αὐτοὺς εὕροις οὐ σφόδρα εὐπόρους, ἀναγκάσεις τοὺς πράτας αὐτὸ τοῦτο ὁμολογῆσαι ἐν ὑπομνήμασιν, ὅτι κινδύνῳ αὐτῶν ἡ μετάθεσις γίνεται τῶν δημοσίων φόρων εἰς τοὺς παρ' αὐτῶν ἐωνημένους· τοῦτο ὅπερ ἐπὶ τῆς Ἑῴας ἴσμεν ἐν πολλοῖς γινόμενον ἔθνεσιν. οὕτω γὰρ οὔτε τὸ δημόσιον βλαβήσεται καὶ οἱ δημόσιοι φόροι παρὰ τῶν νεμομένων εἰσκομισθήσονται, ὅπως ἂν μὴ ἕτεροι μὲν εἶεν οἱ νεμόμενοι, ἕτεροι δὲ οἱ συντελοῦντες. δεῖ γὰρ μάλιστα κατὰ τῶν νεμομένων φέρεσθαι τὰς συντελείας, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τῶν μὴ κατεχόντων μηδὲ νεμομένων τὰ γήδια.*

datis fiscalibus inculpabiliter inferendis: quod autem in his, quae dubitantur, gloriosissimi nostri praefecti iudicaverint, in his, quae moventur, hoc valere; necessitatem habentibus exactoribus, post cognitam veritatem super his quaestionibus, et in illis de cetero quantitatem zygocephalorum et aliorum omnium adscribere, secundum quod a nobis iam ordinatum est.
1 Non permittas itaque aut curialibus aut censualibus, dum vendita sint praedia eorum aut in alias personas mutatur possessio, tergiversationibus uti quibusdam et non transferre a venditoribus ad emptores praedia, sed coges eos omni modo facere mutationes sine damno. Si vero dixerint minus idoneos esse emptores et propterea non fieri migrationem, hoc ipsum examinabis sine quolibet damno. Et si quidem idonei fuerint emptores, coges fiscalium praesules omnibus modis et sine quolibet damno celebrare transpositionem; si vero pro veritate eos inveneris non satis idoneos, coges venditores hoc ipsum profiteri ad gesta, quia periculo eorum transpositio fit fiscalium tributorum in eos, qui ab ipsis emerint; hoc quod etiam in Oriente novimus in multis fieri gentibus. Sic enim neque fiscus nocebitur et fiscalia tributa a possessoribus inferuntur, ut autem alii quidem sint possessores, alii vero collatores. Oportet enim maxime contra possessores fieri collationes, sed non contra non detinentes neque possidentes terras.

CAPUT IX.

IΓ *Ἐκεῖνο μέντοι σε βουλόμεθα γινώσκειν ὡς, εἴποτε προστάξαιμεν εἰς ἑτέρας ἴσως παραγενέσθαι σε χώρας, προσῆκόν ἐστιν ἀρκούμενόν σε τοῖς ἀπὸ τοῦ δημοσίου φιλοτιμηθεῖσι μὴ προῖκα δαπανᾶν μηδὲ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐπιτρίβειν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ὢν ἐδαπάνας, ἐξ αὐτῶν καὶ εἰς ἑτέρας γινόμενον χώρας ποιεῖσθαι τὰς δαπάνας· μηδὲ ἀγγαρείαις τοὺς συντελεστὰς ἐπιτρίβοντα μήτε σὲ μήτε τὴν πει-*

Illud tamen te volumus nosse quia, si quando praeceperimus ad alias forte proficisci te provincias, competens est contentum te his quae de fisco largiuntur non gratis expendere neque nostros subiectos atterere, sed ex quibus in provincia consistens expendebas, ex his ipsis et ad alias proficiscens regiones facere expensas, neque angariis collatores adfligentem, neque te neque oboediens tibi officium,

cap. IX summarium extat B^f 6, 3, 15.

tributis, quae secundum consuetudinem dantur, integre illatis, quidquid de iis quae controversa sunt gloriosissimi nostri praefecti iudicaverint, id de rebus quae disceptantur obtineat: ut exactores necesse sit post veritatem in iis quae quaerebantur cognitam de illis quoque in posterum quantitatem capitum quae ex-
1 *tent et reliquorum omnium, secundum id quod a nobis iam constitutum est, securitatibus inserere. Nec vero permittes sive curialibus sive censualibus, cum venditiones praediorum aut alius generis divisiones fiunt et in alias personas possessiones transferuntur, ut deverticulis utantur quibusdam neque ut praedia a venditoribus ad emptores transferant, sed coges eos omni modo sine detrimento translationes facere. Quodsi dixerint emptores esse inopes et propterea se translationem non facere, id ipsum sine ullo detrimento examinabis: et siquidem locupletes sint emptores, coges eos, qui publicis tributis praesunt, omnibus modis et sine ullo detrimento facere translationem; sin re vera eos non admodum locupletes reppereris, coges venditores in actis id ipsum confiteri, suo periculo publica tributa transferri in eos qui ab ipsis emerint: id quod in Oriente scimus multis in provinciis fieri. Nam sic nec fiscus damno afficietur et publica tributa a possidentibus inferentur, ne alii sint qui possideant, alii qui conferant. Oportet enim maxime ad possessores pertineant collationes neque vero ad eos qui praedia non detinent nec possident.*

IX. *Illud vero te nosse volumus, si quando forte in alias provincias te proficisci iusserimus, decere te iis quae a fisco suppeditata sunt contentum non gratuito expensas facere neque nostros subditos atterere, sed ex quibus, cum in provincia esses, expensas faciebas, ex iisdem etiam cum in alia provincia sis, sumptus impendere; nec magis angariis collatores atterere neque te neque quod tibi praesto est offi-*

---

1 *εἰσκομιζομένην* L^1 ‖ 2 *ἔπαρχοι L ὕπαρχοι MB* ‖ 3 *κρίναιεν L* ‖ *ἐπὶ τοῖς στασιαζ. nescio an delenda sint* ‖ *κρατείτω B κρατῆσαι L* ‖ 4 *πρακτοκτόρων L* ‖ 8 *ταῖς ἀποδείξεσιν ἐντάττειν*] adscribere ς ‖ 9 *συγχωρήσαις* L^1 ‖ *ἢ βουλ. ἢ κηνσ.*] *τοῖς κτήτορσιν B* ‖ *κινσουαλίοις M* ‖ 10 *ἄλλως διανεμήσεις καὶ om.* ς ‖ 11 *διαστροφῆς* L^1 ‖ 17 *τῆς om. B* ‖ 27 *τὸν* L^1 ‖ 31 **μήτε libri* ‖ 34 *παραγίνεσθαι B* ‖ 40 **μηδὲ σὲ μηδὲ libri*

---

1 inculpaliter inferrendis *R* ‖ quod autem *RVO*, quidquid *vulg.* ‖ 3 haec R^2 ‖ 5 in illis] **llis R^1 ‖ 6 zigocefalorum *V* etygocephalorum *O* ‖ et aliorum *om.* O^1 ‖ omnium *om. V* ‖ 8 permittat R^1O^1 permittes *vulg.* ‖ 9 sunt *vulg.* ‖ 10 uti] ** R^1 ‖ 12 omni modo RV^2O] omnino modo V^1 omnino *vulg.* ‖ 16 emptores et propterea non fieri migrationem coges R^1 ‖ 21 emerint *RO*] emunt *V vulg.* ‖ 23 fiscus RV^1O] fisco V^3 *vulg.* ‖ 24 inferentur *vulg.* ‖ autem *RVOT*] non *vulg.*; *leg.* haut? ‖ 25 collatores] fieri non potest *add.* V^3 ‖ 27 non *post* contra *om.* R^1V ‖ neque non posse R^2 ‖ 33 tantum VO^1 ‖ teſ R^1 ‖ quando] quam V^1 ‖ 34 perceperimus R^1 ‖ forte — 124, 3 non ultra ter| *scr.* R^2 *in ras.* 5 *versuum* ‖ 35 contemptum te *V* te contentum *R* ‖ 38 et ad alias] ad illas *R* ‖ proficiscentem *vulg.* ‖ 39 collato*s V^1 ‖ 40 afligentem (*s. v.* ł afligere) *R* ‖ neque te *om. R* ‖ neque oboed.] neque *om.* V^1

θομένην σοι τάξιν, ἀλλ' οἰκείοις μὲν ὑποζυγίοις, οἰκείᾳ δὲ δαπάνῃ ποιεῖσθαι τὴν πορείαν. Αὐτοῦ τούτου φυλαττομένου κἂν εἰ μὴ ὑπερόριος γένοιο, ἀλλὰ τὰς τῆς ἐπαρχίας διά τινα πρόφασιν ἀναγκαίαν περινοστοίης πόλεις.

sed propriis quidem subiugalibus, propria quoque expensa agere iter; hoc ipsum custodiendo, vel si non ultra terminos properes provinciae, sed propter quandam occasionem necessariam circumeas civitates.

CAPUT X.

⟨ΙΔ⟩ *Τοὺς γὰρ δὴ καλουμένους τοποτηρητὰς διδόναι τοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι τῆς ἐπαρχίας ἧς ἡγοῦνται, κἂν εἰ* spectabil*ιοι κἂν εἰ λαμπρότατοι κἂν εἰ ἡγεμόνες εἶεν, πᾶσιν ἀπαγορεύομεν τρόποις. Ἀλλὰ μηδὲ εἰ στρατιῶταί τινες ἕποιντό σοι, μηδὲ ἐκείνοις προῖκα συγχωρεῖν δαπανᾶν, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων σιτήσεων. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο πράξαιεν, ἀλλ' ἐκ τῶν συντελῶν δαπανήσειαν καὶ ἀγγαρείας λάβοιεν, πᾶν ὅσον ἂν ζημιοῖτο τὸ ὑπήκοον, τοῦτο ἐκ τῶν αὐτῶν σιτήσεων εἰσπράξας οἰκείῳ κινδύνῳ τοῖς ἠδικημένοις ἀποσώσεις.*

Eos autem qui vocantur loci servatores dare iudices in civitatibus provinciae cui praesident, licet spectabiles viri vel clarissimi vel praesides sint, omnibus interdicimus modis. Sed neque si milites aliqui sequantur te, nec illos gratis permittas expendere, sed ex propriis emolumentis. Si vero non hoc egerint, sed ex tributis expenderint et angarias acceperint, omne quidquid damnificantur subiecti hoc ex eorum emolumentis exigens proprio periculo laesis salvabis.

CAPUT XI.

⟨ΙΕ⟩ *Οὐ μὴν οὐδὲ προφάσει θρησκειῶν τε καὶ αἱρέσεων ζητήσεως συγχωρήσεις τινὶ τὴν ἐπαρχίαν λεηλατεῖν, ἢ ἄλλως τοιαύτην τινὰ πρόσταξιν ἐγχειρισθῆναι ἐπὶ τῆς χώρας ἧς ἄρχεις, αὐτὸς δὲ προνοήσεις, μετὰ τοῦ προσήκοντος καὶ τοῦ συμφέροντος τοῖς δημοσίοις, καὶ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀνερευνᾶν καὶ μὴ συγχωρεῖν τι παρὰ τὰς ἡμετέρας γίνεσθαι προστάξεις προφάσει θρησκειῶν. Εἰ δὲ κανονικὸν εἴη τὸ ἐπιζητούμενον, ἅμα τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας ταῦτα διακρίνειν, εἴτε ἐπίσκοποι ἀμφισβητοῖεν εἴτε ἕτεροί τινες, καὶ τῷ πράγματι διδόναι θεοφιλῆ τε καὶ πρέποντα ὅρον, ὃς καὶ τὴν πρέπουσαν τιμὴν τῇ ὀρθοδόξῳ φυλάξει πίστει καὶ τὸ ἀζήμιον περιποιήσει τοῖς δημοσίοις καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι τὸ ἀνεπηρέαστον φυλάξει.*

Neque occasione religionum haeresumque quaestionis permittas alicui provinciam commovere aut aliter quandam praeceptionem iniungi provinciae cui praesides; ipse vero providebis cum competenti utilitate fiscalibus, et quae talia sunt perscrutari, et non permittere aliquid circa nostras fieri praeceptiones occasione religionum. Si vero canonicum sit quod quaeritur, una cum metropolita provinciae haec disponere et decernere, sive episcopi dubitent sive alii quidam, et causae dare deo amabilem et decibilem terminum, qui et decentem orthodoxam custodiat fidem et indemnitatem procuret fiscalibus et nostros subiectos servet inviolatos.

CAPUT XII.

⟨ΙϚ⟩ *Δεῖ δέ σε καὶ τούτου πᾶσαν τίθεσθαι πρόνοιαν τοῦ ἡνίκα τις ἄξιος φανείη ποινῆς, ἐκεῖνον μὲν κολάζειν, τῶν δὲ πραγμάτων αὐτοῦ μὴ προσάπτεσθαι· ἀλλὰ συγχωρεῖν ταῦτα τῷ γένει καὶ τῷ νόμῳ καὶ τῇ κατ' ἐκεῖνον φέρεσθαι τάξει. οὐ γὰρ τὰ πράγματά ἐστι τὰ πλημμελοῦντα, ἀλλ' οἱ τὰ πράγματα κεκτη-*

Oportet autem te et in hoc omnem ponere providentiam, dum aliquis dignus apparuerit poena, illum quidem punire, res autem eius non contingere, sed sinere eas generi et legi et secundum illum ordinem. Non enim res sunt quae delinquunt, sed qui res

---

cium, sed propriis iumentis, propriis sumptibus iter facere. Atque hoc idem observandum est etiam si fines provinciae non egrediaris, sed ipsius provinciae urbes propter causam aliquam necessariam peragres.

X. *Iam quominus vicarios qui vocantur instituant magistratus in urbibus provinciae, cui praesunt, licet vel spectabiles vel clarissimi vel praesides sint, omnibus modis prohibemus. Verum ne milites quidem si qui te sequantur, eos patiaris gratuito facere expensas, sed de propriis annonis. Si vero id non fecerint, sed ex subditis sumptum fecerint et angarias acceperint, omne quocumque subiecti afficiantur detrimentum ex illorum annonis exactum proprio periculo iis, qui iniuriam passi sunt, restitues.*

XI. *Sed ne religionum quidem et haeresium inquisitionis nomine permittes cuiquam provinciam despoliare aut alio modo eiusmodi aliquod mandatum in provincia, cui praees, administrare. Sed ipse providebis, ut cum dignitate et publicarum rerum utilitate etiam in talia inquiras, neve quicquam patiaris contra nostras iussiones religionum nomine fieri. Quodsi canonicum sit id, de quo quaeritur, una cum metropolitano provinciae id diiudices, sive episcopi sive qui alii disceptent, causaeque des pium ac dignum finem, qui et honorem quo digna est orthodoxae fidei custodiat et securitatem publicis rationibus praestet et subditis nostris incolumitatem servet.*

XII. *Oportet autem te in hoc quoque omnem curam ponere, ut, cum quis poena dignus videatur, illum quidem poena afficias, bona autem eius non aggrediaris, sed sinas haec generi et legi et ordini ex lege recepto committi. Neque enim res peccarunt, sed qui res possident; at inverso ordine dignos quidem*

---

1 *οἴκοις* L^1 ‖ 4 *τῆς ἐπαρχίας* cum *ὑπερόριος γένοιο iunxit* ϛ ‖ *περινοστοίης Haloander*] *περινοστεῖς ML περινοστῆς B* ‖ 6 *γὰρ δὴ*] autem ϛ ‖ 7 *τοὺς*] *τὰς* L^1 ‖ 8 *εἰ* sepestabili*οι* (*s. v. περίβλεπτοι*) *M εἰσπεκταβίλιοι L εἰ περίβλεπτοι B* ‖ *κἂν οἱ ειγεμόνες M* ‖ 10 *ἐκείνους* B^c ‖ 12 *συντελῶν* MB^c] *συντελεστῶν* LB^f (tributis ϛ) ‖ 13 *δαπανήσαιεν LB* ‖ *ἀγγαρείαις L* ‖ 14 *τὸ om. L* ‖ 15 *ἠδικημένοις*] *ἡμετέροις L* ‖ 19 *τινὰ τοιαύτην LB* ‖ 21 *καὶ τοῦ*] *τοῦ om. B* ‖ 22 *τοῦ om. LB* ‖ 23 *παρὰ*] circa (*i. e. περὶ*) ϛ ‖ 24 *Εἰ δὲ — 31 φυλάξει om. BL* ‖ 28 *τὴν πρέπουσαν — πίστει*] decentem orthodoxam custodiat fidem ϛ ‖ 34 *δὲ om. L* ‖ 36 *κατ' ἐκεῖνον*] *κατ' ἐκείνῳ* L^1 *ἐκείνων* B^c ‖ *φέρεσθαι om.* ϛ

1 quidem] quibus *V* ‖ 2 ipsum] ipso *vulg.* ‖ si non] sine O^1 ‖ 3 propter] per *V* ‖ 4 necessarias *R* ‖ circumeras V^1 ‖ 10 aliqui sequentur *O* sequatur aliquid *R* ‖ te *om. RV* ‖ illo V^1 ‖ 12 sed] si *O* ‖ tributariis *Zachariae* ‖ et] etiam *R* ‖ 15 saluabis VTO^1] seruabis R^2O^2 *vulg.*, *om.* R^1 ‖ 17 haeresiumque *vulg.* ‖ 19 quadam (quodam R^1) praeceptione *RO* ‖ iniungi] unigeniti (*erasum*) *R* ‖ prouintiam *R* ‖ 21 talia *Zachariae*] alia *libri* ‖ 22 circa *RVO*] contra *vulg.* ‖ 23 fit? R^1 ‖ 24 disponere et *delenda videntur* ‖ dicernere *R* ‖ 25 dubitetur R^1 ‖ sive] si O^1 ‖ 27 decentem RV^2O decente V^1 decenter *vulg.* ‖ 28 nostros] nos O^1 ‖ 32 aut *O* ‖ in *om.* V^1 ‖ 33 dignis R^1 ‖ 34 eis V^1 ‖ contigere *V* ‖ 35 illum (illud O^1 ipsum *V*) ordinem *RVOT*] illam ordini *vulg.*

μένοι· οἱ δὲ ἀντιστρέφοντες τὴν τάξιν τοὺς μὲν ἀξίους ποινῆς ἀφιᾶσι, τὰ δὲ ἐκείνων ἀφαιροῦνται πράγματα, ἑτέρους ἀντ᾽ αὐτῶν τιμωρούμενοι, οὓς ὁ νόμος ἴσως ἐπὶ τὴν ἐκείνων ἐκάλει διαδοχήν.

possident; at illi reciprocantes ordinem eos quidem qui digni sunt poena dimittunt, illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit successionem.

CAPUT XIII.

⟨ΙΖ⟩ *Προστασίας δὲ ἀδίκους, ἃς μανθάνομεν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις γίνεσθαι, πᾶσι μετελεύσῃ τρόποις, οὐ συγχωρῶν οὐδενὶ τοὺς ἑτέρων βίους ἐνεργολαβεῖν, οὐκ οἰκειοῦν ἑαυτῷ τὰ χωρία τὰ μηδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα, οὐκ εἰς τὴν ἑτέρων βλάβην ἐπαγγέλλεσθαι προστασίαν, οὐχ, ὅπως ἂν ἀποστεροῖεν τὸ δημόσιον, τὴν ἑαυτῶν ἰσχὺν ἀντιτάττειν. ἀλλὰ μηδὲ ἔστω σοι φροντίς, ὁποίας ἂν εἶεν οἱ ταῦτα πράττοντες δεσποτείας· ἀρκέσει γάρ σοι διὰ πάντων πρὸς τελεωτάτην ἰσχὺν ὅ τε νόμος ἥ τε τῆς βασιλείας εὐμένεια.*

Patrocinia quoque iniusta, quae cognoscimus in nostris provinciis fieri, omnibus corrige modis, non sinens ulli aliorum vitas in se suscipere, non ampliare sibi praedia nullo modo ei competentia, non in aliorum laesionem promittere patrocinium, non quemadmodum fraudent fiscum suam virtutem obicere. Neque sit tibi cura, cuiuslibet sint haec agentes dominii; sufficit etenim tibi per omnia ad perfectam fortitudinem et lex et imperii favor.

CAPUT XIV.

⟨ΙΗ⟩ *Ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰσδεχομένους ἀλλοτρίους γεωργοὺς οὕτω μισήσεις, οὕτως ἀναγκάσεις θᾶττον ἀποδοῦναι τοὺς ληφθέντας κακῶς, ὡς, εἰ μέχρι πολλοῦ μείναιεν ἀπειθοῦντες, ἅπαν ὅσον ἄπορον τῆς ἐπαρχίας ἐστί, τοῦτο ταῖς ἐκείνων κτήσεσιν ἐπιθήσεις. Εἰ δὲ ἐν ἑτέραις ἐπαρχίαις οἱ γεωργοὶ λέγονται καθεστάναι, γράμμασι χρήσῃ δημοσίοις πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων ἡγουμένους, ὥστε αὐτοὺς τοὺς ἐν αὐταῖς πεφευγότας γεωργοὺς συνομολογοῦντας ἢ ἐλεγχομένους παραδίδοσθαι τοῖς κεκτημένοις καὶ ἐπανάγεσθαι πρὸς τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἄρχεις, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας σφοδρότερον μετιέναι τῇ τῶν ἀπόρων ἐπιβολῇ. προσῆκον γάρ ἐστι τὸν τὰ τοιαῦτα σπεύδοντα τὸ ἐντεῦθεν ἄτοπον καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐλάττωσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας μαθεῖν, ὅπως ἂν ἐλαττούμενος γινώσκοι, πόσον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν τε καὶ πλημμελεῖν εἰς ἑτέρους. Τοῦτο δὲ πράξεις, εἴτε οἱ τὰ χωρία κεκτημένοι κατὰ χώραν εἰσὶν εἴτε τινῶν ἑτέροις προσηκόντων φροντισταὶ καθεστήκοιεν. δεῖ γὰρ καὶ τοὺς κεκτημένους ἐκεῖνα μόνον ἔχειν ἅπερ αὐτοῖς δίδωσιν ὁ νόμος, καὶ τοὺς προνοοῦντας τῶν ἀλλοτρίων ἐκείνων προΐστασθαι μόνον ἅπερ κατὰ μίσθω-*

1 *νομίμῳ LXXXIX* ‖ 2 *ἐπεισάγειν LXXXIX* ‖ 4 *τῷ νόμῳ om. ς et LXXXIX* ‖ 6 *τι πάρεργον*] opus *ς* ‖ 8 *εἴγε τελευτ. LXXXIX* ‖ 16 *αλλων M*[a] ‖ 18 *γὰρ om. ς* ‖ 23 B̃ *s. v. M, id. in mg. περι συνεισφορας* ‖ 25 *διαθήκαις M*[a] ‖ *τελευτήσαιεν B*[s]] *τελευτήσοιεν MB*[f] *τελευτήσειεν L* ‖ 27 *γίνεσθαι δύναμιν B*[s] ‖ *διαθήκης B*[f] ‖ 29 *τυχὸν*] *τύχην? L*[1] ‖ 30 *δεδομένα B*[f] ‖ 32 *ἀλλ᾽ εἴ τις B*[f] ‖ 34 *τὸν δεδομένον B*[f] ‖ 36 *τῆς συνεισφορᾶς M*[a] ‖ 37 *sq. εἰ μὴ ἄρα ῥητῶς B*[f] ‖ 38 *γίνεσθαι B*[f]

3 poterint *V* ‖ consistere *R*[1] ‖ 6 si et *Heimbach*] si aut *R*[a] sicut *R*[b] si *R*[2]*V vulg.* ‖ 7 fuerit *om. V*[1], *post* intestatus *add. V*[3] ‖ 9 amauerint *V* ‖ 10 indiscrete *R* ‖ 12 destinguimus *V*[1] ‖ sunt (*ex corr.*) *V* ‖ 13 rationatur *V* ‖ 14 et *om. R* ‖ 15 secundum] set *V* ‖ hec *V*[1] ‖ 17 quoniam omnium earum *V* ‖ 19 ab] • ab *V* ‖ regulus *R*[1] ‖ 23 *rubr.* De collationibus *R mg.* ‖ credidimus *T* ‖ completi *V* ‖ 25 morientur *R*[1] ‖ 27 testari *R*[1] ‖ eis] eo *R*[1] ‖ 28 sed et] et *om. R vulg.* ‖ 30 non esse] defendere *V*[1] ‖ opinione *R* ‖ 32 certum *R* ‖ 33 angustatus *R*[1]*V*] angustiatus *R*[2]*T* ‖ non est] nomine *R*[1]*V*[a] ‖ 35 secundum] set *V* ‖ quod olim quod disp. *R*[1] ‖ 36 designauerint *V* ‖ ipse se uelle *R*[2]

ἐκ τῆς διαθήκης χρῆσθαι δικαίοις. πάντων τῶν ἔμπροσθεν περὶ συνεισφορῶν ἡμῖν νενομοθετημένων ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων ἰσχύος.

quod iam datum est, et ex iure testamenti; omnibus, quae prius de collationibus a nobis sancita sunt, in sua virtute manentibus.

CAPUT VII.

Καὶ τὸ πολλάκις δὲ ἡμῖν δικάζουσι παραστὰν ἀναγκαῖον ἐνομίσθη νῦν μέρος γενέσθαι τοῦ παρόντος νόμου. πολλάκις γάρ τινες πλειόνων παίδων καθεστῶτες γονεῖς, εἶτα δοκοῦντες εὐθὺς τὰ πράγματα διαιρεῖν, ὅπως ἂν ἀδελφικῆς αὐτοὺς ἀπαλλάξαιεν ἔριδος, εἰς μείζους ἔτι καὶ χαλεπωτέρας αὐτοὺς φιλονεικίας ἐξάγουσι. δέον γάρ, εἴπερ τοῦτο ἠβούλοντο, ῥητῶς ἅπαντα διελεῖν ἐν ταῖς διαθήκαις ταῖς ἑαυτῶν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, μερίδας γοῦν ποιήσασθαι καὶ ὑποσημήνασθαι ταύταις καὶ οὕτως ἀναμφισβήτητον δοῦναι τοῖς παισὶ τὴν διαίρεσιν, οἱ δὲ οὐ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ μέρος μὲν δι' ἑαυτῶν αὐτοὶ γράφουσι, καὶ οὐδὲ τοῦτο συνεχές, ἀλλ' ἴσως παρεγγεγραμμένον ἑτέρου τινὸς γράμμασι καὶ ἐν ἀπογραφῇ τινὶ παρερριμμένῃ καὶ φυλακῆς οὐδεμιᾶς ἠξιωμένῃ κείμενον, τὸ δὲ λειπόμενον μέρος οὐκ ἔτι τῆς ἐκείνων ἐστὶ χειρός, ἀλλ' ὑπογραφέως τινὸς ἴσως διαφθαρέντος ἢ καὶ τοῦ τυχόντος. κἀντεῦθεν αὐτοῖς δικῶν ἀφορμαὶ μυρίαι, πότερον ταῦτα γνώμῃ πέπρακται τοῦ πατρὸς ἤ τινός ἐστιν ἔριδός τε καὶ φιλονεικίας τεχνίτου ἐργάτου καὶ πρός τινος τῶν μερῶν χάριν γεγραφότος. Ταῦτα ἡμεῖς ἐνοχλεῖν τοῦ λοιποῦ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους οὐ βουλόμενοι θεσπίζομεν· εἴ τις βούλοιτο τὰ οἰκεῖα πράγματα τοῖς παισὶ διελεῖν, ἢ πάντα ἢ καί τινα τυχὸν καταλιπεῖν ἐξαίρετα, ταῦτα μάλιστα μέν, εἰ δυνατὸν εἴη, λεγέτω ἐν τῇ διαθήκῃ καὶ ἀναμφισβήτητον διδότω τοῖς παισὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν. εἰ δὲ τοῦτο οὐ πράττοι διά τινας ἀνάγκας, αἳ πολλαὶ περιεστᾶσιν ἀνθρώπους, ἀλλ' ἔξεστι νεμήσεις ποιήσασθαι τῶν πραγμάτων, ἅπερ ἂν διανεμηθῆναι βουληθείη, καὶ ὑποσημήνασθαι πάσαις ἢ αὐτόν, ἢ τοὺς παῖδας ἅπαντας ὑπογράψαι παρασκευάσαι, ὧν μεταξὺ τὰ πράγματα διαιρεῖ, κἀντεῦθεν τῷ πράγματι δοῦναι πίστιν ἀναμφισβήτητον. καὶ τὸ κατὰ τοῦτο γινόμενον τὸ σχῆμα κύριόν τε ἔστω καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἑτέρας οὐ δεόμενον ἀσφαλείας. Εἰ δέ τις τοῦτο

Et quod saepe nobis iudicantibus placuit, necessarium credidimus nunc partem fieri praesentis legis. Frequenter enim quidam plurimorum filiorum constituti patres, deinde putantes mox substantiam dividere, ut a fraterno certamine eos servent, ad maiores adhuc et saeviores eos contentiones adducunt. Cum enim oporteret, si hoc vellent, aut aperte omnia dividere in testamentis suis, aut si non hoc, vel partes facere et eas subscribere et sic indubitatam dare filiis divisionem: at illi non hoc faciunt, sed partem quidem aliquam per se ipsi scribunt, et neque hanc continue, sed forte interscriptam alterius cuiuspiam litteris et in descriptione abiecta et nulla custodia digna positam, residua vero pars nequaquam illorum est manus, sed subscriptoris cuiuspiam forte corrupti aut cuiuscumque; et hinc illis litium occasiones decies milies, utrum haec voluntate gesta sint patris, an alicuius est artificis operarii certaminis et contentionis et ad favorem partis alicuius scribentis. Haec nos molestare de cetero nostros subiectos nolentes sancimus: si quis voluerit suas res filiis dividere aut omnes, aut etiam aliquas forte relinquere praecipuas, has maxime quidem, si possibile est, dicat in testamento et indubitatam det filiis hinc utilitatem. Si autem non hoc agit propter aliquas necessitates, quae plurimae circumadsistunt hominibus, licet tamen descriptiones facere rerum quas partire voluerit, et subscribere omnibus aut ipse aut filios universos subscribere praeparare, inter quos res dividet, et ex hoc causae dare indubitatam fidem; et quod secundum hanc fit speciem, ratum sit atque firmum aliaque cautela non indigens. Si vero aliquis non hoc egerit, sed di-

25 *Θεσπίζομεν — 38 ἀσφαλείας extant B* 35, 20, 1 (*B*[s] *p.* 410 *Zach.*); *summa capitis ib.* 2.

cogitur, et habere quod iam datum est et iustis ex testamento delatis frui. Omnia autem, quae antea a nobis de collationibus sancita sunt, in suo robore maneant.

VII. *Deinde quod saepe iudicantibus nobis placuit, id ut nunc pars fieret praesentis legis necessarium visum est. Saepe enim quidam qui plurium liberorum parentes sunt, cum statim bona dividenda censeant, ut fraterna eos discordia liberent, in maiores etiam et difficiliores contentiones eos adducunt. Nam cum iis, si quidem id velint, expresse omnia in testamentis suis dividenda sint, sive id nolint, certe partes faciendae iisque subscribendum atque ita non dubia liberis divisio danda sit: at illi non hoc faciunt, sed partem quidem sua ipsi manu scribunt, ac ne eam quidem continuam, sed fortasse alterius cuiusdam litteris interscriptam, et in exemplo aliquo reiculo neque custodia ulla digno habito positam, reliqua vero pars non iam ab ipsorum manu est, sed librarii nescio cuius fortasse corrupti, vel etiam alius cuiuslibet; indeque illis sescentae litium causae, num haec voluntate patris acta sint an a quodam discordiae et contentionis artifice profecta quique in favorem unius ex partibus scripserit. Haec cum nos in posterum subditis nostris molestiam afferre nolimus, sancimus, ut, si quis bona sua inter liberos distribuere sive universa velit sive forte etiam quaedam relinquere praecipua, haec maxime quidem, si fieri potest, in testamento dicat atque non dubium praestet liberis emolumentum inde redundans. Quodsi hoc propter quasdam necessitates, quales multae homines circumdant, non faciat, licet tamen ei divisiones facere rerum earum, quascumque dividi voluerit, et omnibus vel sua manu subscribere vel ut liberi omnes, inter quos res distribuit, subscribant operam dare, atque inde causae fidem non dubiam addere. Et quod secundum hanc formam fit, et ratum sit et firmum neque alia cautione indigeat. Sin quis id non fecerit, sed tam disturbatam*

1 *χρῆσθαι*] *κεχρῆσθαι B*[s] *om.* ς ‖ 2 *ἡμῖν*] *Cod.* 6, 20, 19. 20 ‖ 8 *αὐτ** L*[1] ‖ 10 *ἐβούλοντο L* ‖ 12 *ὑποσημήνεσθαι* (*ὑπὸ μη*νεσθαι L*[a]) *L* ‖ 15 *μέρος μὲν*] partem quidem aliquam ς ‖ 16 *παραγεγραμμένον L* ‖ 17 *καὶ prius om. L* ‖ 21 *πρότερον L*[1] ‖ *γνώμη ταῦτα L* ‖ 22 *τε om. L* ‖ 29 *διδόναι* (*διδότω corr. in mg.*) *ἐν τοῖς M* ‖ 30 *πράττει διά τινας ἀναγκαίας αἰτίας B*[s] ‖ 31 *ἀνθρώποις LB* ‖ 34 *παρασκευάσαι MLB*[s]] *παρασκευάσας B* ‖ 37 *τὸ ante σχῆμα om. L*

1 ex *om.* V^1 ‖ 4 *rubr.* Si res suas pater inter liberos distribuere uelit *R mg.* ‖ 8 ut a *vulg.*] in RV^2T ı* V^1 ut V^3 ‖ frai* V^1 ‖ eo *V* ‖ seruant R^2VT seruatur R^1 praeservent *vulg.* ‖ ad] et ad *R* ‖ 9 seniores eos contemptiones *R* ‖ 10 haec *V* ‖ 11 suis *om. R* ‖ hoc] hẽ (*i. e.* habere?) V^a ‖ 12 parte *R* ‖ 16 in descriptione] inscriptione *R* ‖ 17 posita *RVT* ‖ pars] posita R^1 ‖ 19 aut quicumque R^1 aut cuiusque gratia *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 21 sunt *R* ‖ est *RT*] scribentis et *V*, *om. vulg.* ‖ artifices R^1 ‖ operari *R* ‖ 22 contemptionis *RT* ‖ patris (*del.* V^3) alicuius partis *V* ‖ 25 res suas *R* ‖ 27 si *om. R* ‖ 28 hinc] hanc *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ si autem non hec *V* si hoc autem non *R* si autem hoc non *vulg.* ‖ 29 agat *vulg.*, ait R^1 ‖ plurimum *V* ‖ 30 *leg.* discriptiones *vel* distributiones? ‖ 33 res *om. V* ‖ 34 et quod secundum *bis scr.* V^1 ‖ 36 non hoc egerit *RT*] hoc non egerit *vulgo*, hoc neglexerit *V*

οὐ πράξειεν, ἀλλὰ διεσκεδασμένην οὕτως καὶ ἐν τοῖς πλείστοις ἀμάρτυρον ὑπογραφὴν ποιήσαιτο, ἴστω μηδὲν ἐντεῦθεν τοῖς παισὶ παρέξων ὄφελος, ἀλλ᾽ ὡς οὐδενὸς γενομένου διαιρήσονται τὴν οὐσίαν οἱ παῖδες, ταῖς ἀδήλοις καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον ἀμαρτύροις γραφαῖς οὐκ ἀκολουθοῦντες, οὐδὲ τῶν τὴν ὑπόθεσιν κρινόντων (οὓς δὴ τοῦ familiae erciscundae *καλοῦσιν οἱ νόμοι δικαστάς) ἕπεσθαι τούτοις ἀναγκαζομένων. Δεῖ γὰρ προνοεῖν ἀκριβῶς τῆς τῶν παίδων ἀσφαλείας καὶ μὴ τὸ μὲν ἀσφαλίζεσθαι, τὸ δὲ καταλιμπάνειν πλανώμενον, δυσκολωτέρων ἔτι καὶ ἀλύτων πολλάκις δὲ καὶ εἰς ἐγκλήματα φερουσῶν αἰτιῶν ἀφορμὴν παρεχόμενον. Περὶ μὲν οὖν διαδοχῶν τε καὶ συνεισφορῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν προειρημένων μέχρι τοῦδε νενομοθετήσθω.*

spersam sic et plerumque sine testimonio subscriptionem fecerit, sciat nihil hinc filiis sese praebiturum utilitatis, sed quasi nihil sit factum, divident substantiam filii, incertas et plerumque sine testimonio conscriptiones non sequentes, neque iudicibus causae, quos iudices familiae herciscundae leges appellant, has sequi cogendis. Oportet enim providere subtiliter cautelae filiorum et non aliud quidem munire, aliud sub errore relinquere, quod difficilium insuper et insolubilium, crebro etiam crimina ferentium causarum occasionem praestet. De successionibus itaque et de collationibus et aliis, quae praedicta sunt, usque in hoc sancitum sit.

CAPUT VIII.

Ἡ δὲ περὶ τὴν ἀγνωμοσύνην γινομένη παρά τινων σπουδὴ ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐποίησε τὴν τοῦ δήμου πάλαι νομοθεσίαν ἀποδέξασθαι, ἣν διά τινος τῶν οἰκείων ἔγραψε δημάρχων, τὴν τοῦ Ἀκουιλίου προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου δεξαμένην, καθ᾽ ἣν ἐξ ἀρνήσεως διπλαῖς ὑπέβαλε ταῖς εἰσπράξεσι τοὺς ἀγνωμονεῖν τε καὶ ἀρνεῖσθαι πειρωμένους· ὅπου γε δὴ καὶ ἄλλαι τινὲς ἀγωγαὶ πρὸς τὴν αὐτὴν ὥρμησαν τάξιν. ἀλλ᾽ ἡ κατὰ μικρὸν δοκοῦσα φιλανθρωπία λέληθε τὴν τῶν πονηροτέρων ἀγνωμοσύνην ἐκθρέψασα. Διὸ δὴ καὶ ἡμῖν ἀναγκαίως ἔδοξεν ἔχειν τὰς ἀπρεπεῖς τε καὶ οὐκ εὐσχήμονας τῶν ἀρνήσεων τῇ ῥηθείσῃ ζημιῶσαι ποινῇ. Εἰ γὰρ προφέροιτό τινος συγγραφή, ὁ δὲ αὐτὴν ἐξαρνοῖτο καὶ ταῦτα γράμματα ἔχουσαν αὐτοῦ, ὡς ἀναγκασθῆναι τὸν διώκοντα πράγματα ὑπομεῖναι περὶ τὴν σύστασιν αὐτῆς, ἢ τὰ μὲν γράμματα δέχοιτο, φήσειε δὲ μὴ καταβεβλῆσθαι τὸ χρέος αὐτῷ, καὶ συσταίη τούτῳ νομίμοις τρόποις ὁ διώκων· τὴν καταδίκην κατ᾽ αὐτοῦ διπλασίαν ἐφ᾽ ἑκατέρου θέματος γίνεσθαι θεσπίζομεν· οὐχ ὅτι τοῖς πικροτέροις τῶν νόμων ἡδόμεθα, ἀλλ᾽ ὅτι τὰς δίκας διὰ τούτων ἐλάττους ἀποτελοῦμεν· ὥστε τῷ δέει τῆς ποινῆς θᾶττον αὐτοὺς

Studium vero malivolentiae, quod fit ab aliquibus, necessarium nobis fecit plebis denuo legislationem approbare, quam per quendam suorum protulit tribunorum, quae Aquilii nuncupationem ab illo suscepit, secundum quam pro abnegatione duplicibus subdebat exactionibus malevolentes et abnegare temptantes; ubi etiam aliae quaedam actiones ad eundem coaptatae sunt ordinem. Sed paulatim putata clementia oblita est iniquorum enutrire malivolentiam. Quamobrem etiam nobis necessarium visum est indecentes et turpes abnegationes praedictae poenae subicere. Si enim protulerit aliquis scripturam, alter autem eam negaverit, cum litteras eius habeat, ita ut necessitatem patiatur actor causas pati circa probationem eius, aut litteras quidem suscipiat, dicat autem non solutum debitum sibi, et probaverit hoc legitimis modis actor: condemnationem adversus eum duplicem in utroque casu fieri sancimus; non quia amarioribus legibus delectamur, sed quia lites horum minores efficimus, quatenus timore poenae citius

13 *Περὶ μὲν διαδοχῶν — 27 extant B^{Σ}, 28 Ἐὰν προφέροιτο — c. IX προτέροις ἔστω* (136, 6) *B* 23, 1, 62 (*inde c. VIII B^{e} p.* 682 *Zach., item capitis VIII extremam partem Εἰ δὲ καὶ* (135, 28) . . . *et c. IX repetit B^{Σ}* 22, 1, 75). *cap. VIII summam ex Athan. habent Prochiron* 16, 12. 13; *Epanagoge* 28, 13—15. *v.* 21—28 *summatim excerpsit Anonymus Bodleianus* (*in Zachariae Ἀνέκδ.*) *p.* 212.

et maximam partem testibus destitutam conscriptionem fecerit, sciat se nihil inde utilitatis liberis praebiturum: sed perinde ac si nihil actum esset, liberi substantiam divident, incertas et plerumque sine testibus factas scriptiones non secuti; nec magis qui de causa iudicant (quos iudices familiae herciscundae leges vocant) illas sequi cogentur. Etenim accurate prospiciendum est securitati liberorum, neque aliud quidem muniendum aliud vero in errore relinquendum, quod difficiliorum etiam et inexplicabilium criminumque quaeque saepe adeo accusationes moveant copiam praebeat. De successionibus igitur et collationibus et reliquis, de quibus supra dictum est, hactenus sancitum esto.

VIII. *Malitiae vero studium quod a quibusdam exercetur necessitatem nobis imposuit antiquae legis a plebe latae comprobandae, quam scripsit per unum ex tribunis suis, Aquiliae nomine ab illo praeditam, per quam ex infitiatione dupli exactioni subiecit eos qui malitiose agere et infitiari conarentur; quandoquidem etiam aliae quaedam actiones ad eundem ordinem directae sunt. Atqui paulatim quae videbatur humanitas improbiorum hominum malitiam clam enutriit. Propterea etiam nobis necessarium visum est indecoras et parum honestas infitiationes poena modo dicta coercere. Etenim si cuius scriptura proferatur, ille vero eam infitietur, etiamsi litteras ipsius contineat, ita ut actor ad eam probandam negotia subire cogatur, sive litteras quidem agnoscat, neget vero debitum sibi solutum esse, atque id ipsum actor legitimis modis probet: sancimus, ut utroque casu damnatio adversus eum in duplum fiat; non quo acerbioribus legibus delectemur, sed quia hoc modo litium numerum minuemus: ut metu poenae citius illi*

6 *ἀκολουθ*τος* L^1 ‖ 7 *οὓς δὴ τοῖς* (*τῆς* L^2) *τούτων φαμιλίαν* (*φαμιλίας* L^2) *ἐκκαλοῦσιν L* ‖ 9 *πρὸσνοεῖν* L^1 ‖ 14 *νενομοθετῆσθαι* L^1 ‖ 16 *sq.* *Ἡ δὲ — σπουδὴ om. L* ‖ 17 *ἀναγκαῖον οὖν ἡμῖν L* ‖ 18 *πάλαι ML*] *παλαιὰν* B^{Σ} denuo (*i. e. πάλιν*) *ς* ‖ 19 *τὴν om. L* ‖ *ἀκολίου* L^{a} ‖ 21 *ὑπέβαλλε L* ‖ 22 *καὶ ἀρ|νεῖν τὲ καὶ ἀρνεῖσθαι* L^1 ‖ 23 *ἀλλ᾽ ἡ*] *ἀλλὰ* B^{Σ} ‖ 24 *λέλυθεν L ἐλελήθη* B^{Σ} (*ἐλελήθει Heimbach*) ‖ 31 **φήσοι* ML^1B^{f} *φήσει* B^{e} ‖ 33 *τούτῳ M*] *τοῦτο* B^{e} *τούτων* B^{f} *τοῦτον L* ‖ *τὴν κατ᾽ αὐτοῦ καταδίκην διπλάσιον* B^{f} ‖ 34 *θέματος*] *μέρους* B^{f} ‖ 36 *διὰ om. ς*

1 sic] hic R^1 ‖ 2 sese] esse *V* ‖ 3 diuidant *V* ‖ 5 conscriptiones] uoluntates (al. conscriptiones R^2 *s. v.*) *R* ‖ causas R^3 ‖ 6 herciscundede *V* ‖ 7 etenim *RT* ‖ 8 cautela *V* ‖ munire *suppl.* V^2 *in spat. vac.*, munere *R* ‖ 11 occasione V^1 ‖ 12 de *om. vulg.* ‖ 16 *rubr.* Si quis prolatam manum suam negat *R mg.* ‖ 17 necessarium *V*] necessariam *R vulg.* ‖ 18 quam] quando? V^1 ‖ quamdam R^1 ‖ 19 aquaelii *V* Aquiliae *vulg.* ‖ illo] alio (a*o R^1) *R* ‖ 20 sudebat *V* ‖ subdebat exactionibus subdebat exactionibus subdebat maleuolentes R^1 ‖ 22 actiones] uel actiones accipientes *V* ‖ 23 coapte sunt (*s. v.* comparantem sunt R^2) *R* ‖ 24 *oblita] oblata *libri* ‖ 25 nobis *om. V* ‖ 28 autem *om. V* ‖ cum haec litteras *V* ‖ 31 autem non solutum *om.* R^1 ‖ et *om.* V^1 ‖ 32 duplicem aduersus eum *R* ‖ eum *om.* V^1 ‖ 34 a maioribus *R* maioribus (maio|bus V^1) *V* ‖ eorum R^3 *vulg.* ‖ 35 minorumes (*sic*) R^1

λέγειν ἅπερ ὁμολογεῖν προσήκει. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων πᾶσι τρόποις τὰς καταδίκας τοῦτον βουλόμεθα φέρεσθαι τὸν τρόπον, καὶ εἰ παρὰ ταῦτά τι πράξειε δικαστής, γινωσκέτω ὡς παραβαίνων τὸν νόμον αὐτὸς ἐνέξεται ταῖς ἐντεῦθεν ποιναῖς. Ταῦτα δὲ φαμέν, εἰ μὴ περὶ τὰς ἀποδείξεις ὁ διώκων ἀπειπὼν ὅρκῳ τοῦ φεύγοντος τὴν μέχρι νῦν ἄρνησιν λυθῆναι βουληθείη. εἰ γάρ τι τοιοῦτο πράξειεν, εἰ μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς μετὰ τὴν ἄρνησιν ἐπαγάγοι τὸν ὅρκον, κἀκεῖνος εὐθὺς ὁμολογήσειε τὸ εἰς ἄρνησιν ἐνεχθέν, ἀκίνδυνος τό γε εἰς τὸ διπλάσιον ἔσται. Εἰ δὲ μακροτέρας γινομένης τῆς δίκης τηνικαῦτα ὁ διώκων ἐπαγάγοι τὸν ὅρκον, ὁ δὲ καὶ οὕτω τὸ ἐπαγόμενον ὁμολογήσειε, τῆς μὲν τοῦ διπλασίονος αὐτὸν ἐξαιροῦμεν ποινῆς, πᾶσαν δὲ τὴν δαπάνην τὴν μέχρι τότε γενομένην διὰ τὰς ἀποδείξεις τῷ ἐνάγοντι, ὅρκῳ τούτου κρινομένην, καταβάλλειν τὸν τὴν ἀρχὴν μὲν ἀρνησάμενον, ὕστερον δὲ ὁμολογήσαντα κελεύομεν. Εἰ δέ τις τὴν ἀρίθμησιν ἐπ᾽ αὐτῷ γενέσθαι τῶν χρημάτων ἀρνησάμενος, εἶτα ὕστερον χρήσαιτο καταβολαῖς παρ᾽ αὐτοῦ γενομέναις, τῷ τοιούτῳ μηδὲν ὄφελος εἶναι τῶν ταῖς ἀληθείαις καταβεβλημένων θεσπίζομεν, ἀλλ᾽ ὁλόκληρον αὐτὸν τὸ χρέος ἀπαιτεῖσθαι κελεύομεν, καὶ ταύτην μόνην ὑπέχειν τῆς ἀρνήσεως τὴν ποινήν (τοῦτο ὅπερ καί τις τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἔτυχε διαταξάμενος)· οὐδενὸς τῶν δικαζόντων οὐδὲ πρὸς τοῦτο ὑποκατακλινομένου, ἀλλὰ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ νόμου φυλάττοντος. Εἰ δὲ καὶ ὁ φεύγων προκομίσειε γράμματα τοῦ διώκοντος, εἶτα ἐκεῖνος ταῦτα ἀρνηθείη, ὁ δὲ συσταίη τούτοις, μὴ μόνον ἐκεῖνο λογιζέσθω περὶ οὗ τὰ τῆς ἀρνήσεως ἦν, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον ἕτερον προσκατατιθέτω. κἀνταῦθα δὲ ὁ περὶ τῆς τῶν ὅρκων δόσεως ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ἐνάγοντος εἰσαγέσθω λόγος.

dicant, quod confiteri competit. In talibus itaque omnibus modis condemnationem hoc fieri volumus modo, et si praeter haec egerit, iudicem scire, quia transcendens legem ipse tenebitur his poenis. Haec autem dicimus, nisi probationibus actor abrenuntians sacramento rei nunc usque negationem factam solvi voluerit. Si enim tale aliquid egerit, si quidem mox ab initio post abnegationem intulerit iusiurandum, et ille continuo confessus fuerit quod in negationem deductum erit, sine periculo erit quantum ad duplum. Si vero longiori facta lite tunc actor inferat sacramentum, at ille etiam sic, quod infertur, profiteatur, de dupli quidem eum eximimus poena; omnes vero expensas, quae usque tunc factae sunt propter probationes actori, iureiurando eius definitas, exsolvere eum qui ab initio quidem negavit, postea vero confessus est, iubemus. Si quis autem adnumerationem in se factam pecuniarum negans, postea utatur solutionibus a se factis, tali nullam utilitatem horum, quae vere soluta sunt, esse sancimus, sed totum eum debitum exigi praecipimus, et hanc solam sustinere negationis poenam (hoc quod etiam quidam ante nos imperatorum constituit), nullo iudicantium neque in hoc flectendo, sed integritatem legis custodiente. Si autem etiam reus proferat litteras actoris, deinde ille eas neget, at ille probet eas: non solum illud reputetur, de quo negatio fuit, sed etiam tantum aliud adiciat. Hic quoque de iurisiurandi datione similiter etiam in actore introducatur ratio.

CAPUT IX.

***Εἰ δὲ ἡ δίκη πράττοιτο διὰ κηδεμόνων** (οἷα καθεστῶσα προσώπων ἃ κηδεμόνων δεῖται), τὰς τοιαύτας τῶν ἀρνήσεων ποινάς, ὅταν ἐπ᾽ οἰκείοις αὐτῶν τῶν κηδεμόνων γίνοιντο γράμμασι, μὴ κατὰ τῶν κηδεμονευομένων, ἀλλὰ κατ᾽ αὐτῶν φέρεσθαι τῶν τὴν ἀσχήμονά τε καὶ ἀπρεπῆ ταύτην ἄρνησιν ποιησαμένων. Εἰ δέ τις ἑτέρα καταδίκης αὔξησις ἢ εἰς τὸ διπλοῦν*

Si vero lis agatur per curatorum forte constitutas personas, quae curatores respiciunt, huiusmodi negationis poenam, quando in ipsorum curatorum fuerit litteris, non adversus eos quorum sunt curatores, sed adversus eos ferri qui turpem et indecentem hanc negationem fecerunt. Si vero aliud

dicant, quae confiteri decet. In talibus igitur rebus omnino damnationes hoc modo peragi volumus: atque si iudex adversus haec quid fecerit, sciat se violata lege ipsum poenis inde statutis obnoxium fore. Haec vero dicimus, nisi actor probationibus renuntians iureiurando rei infitiationem qua is usque eo usus erat decidi voluerit. Nam si tale quid fecerit, siquidem statim ab initio post infitiationem iusiurandum detulerit, et ille statim id quod in infitiationem adductum erat confessus sit, quod attinet ad duplum expers periculi erit. Si vero lite longius prolata demum actor iusiurandum detulerit, ille vero sic quoque confiteatur id quod defertur, dupli quidem poena eum eximimus, omnes autem sumptus usque eo probationum causa factos ab actore iureiurando eius definiendos eum, qui initio quidem infitiatus, deinde vero confessus est, solvere iubemus. Quodsi quis numerationem pecuniae sibi factam esse infitiatus, postea solutiones a se factas alleget, ne tali homini quicquam prosint ea, quae revera soluta sunt, sancimus, sed integrum debitum ab eo exigi iubemus atque hanc eum solam subire infitiationis poenam (id quod etiam unus ex imperatoribus, qui ante nos fuerunt, constituit); ut ne in hac quidem re iudex ullus flectatur, sed legis subtilitatem servet. Quodsi etiam reus litteras actoris proferat, isque eas infitietur, ille vero easdem probet, non illud solum, de quo in infitiatione agebatur, computet, sed etiam alterum tantum adiciat. Ceterum ibi quoque de iureiurando praestando ratio pariter etiam in actore instituatur.

IX. *Quodsi lis per curatores agatur (utpote quae sit personarum quae curatoribus egent), eiusmodi poenae infitiationum, quando de propriis ipsorum curatorum litteris fiunt, non adversus eos qui sub cura sunt, sed adversus ipsos qui indecora et inhonesta hac infitiatione usi sunt, statuantur. Si vero*

1 *ἐπὶ μὲν — 5 ποιναῖς om.* B^s ‖ 3 *πράξειεν ὁ δικαστὴς B* ‖ 5 *ἐντεύξεται B* ‖ 7 *τὴν] τὸν* L^1 ‖ 8 *τοιοῦτό τι* B^s ‖ *ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς* B^f ‖ 10 *ἀκίνδυνος ML] ἀκίνδυνον* B^f *ἀκινδύνως* B^s *Haloander* ‖ 11 *μικροτέρας* L^1 ‖ *γενομένης* B^s ‖ 15 *sq. τὴν δαπάνην τὴν] τῶν δαπανῶν τοῖς* L^1 ‖ 15 *γινομένοις* L^1 *γινομένην* L^2 *γεγενημένην* B^s ‖ 16 *ἐνάγοντι τῷ ὅρκῳ* B^s ‖ 18 *τις om.* B^f ‖ *ἀπαρίθμησιν* B^f ‖ 19 *ἐπ᾽ αὐτῷ MBς] ἐπ᾽ αὐτὸν* L^1 *ἐπ᾽ αὐτῶν* L^2; *leg. ἑαυτῷ?* ‖ 24 *τοῦτο — 26 διαταξάμενος om.* B^s ‖ 25 *αὐτοκρατόρων om. L* ‖ *διαπραξάμενος* B^f, *quod non improbat Zachariae, ad decisionem forte ad preces vel in auditorio latam referens. Certe eiusmodi constitutio non extat* ‖ 27 *ὑποκατακλινομένων* M^a ‖ 28 *προσκομίσειε M* ‖ *γραφὴν* B^Σ *πράγματα* B^f ‖ *τοῦ διώκοντος γράμματα* B^s ‖ 29 *ὁ δέ] οὐδὲ* L^1 ‖ 30 *τοῦτο* B^sL^2 ‖ 32 *προσκατατιθέστω L προσκατατιθέσθω B* ‖ 36 *οἰκείοις om. ς* ‖ 37 *γένοιντο* BB^Σ ‖ *τῶν om.* B^Σ ‖ 40 *ἑτέρας* B^Σ ‖ *διπλάσιον — τριπλάσιον* (136, 1) B^Σ

2 omnio V^a ‖ 4 lege R^1 ‖ his] *leg.* hinc? ‖ 5 aut *V* ‖ 8 intulit V^1 ‖ 9 negatione *V* ‖ 10 deuctum R^1 ‖ *alterum* erit *om. R* ‖ 13 eum *om.* R^1V^1 ‖ ex minimis V^1 ‖ 16 ab initio] abitio V^1 ‖ 18 postea uero utatur *R* postea non utatur *V* ‖ 19 factis a se *R* ‖ tali] homini *add.* R^2 *vulg.* ‖ 20 solute *V* ‖ 21 totum] totum esse R^1 ‖ debitum eum *R* ‖ exigimus R^1 ‖ 22 quod *om. R* ‖ 23 quidem *V* ‖ 28 tantum] inter R^1 ‖ 34 *rubr.* Si lis per procuratorem uentiletur *R mg.* ‖ per procuratorum VR^2 ‖ constitutas] constituta in *Osenbrüggen* ‖ 35 respiciunt] recipiunt *Osenbrüggen*; *leg. vid.* requirunt ‖ 36 poenam *vulg.*] pena *V* pene *RT* ‖ in ipsorum] impiorum V^1 ‖ 37 eos ferri quorum sunt R^a ‖ curatores] curatoq*st V^1 ‖ 39 fecerint *R*

ἢ εἰς τὸ τριπλοῦν ἢ εἰς τὸ τετραπλάσιον παρὰ τῶν ἀρχαίων νόμων ἢ τῶν βασιλικῶν εἰσῆκται διατάξεων, μενέτω μὲν ἐκείνη κατὰ τὸ οἰκεῖον σχῆμα, καθάπερ αὐτὴν ἡμεῖς ἐν τοῖς ἡμετέροις ἰνστιτούτοις καὶ διγέστοις καὶ τῷ τῶν διατάξεων ἐνομοθετήσαμεν βιβλίῳ· τὸ δὲ νῦν τοῦτο προσθήκη τοῖς προτέροις ἔστω.

condemnationis augmentum aut in duplum aut in triplum aut in quadruplum ab antiquis legibus aut principum introductum est constitutionibus, maneat quidem illud secundum propriam formam, sicut nos illud in nostris Institutis et Digestis et Constitutionum sancivimus libro: hoc autem nunc augmentum priorum sit.

CAPUT X.

Κἀκεῖνο δὲ στασιασθὲν ἐν δικαστηρίοις οἰόμεθα χρῆναι κάλλιον ἤπερ ἅπαντες οἱ πρὸ ἡμῶν διαρθρῶσαί τε καὶ τάξαι. Εἰ γάρ τις ἐγκαλοῖτο πράγματα κατέχειν ἑτέρου, φάσκοι δὲ οὐκ εἶναι τὰ πράγματα ἐκείνου, περὶ οὗ φησιν ὁ διώκων, ἀναγκασθείη δὲ ὁ τὴν ἐναγωγὴν ποιούμενος ἢ συμβολαίοις ἢ μάρτυσιν ἢ ἑτέροις πόνοις χρήσασθαι πρὸς τὸ δειχθῆναι τὰ πράγματα ἐκείνου καθεστάναι, εἶτα ὕστερον ὁ μέχρι παντὸς διαρνηθεὶς ἐκείνου ταῦτα μὴ γενέσθαι χρῆσθαι βουληθείη τοῖς ἐξ ἐκείνου δικαίοις καὶ φάσκειν, ὡς ἐξ ὑποθηκῶν ἢ ἑτέρων αἰτιῶν εἰς ἐκεῖνο τὸ πρόσωπον ἀναφερομένων κυριώτερός ἐστι τοῦ τὴν δίκην κινοῦντος· αἱ μὲν ἄλλαι πᾶσαι σχολαζέτωσαν γνῶμαι αἱ τοῖς πρὸ ἡμῶν παραστᾶσαι, μετρία δέ τις καὶ φιλάνθρωπος καὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐστοχασμένη ποινὴ τοῖς ἀρνηθεῖσιν ἐπαγέσθω. ὑπὲρ γὰρ τῆς περὶ ταῦτα ἀρνήσεως καὶ τῶν τοῦ διώκοντος πόνων καὶ λεγομένης ἔτι τῆς δίκης ἐπὶ τὸν διώκοντα μετατιθέσθω τῶν πραγμάτων, περὶ ὧν ἡ ζήτησις γέγονεν, ἡ νομή· ἄδειαν ἔχοντος τοῦ ταύτην ἀποδιδόντος, εἴ τινα δίκαια ἔχοι ἐξ ἐκείνου τοῦ προσώπου, περὶ οὗ πρότερον τὴν ἄρνησιν ὑπέμεινε, προσήκοντα αὐτῷ, ταῦτα προτιθέναι καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ δικαίου τυγχάνειν, τῆς ποινῆς ἐν μόνῃ τῇ μεταστάσει τῆς νομῆς περιισταμένης.

Ταῦτα ἡμῖν ὑπέρ τε διαδοχῶν καὶ συνεισφορῶν καὶ νεμήσεων καὶ τῆς τῶν δικαζομένων ἀσφαλείας καὶ τοῦ τὰ τῶν δικῶν ἐλαττῶσαι πλήθη καὶ ἐξηύρηται καὶ νενομοθέτηται, καὶ ἐκ τοῦ λοιποῦ χρόνου κρατήσει· ὅπως ἂν καὶ τὰς διαδοχὰς εἰδεῖεν καὶ τὰς συνεισφορὰς μὴ ἀγνοοῖεν καὶ περὶ τὰς νεμήσεις μὴ στασιάζοιεν, καὶ μήτε προχείρως ταῖς τῶν οἰκείων γραμμάτων ἐπιπηδοῖεν ἀρνήσεσιν οἱ πονηρεύεσθαι βουλόμενοι μήτε τὰς ἀριθμήσεις ἐξαρνοῖντο μήτε ὕστερον ἴσως

Illud quoque in iudiciis arbitramur oportere melius quam omnes ante nos determinare et constituere. Si quis enim conventus fuerit res habere alterius, ille vero dicat non esse res illius, de quo dicit actor, et cogatur, qui actionem inferet, aut documentis aut testibus aut aliis uti laboribus, ut ostendat res illius esse, postea vero is, qui semper abnegaverat illius haec non fuisse, uti voluerit illius iure et dicere, quia ex hypotheca aut aliis causis in illam personam relatis propinquior est quam ille, qui causam movet: aliae quidem sententiae vacent, quae prioribus nostris placuerunt, mediocris autem quaedam et clemens et ipsi causae conveniens poena abnegantibus inferatur. Pro abnegatione namque circa haec et actoris laboribus, dum adhuc causa dicitur, ad actorem transferatur rerum, de quibus est quaestio facta, possessio, licentiam habente eo qui hanc reddet, si qua iura habeat ex illa persona, de qua prius negationem passus est, competentia sibi, haec proponere et legem et iustitiam promereri, poena in sola translatione possessionis constituta.

Haec a nobis pro successionibus et collationibus et distributionibus et litigantium cautela et ut multitudo litium minuatur, et adinventa sunt et sancita, et de cetero tenebunt, quatenus et successiones agnoscant et collationes non ignorent et circa distributiones non resultent et neque petulantes suarum litterarum abnegationibus insiliant malignari volentes neque adnumerationes abnegent neque postea forsan solutio-

cap. X Κἀκεῖνο .... περιισταμένης (30) *extat B* 59, 11, 13 (9 Εἴτις ἐγκαλοῖτο ..... περιιστ. B^s *p.* 94 *Zach.*).

quod aliud damnationis augmentum sive in duplum sive in triplum sive in quadruplum veteribus legibus vel principum constitutionibus introductum est, illud quidem in statu suo maneat, quemadmodum id in nostris Institutionibus et Digestis et constitutionum Codice sanximus: hoc autem quod nunc constituimus, additamentum ad priora esto.

X. *Atque illud quoque quod in iudiciis disceptatum est melius quam qui ante nos fuerunt omnes existimamus conformandum et ordinandum esse. Si quis enim arguatur res alterius detinere, neget vero res esse illius de quo actor loquitur, ut is, qui actionem intendit, vel instrumentis vel testibus vel aliis curis uti cogatur quo probet res illius esse: ac postea is, qui usque eo infitiatus erat res illius esse, iustis ab illo repetitis uti voluerit ac dicere, ex hypothecis aliisve causis ad illam personam referendis se potiorem esse eo, qui litem movet: ceterae quidem omnes sententiae cessent, quae antecessoribus nostris placuerunt, modica vero quaedam et humana ipsique rei accommodata poena infitiantibus imponatur. Etenim pro infitiatione de his adhibita et pro actoris negotiis etiam dum causa agitur ad actorem transferatur rerum, de quibus quaestio mota est, possessio; cum ei, qui hanc restituit, si quae iura habeat a persona illa, de qua antea infitiationem sustinuit, sibi debita, ea proponere et ius et aequum consequi liceat: ut poena in sola translatione possessionis contineatur.*

Haec nobis et de successionibus et collationibus et divisionibus et litigantium securitate et ut litium multitudo minueretur et excogitata et sancita sunt ac tempore futuro valebunt: quo et successiones sciant neque collationes ignorent neque circa divisiones disceptent, ac neque temere ad propriae scripturae infitiationem properent, si qui malitiose agere velint, neque pecunias numeratas infitientur neque postea

1 τετραπλοῦν *B* ‖ 4 αὐτὴν MB^{Σ}] αὐτῶν *L* αὐτὸ *Haloander, om. B* ‖ καὶ διγέστοις] τὲ καὶ διγέστοις LBB^{Σ} ‖ 7 στασιασθὲν *om.* ς ‖ ὠόμεθα LB^{p} ‖ 9 γὰρ *om. B* ‖ 10 κατέχειν — πράγματα *om. L* ‖ 11 ἀναγκασθῆ B^{s} ‖ 12 ἀγωγὴν *L* ‖ 16 δίκοις *L* ‖ φάσκειν MB^{s}] φάσκει *L* φάσκοι B^{f} ‖ 18 ἀναφαινομένων B^{p} ‖ 19 μὲν] μὲν οὖν *B* ‖ 20 ταῖς *M* ‖ 21 αὐτὸ *L* ‖ 36 *εἰδοῖεν *ML* ‖ 40 μήτε] μήποτε *L*

1 condemnationis] negationis *R* ‖ 3 maneat secundum illud quidem formam propriam *V* ‖ 5 sanctiuimus *V*] sancimus *R vulg.* ‖ 8 omnes V^{2} *in ras.* ‖ 10 res non esse *V* ‖ 11 et *om.* V^{1} ‖ inferet $R^{1}T$] inferret *V* infert R^{2} *vulg.* ‖ 14 non *om. R* ‖ 15 dicere] dote R^{1} ‖ 23 licentia V^{1} ‖ 24 reddet] credet V^{a} reddit V^{b} ‖ habeat *V vulg.*] habet *RT* ‖ 27 penam *V* ‖ 32 pro collationibus et successionibus et distributionibus V^{2} pro successionibus *rell. om.* V^{1} ‖ 33 et ut *vulg.*] haec (*del.* R^{3}) ut *R* * ut V^{1} z̄ (= etiam?) ut V^{3} ‖ 34 et *ante* adinuenta *erasum in V* ‖ sancitaſ V^{a} ‖ 36 *sed circa *libri* ‖ 37 peccu-lantes R^{1}; *leg.* petulanter?

καταβολαῖς χρῷντο μήτε τὰ ἐξ ὧν κατέχουσι τὰ πράγματα διαρνοῖντο προσώπων, ἀλλὰ μέτριοί τε καὶ ἐπιεικεῖς καὶ ἀληθεῖς ἐκ τῶν πραγμάτων φαινόμενοι μετρίας ἀπολαύοιεν καὶ τῆς δίκης.

nibus utantur neque res ex quibus detinent abnegent personis, sed mediocres et mites ex causis ostensi mediocri potiantur etiam iudicio.

CAPUT XI.

Τὸ δὲ πονηρῶς παρά τινων ἀμφισβητηθὲν ἐπί τισι τῶν ἡμετέρων διατάξεων καὶ ἐν δίκαις μὲν πολλαῖς κινηθέν, δίκαιον δὲ ὂν μηκέτι ζητεῖσθαι, τῷ παρόντι προσάπτομεν νόμῳ. Διαταξαμένων γὰρ ἡμῶν ὡς, εἴ τις βλέψειε πρὸς γυναῖκα φιλάνθρωπον, καὶ ταύτην εἰσοικίσαιτο προικῴων συμβολαίων χωρίς, εἶτα καὶ ποιήσαιτο παῖδας, ὕστερον δὲ γαμικήν τε πρὸς αὐτὴν ἀναλάβοι διάθεσιν καὶ γράψειε συμβόλαια τοιαῦτα καὶ παιδοποιήσειε, μὴ μόνον τοὺς μετὰ ταῦτα τεχθέντας παῖδας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔμπροσθεν καθεστάναι γνησίους· καὶ διὰ τὴν τῶν σοφιζομένων τε καὶ κακούργως ἑρμηνευόντων δεινότητα καὶ ἑτέραν γραψάντων διάταξιν, ὡς ταῦτα βουλόμεθα κρατεῖν, εἰ καὶ δεύτεροι μὴ γένοιντο μετὰ τὸ προικῷον παῖδες ἢ γενόμενοι τελευτήσαιεν· ἐξεῦρόν τινες καὶ ἑτέραν ἀμφισβήτησιν, μὴ δεχόμενοι ταῦτα κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν ἀπελευθέραις συνοικούντων· καίτοιγε τοῖς ὀρθῶς ἐστοχασμένοις τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ καὶ τοῦτο ἦν ἔχειν ἤδη νενομοθετημένον. Εἰ γὰρ ὁ πρὸς ἀπελευθέραν οὐ καθάπαξ ἐκεκώλυτο γάμος, πρόδηλον ἦν, ὡς καὶ ἐπ᾽ ἐκείναις ταῦτα κρατεῖν ἠβουλόμεθα. πλὴν ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦτο ὅλως ἠμφισβήτηται, θεσπίζομεν· εἴ τις γαμετὴν οὐκ ἔχων γνησίαν ἢ παῖδας νομίμους πρὸς θεράπαιναν οἰκείαν σχοίη κατά τινα βελτίονα γνώμην καὶ δὴ καὶ παιδοποιήσειεν ἐξ αὐτῆς ἐν δουλείᾳ καθεστώσης, ὕστερον δὲ ἐλευθερίᾳ τιμήσειε καὶ τὴν θεράπαιναν καὶ τοὺς φύντας καὶ δίκαιον αὐτοῖς χρυσῶν αἰτήσειε δακτυλίων καὶ πρός γε καὶ παλιγγενεσίας καὶ πρὸς τοὺς εὐγενεῖς κατὰ τούτους ἀνενέγκοι τοὺς τρόπους καὶ τὸν γάμον βεβαιώσειεν, ὕστερον δὲ καὶ γαμικὰ γράψειε συμβόλαια, καὶ ἢ γένοιντο παῖδες μετὰ ταῦτα ἢ καὶ μὴ γένοιντο (ἵνα τὰ ἑκατέρας ἡμῶν

Quod autem maligne ab aliquibus dubitatur in quibusdam nostris constitutionibus et in iudiciis quidem plurimis motum est, cum sit iustum ulterius non quaeri, praesenti coniungimus legi. Constituentibus enim nobis ut, si quis respexerit aliquam ad mulierem clemens et hanc sortiatur absque dotalibus documentis, deinde faciat filios, postea vero maritalem ad eam receperit affectum et scripserit huiusmodi instrumenta et fecerit filios, non solum eos, qui post haec nati fuerint filii, sed etiam priores esse legitimos; et propter circumvenientium et maligne interpretantium calliditatem etiam aliam scribentibus constitutionem, quia haec volumus tenere, licet secundi non sint nati post dotem filii aut existentes moriantur: adinvenerunt quidam etiam aliam dubitationem, non recipientes haec tenere in his qui libertabus copulantur, cum utique recte conicientibus nostram intentionem et hoc fuerit iam sancitum. Si enim ad libertam non omnino nuptiae prohibentur, certum fuit quia etiam in illis haec tenere volumus. Sed quoniam utique hoc dubitatum est, sancimus: si quis uxorem non habens legitimam aut filios legitimos ad ancillam propriam habuerit quandam meliorem sententiam et filios protulerit ex ea in servitio constituta, postea vero libertate honoraverit et ancillam et natos et ius eis aureorum petierit anulorum et regenerationis et inter ingenuos secundum istos reduxerit modos et nuptias confirmaverit, postea vero nuptialia conscripserit documenta, et aut fuerint filii postea aut non fuerint (⟨ut⟩ utrosque nostrae constitutionis amplectamur

cap. XI excerpta leguntur in Appendice Eclogae III (Zachariae Ἀνέκδ. p. 186), eadem in Ecloga ad Prochiron mutata 28, 7. 8. — νεαρὰν ιη′ κεφ. θ′ ἐν ᾧ καὶ περὶ ἀπελευθέρας φησὶ γινομένης γνησίας τῇ τῶν προικῴων ποιήσει citat schol. B^s (ed. Zachariae p. 534).

26 *θεσπίζομεν* — 138, 7 *extant B* 32, 1, 2 (*ex* B^s *p.* 419 *Zach.*).

fortasse solutiones allegent neque res personarum a quibus eas tenent esse negent: verum ut idonei et aequi et veraces ex rebus probati idoneo etiam iudicio fruantur.

XI. *Quod autem de quibusdam constitutionibus nostris prave a quibusdam in dubium vocatum et in multis quidem causis agitatum est, cum de eo non amplius quaeri par sit, praesenti legi adnectimus. Cum enim nos constituerimus, ut, si quis benevolenter respexerit ad mulierem eamque sine dotalibus instrumentis domum deduxerit indeque etiam liberos susceperit, postea autem coniugali erga eam affectu adsumpto eiusmodi instrumenta scripserit et liberos procreaverit, non solum liberi postea nati, sed etiam qui prius nati sunt legitimi sint; porro cum propter artificia cavillantium et malitiose interpretantium alteram quoque constitutionem scripserimus, velle nos haec valere etiam si secundi liberi post dotalia instrumenta non sint nati aut, qui nati sint, decesserint: quidam aliam quoque excogitaverunt dubitationem, cum non concederent haec etiam de iis valere qui libertabus uterentur coniugibus: tametsi consilium nostrum recte assecutis hoc quoque in promptu erat lege iam sancitum. Nam si cum liberta nuptiae non protinus prohibitae sunt, manifestum erat nos de illis quoque ea valere voluisse. Atqui cum de eo omnino dubitatum sit, sancimus: si quis uxorem legitimam non habens vel liberos legitimos in ancillam suam aliquatenus voluntate bona affectus sit atque ex ea in servitute constituta liberos quoque procreaverit, postea vero et ancillam et natos libertate honoraverit et ius iis anulorum aureorum et insuper natalium restitutionem petierit eosque hoc modo inter ingenuos rettulerit ac nuptias confirmaverit, deinde autem etiam nuptialia instrumenta conscripserit, sive liberi postea nascantur sive non nascantur (ut utriusque nostrae constitutionis casus*

3 *καὶ ἀληθεῖς om.* ς ‖ 7 *ὂν*] *ὃν M ἦν* L^1 *ἦν* L^2 ‖ 8 *διαταξαμένων*] *Cod.* 5, 27, 10 ‖ 9 *φιλάνθρωπον M*(ς)] *φιλανθρωπίαν* L^1 *φιλανθρώπως* L^3 *φιλανθρωπικῶς* L^2 ‖ 11 *ποιήσοιτο M ποιήσει L* ‖ 17 *διάταξιν*] *Cod.* 5, 27, 11 ‖ *ταῦτα* ML^2ς] *ταὐτὸν?* L^1; *leg. ταὐτὰ?* ‖ *εἰ δὲ καὶ L* ‖ 18 *δεύτεροι L*ς] *δεύτερον M* ‖ *μετὰ τῶν προικῴων* (*προικώων* L^2) *L* ‖ 19 *τελευτήσειεν L* ‖ *ἕτερα L* ‖ 20 *δεχόμενα L* ‖ 22 *ἔχειν om.* ς *Haloander* ‖ 25 *ἢ βουλόμεθα* L^1 volumus ς ‖ 27 *ἢ παῖδας νομίμους om. LB* ‖ 28 *κατά om.* ς, *delet Hombergk* ‖ 30 *καὶ om. LB* ‖ *θεράπαινα L* ‖ 31 *καὶ τοὺς* — 34 *τρόπους om. LB* ‖ 32 *πρός γε καὶ om.* ς ‖ 34 *ὕστερον M*] *ἔπειτα LB* ‖ *δὲ om. B* ‖ 35 *συμβόλαια συγγράψειε B* ‖ *καὶ ἢ M*] *καὶ εἰ LB*

1 *post* abnegent *verba* neque postea — neque res (136, 39 *sq.*) *repetit* R^a ‖ 2 personis R^2 *in ras.* ‖ ex] et R^1 ‖ 3 ostensi V^1T ostensis RV^2 ‖ patiantur R^1 ‖ etiam et iuditio *R* ‖ 5 *rubr.* Quomodo concubine seruilis conditionis constitute legittime uxores fiant *R mg.* ‖ (Q)uid V^1 ‖ dubitabatur R^aT ‖ 6 quibusdam] quid** V^1 ‖ 9 respexit aliquem *V* ‖ ad *R*] *om. VT vulg.* ‖ 12 et *om.* R^1 ‖ 14 haec *om. V* ‖ 16 scribentibus aliam *V* ‖ 20 haec *om.* R^1 ‖ 21 libertatibus R^1 li*** V^1 ‖ 22 fuerit sanctitum iam *V* ‖ 24 tenere] tenere in illis R^a ‖ 25 hoc dubitatum utique *V* ‖ 29 postea] et postea *V* ‖ donauerit V^2 ‖ 30 eis *om. V* ‖ 31 inter] int* V^a ‖ inge*uos R^1 ‖ 32 secundum] * R^1 ‖ istos *V*] iustos *R vulg.* ‖ 35 ut *add. vulg.* ‖ utriusque *vulg.* ‖ nostro V^a nostros R^1

διατάξεως συλλάβοιμεν θέματα)· ἔστω καὶ ἡ γυνὴ γνησία καὶ οἱ παῖδες ὑπεξούσιοι καὶ suoi *καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονόμοι τῷ γεγεννηκότι (φαμὲν δὲ τοὺς πρὸ τῶν προικῴων τεχθέντας)· τῶν ὁδῶν, δι' ὧν εἰς εὐγένειαν κατὰ τὸ προειρημένον ἀφίκοντο, καὶ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν προικῴων ποιήσεως τὸ γνήσιον αὐτοῖς χαριζομένων.*

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ καλῶς ἡμῖν καὶ ὁσίως παραστάντα καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἀπραγμοσύνης ἐξηυρημένα ἐν ἅπασι τοῖς ἔθνεσιν οἷς ἄρχει διὰ κηρυγμάτων οἰκείων ποιησάτω φανερά, ὥστε γινώσκειν αὐτούς, ὡς οὐδεμία μεγίστη φροντίς, δι' ὧν ἀεί τι προστίθησιν ὁ θεὸς τοῖς ἡμετέροις σκήπτροις, ἔξω καθίστησιν ἡμᾶς τῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιμελείας τε καὶ προνοίας.*

Dat. k. Mar. CP. ⟨post⟩ cons. Belisarii v. c. [*a.* 536.]

casus): sit et uxor legitima et filii sub potestate ipsius et sui et ab intestato heredes genitori (dicimus autem eos, qui ante nuptias nati sunt); vias, per quas ad ingenuitatem, secundum quod praedictum est, venerant, celebratione postea dotalium ius legitimorum eis praebentes.

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur excellentia, quae bene nobis et sancte visa sunt et pro nostrorum quiete adinventa, omnibus gentibus quibus praeest per praecepta propria faciat manifesta, ut agnoscant, quia nulla maxima cura, per quam semper aliquid adicit deus nostris sceptris, extra nos consistit pro eorum sollicitudine et providentia.

Dat. k. Mar. CP. post cons. Belisarii v. c.

ΙΘ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟ ΤΩΝ ΠΡΟΙΚΩΙΩΝ ΣΥΜΒΟΛΑΙΩΝ ΤΙΚΤΟΜΕΝΩΝ ΠΑΙΔΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Ā ⟨*Προοίμιον.*⟩ *Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ἀμφισβήτησιν ματαίαν τισὶν ἐμπεσεῖν, εἰ τὰ νομοθετηθέντα παρ' ἡμῶν περὶ τῶν παίδων τῶν γενομένων πρὸ τῆς τῶν προικῴων ποιήσεως, ὕστερον τῶν προικῴων γενομένων, οὐκ εἰς τοὐπίσω φέρεται ἐπὶ τῶν μὴ ψήφῳ ἢ διαλύσει τετμημένων ζητήσεων· καίτοιγε ἡμῶν, ὅτε κατὰ μέρος ἐτίθεμεν τοὺς νόμους, ῥητῶς κατὰ τὴν πρώτην διάταξιν τὴν ταῦτα νομοθετοῦσαν μνησθέντων, ὡς, εἴτε περίεισιν αὐτοῖς οἱ πατέρες εἴτε ἐτελεύτησαν, οὔπω μέντοι τὰ κατὰ τὰς τοιαύτας ζητήσεις*

XIX. Coll. III tit. 6

DE FILIIS ANTE DOTALIA INSTRUMENTA NATIS.

Imp. Iustinianus A. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Pervenit ad nos dubitationem vanam quibusdam incidisse, si, quod sancitum est a nobis de filiis procreatis ante dotium celebrationem, postea dotibus factis, non et in praeteritum feratur in his quae non decreto aut transactione sunt terminatae quaestionibus: nobis utique, cum particulariter poneremus leges, expressim in prima constitutione, quae haec sancivit, memorantibus, ut, sive supersunt eis patres sive defuncti sunt, nondum tamen huiusmodi quaestiones aut sententiis aut trans-

Nov. XIX (= *Coll. III tit.* 6: *gloss.*) *Graece extat in MLA* (*in hoc est τίτλος* ϛ̄). — *Epit. Theod.* 11, *Athanas.* 11, 2.

---

comprehendamus): et uxor esto legitima et liberi in potestate et sui et genitori ab intestato heredes (dicimus autem natos ante dotalia instrumenta); cum ipsae viae, per quas ad ingenuitatem modo praedicto pervenerunt, et quae secuta est confectio dotalium instrumentorum ius legitimorum illis praestent.

Epilogus. Tua igitur sublimitas ea quae recte nobis et sancte placuerunt et pro subditorum nostrorum tranquillitate excogitata sunt, in omnibus provinciis, quibus praeest, per edicta propria manifesta faciat: ut cognoscant nullam ex maximis curis, per quas deus semper aliquid sceptris nostris adiungit, nos alienos reddere a sollicitudine et providentia pro illis habenda.

XIX.

DE LIBERIS ANTE DOTALIA INSTRUMENTA NATIS.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Perlatum est ad nos, dubitationem inanem quibusdam incidisse, quae a nobis sancita sunt de liberis natis ante dotalia instrumenta facta, ut tamen postea fierent dotalia instrumenta, an etiam retrorsum referantur ad quaestiones sententia aut transactione non decisas. Quamquam nos, cum singulatim leges ferebamus, expresse in prima constitutione de his lata memoravimus, sive parentes superstites sive defuncti sint, necdum vero quae ad eiusmodi quaestiones pertinent aut sententiis aut trans-

---

1 *καὶ ἔστω ἡ M* ‖ 2 *σοῦοι L γνήσιοι B* ‖ 5 *τῆς M, L^2 corr.*] *τὰς L^1 τοὺς L^2 pr.* ‖ 6 *τῶν*] *τῆς τῶν L* ‖ 7 *χαριζομένης L* ‖ 10 *ὑπηκόων om.* ϛ ‖ *ἐξευρημένα L* ‖ 14 *σκήμπτροις L* ‖ 16 k. Mar. (*cf. nov. LXVI* 1 § 2) *M Ath.* (*μηνὶ μαρτίῳ Theod.*). *Exemplar novellae latine scriptum ad Salomonem pp. Africae datum est kal. April.* (*cf. nov. LXVI l. c.*) ‖ post cons. Belisarii v. c. ϛ (*μετὰ ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*; dat. p. c. Bilisarii *Iul.*), bilis|sarii ūc cons. *M* (*ὑπατείας Βελισαρίου Ath.*) ‖ 18 *πρὸ τῶν om. L* (*πρὸ add. s. v. L^2*), *προϊόντων A* ‖ 19 *τικτομένων*] *προόντων A* ‖ 21 *Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς αὔγουστουστος* (sic) *ἰωάννῃ A* ‖ *ἐπάρχῳ Ath.*] *ὑπάρχῳ libri* ‖ 22 *ἕω M*] *ἑώας A αἰώας L* ‖ 23 *πατρικίων MA* ‖ 24 *Ā notat L* ‖ 25 *τισὶν*] *om. Theod.* ‖ 26 *περὶ παίδων A* ‖ *γεννομένων L^1 γεννωμένων L^2* ‖ 27 *γινομένων A* ‖ 28 *οὐκ εἰς*] *ἂν εἰς A* non et in (*i. e. οὐ καὶ εἰς*) ϛ ‖ *ψήφῳ ἢ L^2*] *ψήφων MA ψίφω L^1* ‖ 30 *ῥητῶς*] *τὰ ῥητῶς A* ‖ *τὴν πρώτην διάταξιν*] *Cod.* 5, 27, 10 ‖ 32 *εἴγε περίεισιν A* ‖ 33 *τὰ*] *τὰς L^1*

1 casu V^2 ‖ 3 eis V^1 ‖ viis *et* 6 praebentibus *vulg.* ‖ 5 ueniant V^3 ‖ celebrationem R^1 et celebratione *vulg.* ‖ 9 visa] iussa *V* ‖ 10 quibus] qui R^1 ‖ per *om.* V^1 ‖ 13 extra nos] extraneos R^1 ‖ 16 *subscr. dedimus ex Bamb. II et Orielensi* ‖ Cap. *Bamb.* ‖ post consln. *Oriel.* uic. cst. *Bamb.* ‖ Bilisario uic. (x̄ *Oriel.*) consule *Oriel., Bamb. II* ‖ 27 ferantur R^1 ‖ 28 determinate *V* ‖ 30 expressam V^1 *al.* ‖ in prima] ini•• V^1 in nostra V^2 ‖ 32 supersint *et* sint *vulg.* ‖ 33 quaestionis V^1

ἢ ψήφοις ἢ διαλύσεσιν ἔλαβον πέρας, πάντως οὕτω κρίνεσθαι, ὡς ὁ ἡμέτερος λέγει νόμος. ὃν ἀναπληροῦντες καὶ δεύτερον τεθείκαμεν νόμον, τὰ αὐτὰ κρατεῖν θεσπίζοντες, καὶ εἰ μὴ μετὰ τὰ προικῷα γένωνται παῖδες ἢ γενόμενοι τελευτήσουσιν, οὐδὲν ἧττον καὶ τοὺς πρὸ τῶν προικῴων τεχθέντας γνησίους εἶναι· καὶ ἐπὶ ταύτης ὁμοίως τῆς δευτέρας ἡμῶν διατάξεως προστεθείκαμεν, χρῆναι τὴν αὐτῆς νομοθεσίαν καὶ εἰς τοὺς πρεσβυτέρους ἀναφέρεσθαι χρόνους, ἐξαιρουμένων ἐκείνων τῶν ὑποθέσεων, ὅσας ἡ δικαστικὴ
B *ψῆφος ἢ διάλυσις ἔκρινεν. Ἀλλ᾽ ἐπειδή τινες μετὰ τούτους ἡμῶν τοὺς σαφεῖς νόμους τολμηρᾷ διανοίᾳ τὴν ἡμετέραν ἐθάρρησαν παρερμηνεῦσαι νομοθεσίαν, καὶ τρίτην ἠναγκάσθημεν θεῖναι διάταξιν, δι᾽ ἧς παρεκελευσάμεθα, κἂν εἰ νομίμην ἐσχηκώς τις γαμετὴν καὶ γνησίους ἐκ ταύτης παῖδας, εἶτα ταύτης τελευτησάσης ἢ τοῦ συνοικεσίου ῥεπουδίῳ διαλυθέντος ἔσχε παῖδας ἔκ τινος, πρὸς ἣν ὁ γάμος οὐκ ἀπηγόρευται, μετὰ δὲ τὸ τούτους τεχθῆναι προικῷα συνέταξε πρὸς ταύτην συμβόλαια, γνησίους καὶ τοὺς οὕτως αὐτῷ γενομένους παῖδας ὑπάρχειν. Ἀλλὰ κατὰ ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν οὐ προστεθείκαμεν ῥητῶς κρατεῖν τὴν τούτων νομοθεσίαν καὶ ἐπ᾽ ἐκείνοις ὧν οἱ πατέρες ἔτι περίεισιν, ἢ ἐτελεύτησαν μέν, τὰ δὲ τῆς φιλονεικίας οὔτε δικαστικὴ ψῆφος οὔτε φιλικὴ κατέλυσε σύμ-*
Γ *βασις. Ἐντεῦθέν τινες ὑπέλαβον ἡμᾶς μηδαμῶς ἐθέλειν τὰ ταῖς μνημονευθείσαις περιεχόμενα νομοθεσίαις περὶ τῶν πρὸ τῆς ποιήσεως τῶν προικῴων τεχθέντων παίδων κρατεῖν καὶ ἐπ᾽ ἐκείνοις τοῖς ἤδη πρὸ τῆς τοιαύτης νομοθεσίας τεχθεῖσι· καὶ μάλιστα ἐκ τοῦ τὸ περὶ τούτου μέρος τὸ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ διατάξει κείμενον ἀφαιρεθῆναι παρ᾽ ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ κώδικος συνθήκῃ. ὅπερ ἀτόπως ὑπώπτευσαν. δικαιότατα γὰρ τῆς τε πρώτης καὶ δευτέρας τοῦτο ἀφειλόμεθα διατάξεως, καὶ τῇ τρίτῃ οὐ*
Δ *προστεθείκαμεν. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς κατὰ μέρος τεθείσαις νομοθεσίαις ἀναγκαῖον ἦν ἴσως τὴν τοιαύτην παραλαμβάνειν εἰς τοὐπίσω τῆς νομοθεσίας ἀνα-*

actionibus susceperunt terminum, omni modo ita iudicari, sicut nostra dicit lex. Quam complentes etiam secundam posuimus legem, eadem valere sancientes, etiamsi non post dotes procreentur filii aut procreati moriantur, nihilo minus et ante dotes natos legitimos esse. Et in hanc quoque secundam nostram constitutionem similiter adiecimus, oportere eius legislationem et ad seniora referri tempora, exceptis illis causis, quas aut iudicialis sententia aut transactio terminavit. Sed quoniam quidam post has nostras claras leges audaci mente nostram praesumpserunt male interpretari legislationem et sensum, tertiam coacti sumus ponere constitutionem, per quam iussimus, si quis legitimam uxorem habens et legitimos ex ea filios, deinde ea moriente aut matrimonio repudio soluto habuit filios ex aliqua, ad quam nuptiae non interdicuntur, postquam vero hi nati sunt, dotalia confecit in eam documenta, legitimos etiam ita ei natos filios existere. Sed in ipsa nostra constitutione non adiecimus aperte valere horum legislationem etiam in illis, quorum patres adhuc supersunt, aut defuncti quidem sunt, contentio autem neque iudiciali sententia neque amicali interventione decisa. Hinc quidam arbitrati sunt nos nullatenus velle ea quae in memoratis continentur legislationibus de filiis, qui ante celebrationem dotium nati sunt, valere etiam in illis, qui ante huiusmodi legislationem nati sunt; et maxime eo, quod huius pars in prima et secunda constitutione posita ablata sit a nobis in Codicis compositione. Quod absurde arbitrati sunt. Iustissime namque et primae et secundae hoc subtraximus constitutioni et in tertiam non adiecimus. In particularibus namque positis legislationibus necessarium erat forte hanc accipere in praeterito legislationis relationem, in omni

actionibus finem ceperint, ea omnino ita diiudicanda esse ut nostra lex dicat. Quam supplentes etiam secundam tulimus legem, ut eadem valeant sancientes, etiamsi post dotalia instrumenta liberi nati non sint sive, qui nati sint, decesserint, nihilominus ut etiam ii, qui ante dotalia instrumenta nati fuerint, legitimi sint; atque similiter in hac secunda constitutione nostra adiecimus legislationem eius etiam ad praeterita tempora referendam esse, exceptis illis casibus, quos iudicialis sententia vel transactio decidisset. Sed quoniam fuerunt qui post has leges nostras satis dilucidas temerario animo legislationem nostram perperam interpretari auderent, tertiam quoque coacti sumus constitutionem ferre, qua praecepimus, etiamsi quis legitimam uxorem habuerit et legitimos ex ea liberos, deinde ea defuncta vel matrimonio per repudium soluto liberos susceperit ex aliqua, cum qua nuptiae non sunt interdictae, post natos vero illos dotalia cum ea instrumenta condiderit, ut legitimi etiam qui ita ei nati sunt liberi existant. Sed in hac constitutione nostra non expresse adiecimus, valere legem de his latam etiam in illis, quorum patres adhuc superstites sint, vel mortui quidem sint, ut tamen controversiam neque iudicialis sententia neque amicalis conventio composuerit. Hinc quidam opinati sunt nos neutiquam velle ea, quae legibus ante memoratis de liberis ante confectionem dotalium instrumentorum natis continentur, valere etiam in iis, qui iam ante eiusmodi leges latas nati sint; idque inde maxime, quod quae de hac re in prima et secunda constitutione agebat particula, a nobis in Codicis compositione sublata sit. Quod absurde suspicati sunt. Optimo enim iure illud et ex prima et secunda constitutione sustulimus et tertiae non adiecimus. Etenim in legibus singulatim latis necesse opinor erat, talem in modum legislationi retrorsum referendae locum

---

1 *ἢ ψήφοις ἢ] ψήφοις καὶ A* ‖ 2 *ὃν] ὅνπερ A* ‖ 3 *δεύτερον τεθ. νόμον] Cod.* 5, 27, 11 ‖ *τὰ αὐτὰ] ταῦτα A* ‖ 4 *τὰ om.* L^1*A* ‖ 5 *ἢ] οἱ* A^a ‖ *leg. τελευτήσωσιν (cf.* ς*)?* ‖ 7 *ἡμῶν ὁμοίως τῆς δευτέρας A* ‖ 8 *προστεθήκαμεν M προς|σεθήκαμεν (εί pro ή corr.* L^2*) L* ‖ *χρῆναι δὲ τὴν αὐτὴν* L^2 ‖ 10 *ἡ om. A* ‖ *ἢ] καὶ A* ‖ 11 *B, item capitum numeros seqq. notat A* ‖ 12 *ἡμῶν om. A* ‖ 14 *τρίτην — διάταξιν] Nov. XII c.* 4 ‖ 15 *τις ἐσχηκὼς A* ‖ 16 *εἶτα] ἢ A* ‖ 17 *ῥεπουδίω MA] διαζυγίω L* ‖ 19 *συνέταξε πρὸς ταύτην bis scr. M* ‖ 20 *ταύτην] τούτοις* A^a ‖ **γνησίους A* ‖ *αὐτων* L^1 ‖ 21 *κατὰ τὴν ἡμῶν διάταξιν L* ‖ 24 *sq. φιλονεικίας οὐδὲ μία ψῆφος διέκρινεν: — Κἀντεῦθεν reliquis omissis A* ‖ 25 **οὐδὲ — οὐδὲ ML* ‖ 26 *ἡμᾶς ἢ (ἡ* L^1 *εἰ* L^2*) μηδαμῶς ML* ‖ 29 *ἐπ᾽ ἐκείνοις] ἐπὶ A* ‖ *ἤδη om.* ς ‖ 30 *πρὸς L* ‖ 31 *ἐκ τοῦ MA] ὅτι L* eo quod ς ‖ *τὸ om. A* ‖ *τούτου] του (corr. τὸ) A* ‖ *τὸ om. A* ‖ 32 *ἀφῃρέθη L* ‖ 36 *γὰρ om. L* ‖ *τεθείσαις M] τεθειμέναις (τεθημέναις* L^1*) LA* ‖ 37 *τὴν τοιαύτην]* hanc ς

---

XIII. *Deportatio tamen, in quam vertit etiam antiqua aquae et ignis prohibitio (quam aqua et igni interdictionem vocant nostrae leges), non solvit matrimonia. Haec enim etiam olim sanctissimo Constantino placuit humana res et a nobis recepta, quae tamen cum praesenti lege non conexa est: unde ne de effectibus quidem dicendum rei in suo ordine mansurae.*

XIV. *Praeterea novimus etiam huius felicis urbis nostrae conditorem, Constantinum divinae memoriae dicimus, legem conscripsisse, ex qua, si quis in castris fuerit et per quadrienne tempus silentium egerit adversus uxorem neque ullum ei affectus erga eam signum ab illo venerit, tum uxori ad secundas nuptias transire liceat, ubi prius rem in notitiam pertulerit eius, qui imperium militare habet, atque id ipsum testibus probaverit. Et si quid eiusmodi fiat, et impune transibit mulier ad secundum virum neque dotis iacturam faciet, nec tamen iam antenuptialem donationem lucrabitur. Haec quidem sanctissimus Constantinus. Nobis autem admodum intempestiva esse eiusmodi constitutio videtur. Nam marito bellicis negotiis occupato etiam uxoris privationem inferre non minor est poena quam captivum esse apud hostes. Itaque non prius ad secundum virum veniat talis femina qualem legislator ille statuit, antequam vel decennium praeterierit et ipsa sollicitaverit maritum litteris missis, vel per alios verbis usa ad eum, ille vero aut diserte renuntiaverit nuptias eius aut omnino tacuerit, ac tum ipsa notitiam eius rei pertulerit vel ad gloriosissimum magistrum militum vel ad spectabilem ducem vel ad clarissimum tribunum, sub quibus miles ille est. Tunc enim facultatem illi feminae damus et litteras supplices imperatori porrigendi et inde hoc impetrandi. Quodsi quid adversus haec fecerit, sciat se tamquam quae praepropere nupserit poenis lege statutis subiectum iri.*

1 Deportatí*ων* — 2 *ἀπαγόρευσις MLB*[Σ]] *Περιορισμὸς ἢ ἐξορία B* ‖ 2 *sq. ἣν — νόμοι om. B* ‖ aquaet ıgnınterdıctıona *M αδύα* ꝗeını (aquá et ignis *L*[2]) *ἣν*interdıctíon*α L* ‖ 3 *οἱ ἡμέτεροι*] *οἱμέτεροι L*[1] *ἡμέτεροι L*[2] ‖ 5 *πρώην*] *πρὶν B* ‖ *Κωνσταντίνῳ*] *Cod.* 5, 16, 24 (*cf.* 5, 17, 1) ‖ 6 *μὲν om. L* ‖ 7 *οὐδὲ*] *ὅδὲ* • *L*[1] ‖ 8 *οἰκίας L* ‖ 12 *νόμον*] *Cod.* 5, 17, 7 ‖ 17 *ἀφικνῦσθαι M* ‖ 19 *τι τοιοῦτο*] hoc ϛ ‖ 21 *οὐκ ἔτι δὲ Scrimger*] *οὐκ' ἐκ M* non tamen ϛ; *leg. οὐ μὴν?* ‖ 28 *πρὶν*] *πρὸς M* ‖ 29 *αὐτοὶ M*[u] ‖ haec importuna quidem sit (*i. e. αὔτη διενοχλήσειε μὲν*) ϛ

1 quem *R* ‖ 2 quam aqua et igni *vulg.* ‖ 4 enim et] etenim et alia *V* ‖ 5 clemes *R*[1] ‖ 6 lege *R*[1] ‖ 10 *rubr.* De uxoribus militum *R mg.* ‖ nostrae] autem *V*[1], *del. V*[3] ‖ 12 legem et secundum *R* ‖ in expeditione *V*[2] *vulg.*] impeditus *RV*[1]*T* ‖ 15 effectus *R* ‖ 16 libellum *add. vulg. post* prius ‖ offerendi *R* ‖ 17 testificandi *R*[1] ‖ hoc si *V* ‖ 20 donationem *om. R* ‖ Haec] hoc cap. innouatum est per constit. PIB kp. 1 *adscr. rubricator V* ‖ 22 inmutare *R*[1] ‖ 26 qualem *RT*] quam *V vulg.* ‖ proposuerit *R* ‖ 29 aut] si aut *V* ‖ 30 absolute eius conticeat *V*[1] ‖ 33 tunc enim licentiam *vulg.* ‖ ei *V*] *om. R vulg.* ‖ 34 inde] non *R*[1] ‖ 35 citra haec *R* ‖ merarie *V*[1]

1 Αἱ μὲν οὖν ἐπιεικέστεραι τῶν γάμων διαλύσεις, ἃς γενικῷ τινι λόγῳ ὑπὸ τὴν bona gratia γινομένην διάζευξιν ἀνοιστέον, τοιαῦταί πώς εἰσιν.

1 Mitiores itaque nuptiarum solutiones, tamquam generali quadam ratione sub bona gratia factis disiunctionibus, sciendum tales esse quodammodo.

CAPUT XV.

Αἱ δὲ ἐφεξῆς αἰτίαν ζητοῦσιν ἰδεῖν ἢ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἢ παρὰ τῆς γυναικὸς γινομένην, ἵνα ζημιώσωσι τὸν προπετῆ τῇ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ δεδομένων ἐκπτώσει, προικός φαμεν ἢ διὰ γάμον δωρεᾶς. Ἀλλὰ τούτων τῶν αἰτιῶν οἱ μὲν ἀρχαιότεροι πολλοὺς ἐποιοῦντο καὶ διαφόρους καταλόγους· Θεοδόσιος δὲ ὁ νέος τὰς μὲν ἐκεῖθεν λαβών, τὰς δὲ αὐτὸς προσεξευρὼν τὴν περὶ τῶν repudiων ἔγραψε διάταξιν. ἡμῖν δὲ καὶ ἕτεραί τινες προσεξευρέθησαν αἰτίαι, ἃς ὀρθῶς ἔχειν συνείδομεν εἰς αἰτίαν ἀνενεγκεῖν τοῦ ταύταις ὑποπεσόντος.
1 Εἰ τοίνυν κατὰ τὴν Θεοδοσίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξιν ἰσχύσειεν ἡ γυνὴ δεῖξαι τὸν συνοικήσαντα ἢ μοιχείαν ἁμαρτόντα, ἢ ἔνοχον καθεστῶτα φόνου, ἢ μαγγανείαις τε καὶ ἀγυρτίαις ἐσχολακότα, ἢ τῷ χαλεπωτάτῳ πάντων ἁμαρτημάτων ἐπικοινωνήσαντα πλημμελήματι, φαμὲν δὲ τῷ μηχανήσασθαί τι κατὰ τῆς βασιλείας αὐτῆς, ἢ καταδικασθέντα παραποιήσεως, ἢ τάφους διορύξαντα, ἢ ἔκ τινος τῶν ἱερῶν οἴκων τι σεσυληκότα, ἢ λῃστρικὸν ἐπανῃρημένον βίον ἢ τοὺς λῃστεύοντας ὑποδεχόμενον, ἢ ἕνα τῶν καλουμένων ἀπελατῶν, οἷς ἐστι φροντὶς τοῖς ἀλλοτρίοις ἐφεδρεύειν ὑποζυγίοις ἢ βοσκήμασι καὶ ταῦτα μεθιστᾶν ἑτέρωθι, ἢ ἐξελέγξειεν ἀνδραποδιστὴν καθεστῶτα, ἢ οὕτως ἀσελγῶς βιοῦντα ὡς ἐν ὄψεσι τῆς γαμετῆς ἑτέραις συνδιαφθείρεσθαι (ὅπερ μάλιστα γυναῖκας οἷα περὶ τὴν εὐνὴν ἠδικημένας ἀγριαίνειν ποιεῖ, καὶ μάλιστα δὴ τὰς σώφρονας), ἢ εἴπερ ἐπιβουλευομένη παρὰ τοῦ ἀνδρὸς δείξειε περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ἢ φαρμάκοις ἢ ξίφει ἢ καθ᾽ ἕτερον τοιοῦτόν τινα τρόπον (πολλαὶ δὲ ἀνθρώποις αἱ πρὸς κακίαν ὁδοί), ἢ καὶ μάστιξιν ἐπ᾽ αὐτὴν χρῷτο· εἰ τοίνυν γυνὴ τοιοῦτό τι δεῖξαι δυνηθείη, ἄδειαν αὐτῇ δίδωσιν ὁ νόμος καὶ repudiῳ χρῆσθαι καὶ ἀφίστασθαι τοῦ γάμου, καὶ τὴν προῖκα λαμβάνειν καὶ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν ἅπασαν, οὐ μόνον εἰ πάσας ὁμοῦ δείξειε τὰς αἰτίας, ἀλλ᾽ εἰ καὶ καθ᾽ αὐτὴν μίαν.
2 Καὶ αὖθις ἄδειαν δίδωσι τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα ἀποπέμπειν, εἰ μοιχευομένην εὕροι, ἢ μαγγανεύουσαν, ἢ ἐξαμαρτάνουσαν φόνον ἢ ἀνδραποδισμὸν ἢ τυμβωρυχίαν, ἢ ἱερόσυλον οὖσαν, ἢ συσπεύδουσαν λῃσταῖς

Ceterae vero causam quaerunt inspicere aut a viro aut ab uxore factam, ut damnificent temerarium in casu horum quae ab eo data sunt, dotis dicimus aut propter nuptias donationis. Sed harum causarum antiquiores quidem plurimos faciebant diversosque tractatus, Theodosius autem iunior alias quidem deinde sumens, alias autem ipse adinveniens de repudiis scripsit constitutionem; a nobis autem et aliae quaedam adinventae sunt causae, quas recte habere perspeximus ad culpam referri eius qui succubuerit.
1 Si igitur secundum Theodosii piae memoriae constitutionem valuerit mulier ostendere maritum aut adulterio delinquentem, aut reum homicidii, aut veneficiis aut seditionibus occupatum, aut quod pessimum omnium peccatorum est communicantem delicto, dicimus autem machinatum aliquid contra ipsum imperium, aut condemnatum falsitatis, aut sepulcra effodientem, aut ex aliqua sacrarum domuum aliquid rapuisse, aut latrocinii sectantem vitam aut latrocinantes suscipientem, aut unum eorum qui appellantur abigei (quibus est cura alienis insidiari animalibus aut iumentis et ea transponere alibi), aut probet plagiarium esse, aut ita luxuriose viventem ut inspiciente uxore cum aliis corrumpatur (quod maxime mulieres utpote circa cubile stimulatas exasperat, et praecipue castas), aut si insidias se passam a viro probet circa ipsam salutem aut venenis aut gladio aut per alium aliquem talem modum (multae namque hominibus ad malitiam viae sunt), aut etiam si flagellis super ea utatur: si igitur mulier tale aliquid ostendere potuerit, licentiam ei dat lex repudio uti et nuptiis abstinere dotemque percipere et antenuptialem donationem totam, non solum si omnes simul probaverit causas, sed etiam si secundum se unam.
2 Et rursus licentiam dat viro mulierem abicere, si adulteram inveniat, aut veneficam, aut delinquentem homicidium, aut plagiariam, aut sepultorum violatricem, aut sacrilegam existentem, aut faventem

cap. XV § 1 decurtatam exhibet Epanagoge 21, 6 *extr.*

---

1 *Tales igitur sunt fere aequiores nuptiarum solutiones, quae generali quadam ratione ad divortium quod bona gratia fit referendae sunt.*

XV. *Quae vero deinceps sequuntur culpam requirunt aut a marito aut ab uxore commissam, ut nocentem puniant eorum quae ab eo data sunt amissione, dotis dicimus vel propter nuptias donationis. Ac veteres quidem harum culparum multos et diversos fecerunt indices, Theodosius vero iunior aliis illinc petitis aliis ab ipso repertis constitutionem de repudiis scripsit; denique a nobis aliae quoque insuper repertae sunt causae, quas par esse intelleximus ad culpam eius, qui in illas inciderit, referri.*
1 *Itaque si secundum Theodosii piae memoriae constitutionem mulier ostendere valuerit maritum vel adulterium commisisse, vel homicidii reum factum esse, vel veneficiis atque praestrigiis operam dedisse, vel sceleris omnium delictorum gravissimi participem fuisse, scilicet ut contra ipsum imperium aliquid moliretur, vel falsitatis condemnatum esse, vel sepulcra violasse, vel ex sacrarum aedium aliqua aliquid subripuisse, vel latronum vitam sectatum esse vel latrones recipere, aut unum esse ex abactoribus qui vocantur, quibus studium est alienis iumentis aut pecoribus insidiandi eaque alio abigendi, vel si coarguerit eum plagiarium esse, vel adeo luxuriose vivere ut in conspectu uxoris cum aliis mulieribus scortetur (id quod maxime mulieres, utpote de toro iniuriam passas, ac potissimum castas exasperat), vel si saluti suae insidias a viro paratas esse probaverit sive venenis sive gladio sive alio simili modo (multae enim hominibus ad flagitium viae sunt), sive flagris in eam usus sit: si igitur tale quid mulier probare potuerit, veniam ei lex dat et repudio utendi et a nuptiis discedendi, et dotem et antenuptialem donationem totam auferendi, neque id solum si omnes simul illas causas, sed etiam si singulas solas probaverit.*
2 *Atque invicem veniam dat viro mulierem dimittendi, si eam adulteram deprehenderit, vel veneficam, vel homicidii aut plagii aut sepulcri violati ream, vel sacrilegam, vel latronum fautricem vel*

---

2 ἃς] tamquam (*i. e.* ὡς) ς ‖ bona gratian *M* ‖ 3 ἀνοιστέον] sciendum (*i. e.* ἂν ἰστέον) ς ‖ 11 διάταξιν] *Cod.* 5, 17, 8 ‖ ἡμῖν] *Cod.* 5, 17, 10. 11 ‖ 26 ἐλέγξειεν *Epan.* ‖ 30 ποιεῖν *M*[a] ‖ 34 αὐτὴν] σφοδραῖς *add. Epan.* ‖ 35 ἡ γυνὴ *Epan.* ‖ 36 repudίῳ *M*] διαισίῳ *Epan.* ‖ 38 εἰ] εἰς *M* ‖ 39 *δείξειε (*cf.* ς)] δείξει *M*

1 minores *R*[1] ‖ 8 plurimo *V*[1] ‖ 9 iunior] minor *R*[1] ‖ 10 deinde] *leg.* inde? ‖ 11 repudiis autem scripsit *R*[a] ‖ autem] as *V*[1] ‖ 13 succumbunt *R* su**uerit *V*[1] ‖ 14 Si] lege PIS nouellarum kp. II *adscr. rubricator V* ‖ 16 reum *om. V* ‖ homicidiis *V*[3] ‖ ueneficii *R*[2]*T* ‖ 21 aliquis *V*[1] ‖ 22 *leg.* rapientem? ‖ latrociniis *V* ‖ 23 suscipientes *V* ‖ 24 abigehi *V* ‖ abigei — 27 quod mulieres maxime ut] *scr. R*[2] *in ras.* 3 *vv.* ‖ quibus] qui *V*[1] ‖ 26 plagiarum *V*[1] ‖ uiuentem luxoxuriose *R* ‖ inspiente *V*[1] ‖ 29 passam *vulg.*] passe *R*[1]*V* passas *R*[2]*T* ‖ 30 probet *vulg.*] probent *RV* ‖ 31 aliquod *V* ‖ tale *V*[2] ‖ 36 non solum autem si *R*[1] ‖ 37 secundam *RVT* ‖ se] seu *R* ‖ 41 adulteratam *T* ‖ 42 sepulcrorum *R*[3] *vulg.*

ἢ συλληστεύουσαν, ἢ τἀνδρὸς ἀγνοοῦντος ἢ καὶ κωλύοντος χαίρουσαν τοῖς μεθ' ἑτέρων οὐδὲν αὐτῇ προσηκόντων συμποσίοις, ἢ καὶ ἄκοντος τοῦ ἀνδρὸς εὐλόγου προφάσεως χωρὶς ἀπόκοιτον γινομένην, ἢ παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην ἱπποδρομίαις χαίρουσάν τε καὶ παραγινομένην ἢ θεάτροις παραβάλλουσαν (φαμὲν δὲ τοῖς ἔνθα σκηναὶ καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν, ἢ καὶ ὅπη θηρίοις πρὸς ἀνθρώπους ἡ μάχη), ἢ ἐπιβουλὰς αὐτῷ ῥάπτουσαν τὰς ἐκ φαρμάκων ἢ ξίφους ἢ καθ' ἕτερον γινομένας τρόπον ἐξ ὧν περὶ τὸ ζῆν ὁ κίνδυνος, ἢ καὶ συνεπισταμένην τοῖς τυραννίδα μελετῶσιν, ἢ καὶ παραποιήσεως ἔνοχον καθεστῶσαν, ἢ τὰς τολμηρὰς αὐτῆς χεῖρας ἐπάγουσαν αὐτῷ. καὶ γὰρ δὴ τοιούτου τινὸς γεγονότος δίδωσιν ὁ νόμος οὗτος ἀποπέμπεσθαι ἀνδρὶ τὴν γαμετήν, κἂν εἰ μίαν τούτων καὶ μόνην δείξειεν αἰτίαν, καὶ κερδαίνειν μὲν τὴν προῖκα, τὴν δὲ προγαμιαίαν δωρεὰν ἔχειν.

latronibus, aut viro nesciente vel etiam prohibente gaudentem conviviis aliorum nihil sibi competentium vel etiam invito viro citra rationabilem causam foris pernoctantem aut extra eius voluntatem circensibus congaudentem et spectaculis inhaerentem aut theatris advenientem (dicimus autem, ubi scenae et talia sunt, aut etiam ubi bestiis adversus homines pugna est), aut insidias sibi facientem ex venenis aut gladio aut alio factas modo, ex quibus circa vitam periculum est, aut etiam consciam tyrannidem meditantibus, aut falsitatis ream constitutam, aut audaces eius manus inferentem sibi: scilicet tali aliquo facto dat lex haec viro abicere mulierem, vel si unam harum et solam probaverit causam, et lucrari quidem dotem, antenuptialem vero habere donationem.

3 *Εἰ δὲ καὶ θάτερον αὐτῶν πρόσωπον ἀλόγως ῥεπούδιον πέμψειεν, αὐτῷ τούτῳ τῷ διαζεῦξαι τὸν γάμον λόγου χωρὶς ὑπεύθυνον ἔσται ταῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημέναις ποιναῖς· πρὸς τῷ τὴν γαμετὴν ὑπεύθυνον ὅλως ἐκ τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἢ τῆς ἀλόγου πομπῆς γινομένην καὶ εἰς πενταετίαν ὅλην πρὸς δεύτερον ἐλθεῖν κωλύεσθαι συνοικέσιον, καὶ τὸν πρὸ τῆς πενταετίας γάμον μὴ ἀνεύθυνον εἶναι, μὴ γάμον· ἀλλὰ πᾶς, φησίν, ὁ βουλόμενος προσίτω καὶ κατηγορείτω τοῦ γινομένου ὡς παρὰ τὸν νόμον τολμηθέντος.*

3 Si vero altera harum persona irrationabiliter repudium miserit, et hoc ipsum solvendi matrimonium sine ratione, subdita erit dudum a nobis dictis poenis. Insuper etiam uxor rea omnino ex memoratis causis pro irrationabilis repudii missione facta et in quinquennium totum ad secundum venire prohibetur matrimonium, et ante quinquennium nuptias non esse sine reatu neque legitimas vocari, sed omnis volens adeat et accuset factum tamquam contra legem praesumptum.

CAPUT XVI.

Εἰ δὲ καὶ εὐλόγως ἡ γυνὴ τὸ ῥεπούδιον στείλειε καὶ κρατήσειε τῶν ἀγώνων, ἢ ὁ ἀνὴρ ἀλόγως αὐτὴν ἀποπεμψάμενος ὑποπέσοι ταῖς ποιναῖς, κερδαινέτω μὲν τὰ κέρδη τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα, ἐρυθριάτω δὲ πρὶν ἐνιαυτὸν ἐξήκειν εἰς δεύτερον φοιτᾶν γάμον. Ὅπερ οὐ παραφυλακτέον ἡμῖν ἐπ' ἀνδρός· τῷ γὰρ εὐλόγως κεκρατηκότι τῶν τοιούτων κερδῶν, ὅπου γε καὶ τῷ μὴ κεκρατηκότι, καὶ παραχρῆμα γαμεῖν ἔξεστιν· ἐπεὶ μηδεμία περὶ τὴν τῆς γονῆς σύγχυσιν εὔλογός ἐστιν ὑπόνοια. ὅπερ ἐπὶ τῶν γυναικῶν τὴν πρὸ τοῦ ἐνι-

Si vero etiam rationabiliter mulier repudium miserit et in certaminibus vicerit, aut vir irrationabiliter eam abiciens subiacuerit poenis, lucretur quidem lucra primitus dicta, erubescat autem ante annum completum ad secunda vota venire. Quod non observandum nobis est in viro rationabiliter obtinenti talia lucra, cum et non obtinenti etiam repente nuptias facere licet, quoniam nulla circa sobolis confusionem rationabilis est suspicio. Quod in mulieribus ante anni completionem recte prohi-

cap. XV § 3 aliquantum mutata et cap. XVI pr. extant B 28, 7, 2 (B[s] p. 153 Zach.).

una latrocinantem, vel quae viro ignorante aut etiam prohibente aliorum nihil ad se pertinentium conviviis gaudeat, vel etiam viro invito sine iusta causa foris pernoctet, vel contra illius voluntatem ludis circensibus delectetur iisque intersit, vel theatra petat (ea dicimus ubi scaenae ac talia sunt, aut ubi bestiarum cum hominibus certamina), vel insidias ipsi struat ex venenis aut gladio aut alio modo paratas, unde de vita discrimen sit, vel etiam conscia sit tyrannidem molientibus, vel etiam falsitatis rea facta, vel audaces manus suas ipsi ingerat. Etenim si tale quid factum sit, lex illa viro concedit, ut uxorem dimittat, etiam si unam illarum causam solam probaverit, utque et dotem lucretur et antenuptialem donationem sibi habeat.

3 *Quodsi alterutra harum personarum sine iusta causa repudium miserit, eo ipso, quod matrimonium sine causa dissolvit, obnoxia erit poenis ante a nobis dictis: praeterquam quod uxor omnino ex criminibus supra dictis aut ex repudio sine causa misso rea facta per quinquennium integrum ad secundum coniugium venire prohibetur, et quae ante quinquennium fient nuptiae non impune futurae sunt, non legitimae nuptiae: sed quicumque volet, inquit, accedat, et quod factum est, ut contra legem temptatum arguat.*

XVI. *Sed etiam si mulier ex iusta causa repudium miserit et litem vicerit, sive vir ea sine iusta causa dimissa in poenas illas inciderit, illa quidem auferat lucra quae ante dicta sunt, erubescat autem prius quam annus transierit ad secundas nuptias migrare. Quod quidem in viro nobis observandum non est; ei enim qui lucra illa ex iusta causa obtinuit, quandoquidem vel ei qui non obtinuit, etiam statim uxorem ducere licet: quoniam nulla de subolis confusione iusta est suspicio; id quod in mulieribus*

6 *παραγινομένην*] spectaculis inhaerentem ς ‖ 18 *πρόσωπον Zachariae cum* ς] *προσώπων M* ‖ 25 *μὴ γάμον M*] neque legitimas vocari ς (*οὐδὲ νόμιμος γάμος κληθήσεται B*); *leg. μη⟨δὲ νόμιμον κληθῆναι⟩ γάμον? cf. Cod.* 5, 17, 8 § 4 ‖ 26 *φησὶν om. B*ς ‖ 27 *κατηγορείτωσαν* M^a ‖ 29 *ῥεπούδιον M*] *διαζύγιον B* ‖ 30 **κρατήσειε* (*cf.* ς)] *κρατήσοι* B^l *κρατήσει* MB^{sl} ‖ *ἢ ὁ* — 31 *ποιναῖς om. B* ‖ 33 *εἰς δεύτερον φοιτᾶν γάμον B*(ς)] *δεύτερον φοιτᾶν M* ‖ 34 *ἐπ' ἀνδρὸς τοῦ εὐλόγως κεκρατηκότος Hombergkius cum* ς ‖ 35 *ὅπου γε* — 36 *κεκρατηκότι om. B*

1 latronoibus V^1 ‖ vel] aut *R* ‖ 2 gaudente V^1 ‖ coniugiis *R* ‖ 4 pernocitantem *V* ‖ 5 coherentem R^1 ‖ 6 adinuenientem *R* ‖ scene *V*] scena *R vulg.* ‖ 8 satientem uenenis *V* ‖ 9 alias R^1T^1 ‖ facta factas (factos V^a) V^1 ‖ 10 tyrannidem V^2 *in ras.* 7—8 *litt.* ‖ 12 talia *V* ‖ 13 lex haec a uiro *V* uero lex haec *R* ‖ 14 horum *RV* ‖ 18 alteram V^1 ‖ personarum *vulg.* ‖ repudiumiserit V^1 ‖ 19 et hoc ipsum] *leg.* ex hoc ipso? ‖ 21 omnimodo *V* ‖ 22 irrationabili *edd.* ‖ repudiis V^a ‖ 23 prohibetur] proibere totum R^1 ‖ 29 *rubr.* Soluto matrimonio ut per annum abstineat mulier a secundis nuptiis *R mg.* ‖ irrationabiliter R^1 ‖ 31 subiacuierit V^a ‖ 32 erubescant R^2 ‖ ante] antenuptialis R^a ‖ 35 cum non et non V^a ‖ replente R^1 ‖ 38 muliere *R* ‖ complectionem *V* ‖ prohibetur — 157, 7 Theodo| *scr.* R^2 *in ras.* 4 *versuum*

αυτοῦ συνάφειαν εἰκότως ἀπείργει· καὶ τοσοῦτόν ἐστι τὰ τῆς κωλύσεως ἐντεῦθεν, ὅτι κἂν εἰ bona gratia *διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐκ τῆς Ἀναστασίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξεως εἰς ἐνιαυτὸν ἡ κώλυσις τῶν δευτέρων γάμων ταῖς γυναιξὶν ἐπιτέτακται.*

1 *Ταύτας μὲν οὖν τὰς αἰτίας ἡμῖν ὁ Θεοδόσιος ἀφηγήσατο. ἡμεῖς δὲ ἐκ τῶν παλαιῶν λαβόντες καὶ ἑτέρας προσεθήκαμεν τρεῖς. Εἰ γὰρ ἡ γυνὴ τοσαύτῃ κατέχοιτο πονηρίᾳ, ὡς καὶ ἐξεπίτηδες ἀμβλῶσαι καὶ τὸν ἄνδρα λυπῆσαι καὶ ἀφελέσθαι τῆς ἐπὶ τοῖς παισὶν ἐλπίδος, καὶ τοσαῦτα τὰ τῆς ἀκολασίας ἐστὶν ὡς καὶ ἀνδράσι κατὰ τρυφῆς πρόφασιν συλλούεσθαι, ἢ καὶ ἕως συνέστηκε τὸ πρὸς τὸν ἄνδρα συνοικέσιον πρὸς ἑτέρους περὶ γάμων ἑαυτῆς διαλέγοιτο· ἄδεια δέδοται παρ' ἡμῶν τοῖς ἀνδράσι πέμπειν αὐταῖς ῥεπούδια, καὶ κερδαίνειν τὰς προῖκας καὶ τὰς προγαμιαίας ἔχειν δωρεάς, ὡς ἤδη καὶ τούτων τῶν αἰτιῶν εὐλόγως διαλύειν δυναμένων τὸν γάμον καὶ ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀγομένων τάξιν, ὑφ' ἣν τὰς ποινὰς ἡ Θεοδοσίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ὥρισε διάταξις.*

betur, et tanta est prohibitio ex hoc, quia, licet bona gratia dissolvi contingat matrimonium, tamen etiam sic ex Anastasii piae memoriae constitutione in annum prohibitio secundarum nuptiarum mulieribus instituta est.

1 Has itaque causas nobis Theodosius explanavit. Nos autem ex veteribus sumentes et alias adiecimus tres. Si enim mulier tanta detineatur nequitia, ut etiam ex studio abortum faciat virumque contristet et privet spe filiorum, vel tanta libido est ut etiam cum viris voluptatis occasione lavetur, aut etiam dum adhuc constet cum viro matrimonium, ad alios de nuptiis suis loquatur, licentia datur a nobis viris mittere eis repudia, et lucrari dotes et antenuptiales habere donationes: utpote etiam his causis rationabiliter solvere valentibus matrimonium et sub eundem deferentibus ordinem, sub quem poenas Theodosii piae memoriae constitutio definivit.

CAPUT XVII.

Ἐναπογράφῳ δὲ ἀλλοτρίῳ γαμεῖν ἐλευθέραν οὐκ ἔξεστιν, οὔτε ἀγνοοῦντος οὔτε εἰδότος οὔτε συναινοῦντος τοῦ κεκτημένου, ἀλλὰ κἂν εἴ τι τοιοῦτο παρὰ τοῦ ἐναπογράφου πραχθείη, πάρεστι τῷ δεσπότῃ καὶ αὐτῷ καθ' ἑαυτὸν καὶ διὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος σωφρονίζειν τε πληγαῖς μετρίαις τὸν ταῦτα πράξαντα ἐναπόγραφον καὶ ἀφέλκειν ἀπὸ τῆς μάτην αὐτῷ συνούσης· ὥστε οὐδὲ γάμος ἐστὶ τὸ γενόμενον οὐδὲ ἐπίδοσις προικὸς οὐδὲ προγαμιαίας δωρεᾶς, ἀλλὰ ψιλὴ τοῦ γεγονότος κακῶς ἐπανόρθωσις.

1 *Οὕτω μὲν οὖν τὰ συνοικέσια διαλύεται περιόντων ἔτι τῶν ταῦτα συμβαλόντων, καὶ χρηματικαὶ αἱ ποιναὶ περὶ τὴν προῖκά πως καὶ τὴν προγαμιαίαν σχεδὸν ἵστανται δωρεάν.*

Ascripticio autem alieno nubere liberam non licet neque ignorante neque sciente neque consentiente possessore, sed licet aliquid tale ab ascripticio geratur, licebit domino ipsi per se et per provinciae iudicem castigare plagis mediocribus haec agentem ascripticium et abstrahere ab ea quae frustra ei coniuncta est. Unde neque nuptiae sunt, quod factum est, nec oblatio dotis nec antenuptialis donationis, sed pura facti mali correctio.

1 Sic itaque matrimonia dissolvuntur viventibus adhuc his qui ea contraxerunt, et pecuniariae poenae circa dotem et sponsaliciam paene consistunt donationem.

CAPUT XVIII.

Ἀλλ' ἡμῖν τι καὶ ἕτερον προσεξεύρηται τὸ καὶ τὰς ἀπροίκους συναφείας ἀλόγων γινομένων τῶν διαιρέ-

Sed a nobis aliquid etiam aliud adinventum est, ut etiam indotata matrimonia irrationabilibus factis

cap. XVII pr. habent B 28, 5, 41; *idem cod. Vaticanus* 828 *Nomocanonis XIV tit. ad* 13, 2 *ʻνεαρὰ κβʹ κεφ. ιβʹʼ* (*p.* 612 *Pitra*).
cap. XVII § 1 *et XVIII om. L et B.*

conubium ne fiat ante annum merito impedit, ac tantum valet prohibitio inde petita, ut, etiamsi bona gratia forte matrimonium solutum sit, tamen sic quoque ex Anastasii piae memoriae constitutione mulieres in annum a secundis nuptiis prohibeantur.

1 *Has igitur causas Theodosius nobis demonstravit. Nos vero alias quoque ab antiquis mutuati addidimus tres. Si enim mulier tanta nequitia praedita sit, ut etiam de industria abortum faciat et maritum dolore afficiat spemque ei liberorum auferat, et si tanta sit illius luxuria, ut etiam una cum viris libidinis causa lavetur, sive etiam dum constat cum marito coniugium, cum aliis de nuptiis secum faciendis sermonem conferat: venia a nobis data est viris repudia illis mittendi, et dotes lucrandi et antenuptiales donationes habendi: ut iam hae quoque culpae nuptias ex iusta causa solvere possint et sub eundem ordinem redigantur, secundum quem Theodosii piae memoriae constitutio poenas definivit.*

XVII. *Adscripticio vero alieno liberam ducere non licet neque ignorante neque sciente neque consentiente domino. Immo etiam si tale quid ab adscripticio factum sit, licet domino et per se ipsi et per praesidem provinciae et modicis verberibus castigare adscripticium qui haec fecerit et abstrahere ab ea, quae temere illi coniuncta est: ita ut ne matrimonium quidem sit quod actum est neque dotis datio neque antenuptialis donationis, sed mera rei male gestae correctio.*

1 *Hoc igitur modo matrimonia solvuntur superstitibus adhuc iis qui ea contraxerunt, atque pecuniariae scilicet poenae in dote et antenuptiali donatione fere se continent.*

XVIII. *Verum a nobis etiam aliud quid insuper excogitatum est, ut indotata quoque coniugia se-*

2 *κολάσεως B*[s] ‖ bona gratia *M*] *ἀγαθῇ χάριτι* (*βονα γρατια B*[1] *mg.*) *B* ‖ 4 *ἐκ τῆς — διατάξεως om. B* ‖ *διατάξεως*] *Cod.* 5, 17, 9 ‖ 9 *προσεθήκαμεν τρεῖς*] *Cod.* 5, 17, 11 § 2 ‖ 22 *γαμ** L*[1] ‖ 26 **καθ' αὑτῷ M καθ' ἑαυτοῦ L δι' ἑαυτοῦ B* (ς) ‖ *καὶ*] *ἢ B* ‖ 28 *αὐτοῖς L*[1] ‖ 29 *sq. leg. οὔτε — οὔτε — οὔτε?* ‖ 30 *προγαμιαῖαν δωρεὰν L* ‖ 33 *συμβαλλόντων M*

2 contigat *V* ‖ matrimoni* *V*[1] matrimonii *V*[3] ‖ tamen — 3 memoriae *post* nuptiarum (4) *coll. RVT, corr. vulg.* ‖ 3 Anastasii] Anastasio *RVT* ‖ constitutionem *V*[3] constitutore *R* ‖ 10 obortum *V* ‖ 12 uiris et uoluptatis *R* ‖ occasione uoluptatis *V* ‖ 13 constat *vulg.* ‖ 14 a nobis datur *V* ‖ 15 antenuptialia *R*[1] ‖ 19 piae] piae diue *R* diuae *V* divinae *vulg.* ‖ 22 *rubr.* Si alienus ascriptitius liberam mulierem uxorem duxerit *R mg.* ‖ Ascrip|tio *R*[1] Scriptitio *V*[1] ‖ 24 ascriptio *R* ‖ 26 agentem in ascriptitium *V* ‖ 28 conuicta *R* ‖ sunt *om. R*[1] ‖ 29 est, nec] est nunc *V* ‖ 30 *leg.* facti male? ‖ 32 inuentibus *V* ‖ 33 pecuniariae *cet.*] rie pene — 36 sed aliquid a nobis *scr. R*[2] *in ras.* 1 *vs.* ‖ paene *del. V*[3], *om. R vulg.* ‖ 36 a nobis aliquid etiam aliud (etiam aliquid aliud *T*) adinuentum est *T vulg.*] aliquid a nobis (ali *et* a nobis *scr. R*[2]) etiam aliud adinuentum est *R*, aliud a nobis adinuentum est *in ras. scr. V*[3]

σεων σωφρονισμῷ παραδοῦναι προσήκοντι. Εἰ γάρ τις ἀγάγοιτο γαμετήν, ἢ καὶ γυνὴ πρὸς ἄνδρα ἔλθοι, γαμικῆς μὲν ληφθείσης προαιρέσεώς τε καὶ γνώμης, οὐ μὴν ἀκολουθησάσης προικὸς ἢ προγαμιαίας δωρεᾶς (ἔνθα δὴ καὶ προπετέστερον γίνεσθαι τὰς λύσεις συνέβαινε, μηδενὸς ἐντεῦθεν ὑπόντος κατὰ τοῦ προπετευσαμένου κινδύνου), διάταξιν ἐγράψαμεν λέγουσαν ὡς, εἴ τις ὑπεξουσίαν γυναῖκα γνώμῃ γονέων ἢ καὶ αὐτεξουσίαν τυχὸν ἀγάγηται μήτε προικὸς ἐπιδοθείσης μήτε συμβολαίων τοιούτων γενομένων, ὁ μὲν γάμος ἔστω γάμος, κἂν εἰ προικῷα μὴ συγγραφείη, μὴ διὰ τοῦτο δὲ ὁ ἀνὴρ (τοῦτο ὅπερ ἐπὶ πολλῶν ἴσμεν γενόμενον) ἐκδιωκέτω τῆς οἰκίας τὴν γαμετὴν χωρὶς μιᾶς τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων εὐλόγων αἰτιῶν, ἅς τε Θεοδόσιος ἅς τε ἡμεῖς ἠριθμήσαμεν. εἰ δέ τι τοιοῦτο γένηται καὶ ἢ χωρὶς αἰτίας αὐτὴν ἀποπέμψηται τῆς οἰκίας ἢ καὶ αὐτὸς εὔλογον αἰτίαν παράσχοι τῷ τὴν γυναῖκα ἀποχωρῆσαι τοῦ πρὸς αὐτὸν συνοικεσίου, τὸ τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας περιουσίας ἀναγκαζέσθω καταβαλεῖν αὐτῇ. ἀλλὰ μέχρι μὲν τετρακοσίων χρυσίου λιτρῶν τὴν περιουσίαν ἔχων ἑκατὸν λίτραις ζημιωθήσεται, τουτέστι τῷ τετάρτῳ τῆς περιουσίας μέρει, ἐλάττονα δὲ ταύτης, καθ' ὅσον ἡ τοῦ τετάρτου ποιεῖ ποσότης. εἰ δὲ καὶ μείζονα τῆς εἰρημένης τῶν τετρακοσίων τοῦ χρυσίου λιτρῶν ποσότητος εἰς περιουσίαν ἔχοι, μὴ πλέον τῶν ἑκατὸν τοῦ χρυσίου ζημιούσθω λιτρῶν. πρὸς γὰρ δὴ τὴν μεγίστην ἐπίπαν ἀποβλέψαντες προῖκα τὸν νόμον τοῦτον ἐγράψαμεν, οὐσίαν εἰκότως ἐκείνην κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους οἰηθέντες εἶναι, ἥπερ ἂν καθαρὰ χρεῶν διαφαίνοιτο. Καὶ ὅ γε λόγος ἐκ τῶν αὐτῶν αἰτιῶν ἐξ ἀντιστρόφου χωρείτω, καὶ εἴπερ ἡ γυνὴ παρ' αἰτίαν οἰκείαν ἀποχωρήσειε τοῦ ἀνδρὸς ἄπροικος καθεστῶσα, ἢ καὶ πέμψειεν αὐτῷ δίχα τινὸς αἰτίας εὐλόγου ῥεπούδιον, ταῖς αὐταῖς ἐν ἅπασιν ὑποκείσθω ποιναῖς. καὶ εἰ μὲν κατ' αἰτίαν αὐτῆς ὁ γάμος λυθείη, τὴν πενταετίαν φυλακτέον τῇ γυναικί, καὶ δευτέροις οὐχ ὁμιλήσει γάμοις. εἰ δὲ κατ' αἰτίαν τοῦ συνοικοῦντος ἢ καὶ bona gratia *διαλυθείη (ἴσως γὰρ καὶ τοῦτο), τὸν ἐνιαυτὸν φυλαττέτω διὰ τὸ τοῦ σπέρματος ἀσύγχυτον, ἵνα διὰ πάντων ἡμῖν ὁ νόμος τέλειος ᾖ.*

divisionibus castigationi tradantur competenti. Si quis enim duxerit uxorem, aut etiam mulier ad virum veniat, nuptiali quidem assumpta voluntate atque sententia, non tamen secuta dote aut sponsalicia largitate (ubi quoque praesumptive fieri solutiones contingebat, nullo ex hoc contra temerarium sequente periculo), constitutionem scripsimus dicentem: si quis sub potestate constitutam mulierem voluntate parentum aut etiam suae potestatis forte ducat uxorem neque dote oblata neque instrumentis talibus factis, nuptiae quidem sint nuptiae, licet dotalia non sint conscripta, ut non ob hoc vir (quod in multis novimus factum) expellat domo uxorem sine una prius dictarum rationabilium causarum, quasque Theodosius quasque nos enumeravimus. Si quid autem tale fiat et aut sine causa eam abiciat domo, aut etiam ipse rationabilem causam praestet ut mulier separetur ab eius matrimonio, quartam partem propriae substantiae cogatur exsolvere ei. Et usque ad quadringentas quidem auri libras substantiam habens centum libris damnificabitur, hoc est quarta substantiae parte, minorem autem ad hoc in quantum quartae facit quantitas. Si vero etiam maiorem praedictae quadringentarum auri librarum quantitatis substantiam habeat, non amplius centum auri damnificetur libris. Ad maximam namque plerumque respicientes dotem legem hanc scripsimus, substantiam illam merito secundum nostras leges aestimantes esse quae pura debitis videatur. Ratio quoque ex ipsis causis pro cautione procedat, et si mulier per culpam propriam separetur a viro indotata existens, aut etiam mittat ei sine aliqua causa rationabili repudium, iisdem in omnibus subiaceat poenis. Et si quidem per culpam eius matrimonium solvatur, quinquennium observandum mulieri est, et secundis non copulabitur nuptiis: sin vero per culpam mariti aut etiam bona gratia distrahatur, merito et hic annum custodiat propter seminis confusionem, ut per omnia nobis lex perfecta sit.

---

paraltionibus sine iusta causa factis castigationi convenienti tradantur. Si quis enim duxerit uxorem, sive etiam mulier viro nupserit, coniugali quidem animo et voluntate adhibita, dote autem vel antenuptiali donatione non secuta (qua quidem in re accidebat ut etiam inconsideratius solutiones fierent, cum nullum inde periculum subesset adversus eum qui inconsiderate egisset), constitutionem scripsimus, quae statuit ut, si quis mulierem, quae in potestate sit, cum voluntate parentum, vel forte etiam quae sui iuris sit, in matrimonium duxerit neque dote data neque instrumentis eius generis confectis, nuptiae quidem sint nuptiae, licet dotalia instrumenta conscripta non sint, neve propterea (id quod de multis factum scimus) vir uxorem domo expellat absque una illarum quas ante diximus iustarum causarum, et quas Theodosius et quas nos enumeravimus. Si vero tale quid factum sit et vel sine causa eam domo dimiserit, vel adeo ipse iustam causam praebuerit mulieri a coniugio cum illo divertendi, quartam partem suae substantiae illi persolvere cogatur. Atque qui quidem usque ad quadringentas libras auri substantiam habet, centum libris multabitur, id est quarta substantiae parte; qui vero hoc minus habet, in quantum quartae partis quantitas efficit. Quodsi etiam ampliorem dicta quantitate quadringentarum auri librarum substantiam habeat, non plus centum auri libris multetur. Etenim ad maximam quae plerumque est dotem respicientes hanc legem conscripsimus, substantiam nimirum illam secundum leges nostras esse rati, quaecumque pura ab aere alieno appareat. Atque ratio ex iisdem causis e contrario procedat, et si mulier indotata constituta ob propriam culpam a viro diverterit, vel etiam sine iusta aliqua causa repudium illi miserit, iisdem per omnia subiaceat poenis. Et siquidem per mulieris culpam matrimonium solutum sit, quinquennium mulieri custodiendum priusquam ad secundas veniat nuptias; sin per culpam mariti, vel etiam si bona gratia dissolutum sit (pariter enim ad hoc quoque pertinet), annum custodiat ad vitandam seminis confusionem, ut per omnia nobis lex absoluta sit.

---

7 *διάταξιν ἐγράψαμεν*] *Cod.* 5, 17, 11 ‖ 15 *ἅς τε ἡμεῖς*] *ὥστε ἡμεῖς M* ‖ 17 *leg. παράσχῃ* ‖ 21 **λίτρας M* ‖ 31 *ἐξ ἀντιστρόφου*] pro cautione *ς* ‖ 33 **ἀποχωρήσειε* (*cf. ς*)] *ἀποχωρήσει M* ‖ 35 *ὑποκείσθω Zachariae*] *ὑποκεῖσθαι M* ‖ 39 *γὰρ om. ς* ‖ *an leg. ἴσον γὰρ κατὰ τοῦτο?*

---

1 Si] *rubr.* De nuptiis sine dotalibus instrumentis *R mg.* ‖ 2 dixerit R^1 ‖ 6 nulla *R* ‖ 7 sequentem *R* ‖ 8 sub] in *V* ‖ 9 parentium *RT* ‖ suae] siue V^1 ‖ 11 talibus *V*] dotalibus *R vulg.* ‖ sunt *vulg.* ‖ nuptiae *R*] *om. V vulg.* ‖ 12 hoc *om.* R^1 ‖ 14 una] ulla *vulg* ‖ 15 quascumque *V* ‖ quasque Theodosius *om.* R^1 ‖ 16 eam] et eam R^1 ‖ 17 *sq.* ut praestet V^1 ‖ 20 quadrigentas *RVT* (*id. infra*) ‖ 22 quartam quidem substantiae partem *R* ‖ ad hoc] hac *vulg.* ‖ 23 etiam] et *R* ‖ 24 maiorem — 25 quantitatis *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 25 habet *V* ‖ 26 auri *om.* R^1 ‖ dampnificentur ad (ad *del.* R^2) libris *R* ‖ 27 hanc (hunc R^1) scripsimus legem *R* ‖ 28 secundo? V^1 ‖ 29 uide•antur V^1 ‖ 30 pro cautione *RVT*] e contrario *vulg.* ‖ 33 isdem R^1 hisdem R^2VT ‖ in *om. R* ‖ subiacet *V* ‖ 34 et si] si et R^1 ‖ 36 sin *R*] si *V vulg.* ‖ per *om. R* ‖ culpam R^1 culpa R^2 causam *VT* ‖ 37 etiam] non *R* ‖ distraitur *R* ‖ 39 perfecta lex *R*

CAPUT XIX.

Ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον ἡμῖν εὐσεβές τε ἅμα καὶ χαρίεν ἐξευρημένον, ἔνθα καὶ ῥεπουδίων σταλέντων οἱ γάμοι μένουσιν ἔτι. τὰς γὰρ τῶν ὑπεξουσίων πονηρίας περὶ τοὺς πατέρας κωλύοντες· ἐπειδή τινας εὕρομεν ἐξεπίτηδες ῥεπούδια γράφειν σπεύδοντας καὶ πέμπειν ταῖς αὐτῶν γαμεταῖς, ἢ καὶ τοὐναντίον μηδεμιᾶς εὐλόγου παντελῶς ὑπούσης αἰτίας διαλύειν τοὺς γάμους, ὥςτε τοὺς αὐτῶν γονεῖς ὑποβάλλεσθαι ταῖς ἐκτίσεσι τῆς προικὸς ἢ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς, ὡς δὴ διαλυθέντος τοῦ γάμου, καὶ αὐτοὶ μὲν ἴσως λάθρα συνῴκουν ἀλλήλοις, ἀπῄεσαν δὲ οἱ γονεῖς ἐζημιωμένοι καὶ ταύτην τῆς περὶ τοὺς παῖδας φιλανθρωπίας ἔχοντες τὴν ἀμοιβήν· νόμον ἐγράψαμεν βουλόμενον μήτε ὑπεξουσίους μήτε ἐμαγκιπάτους παῖδας, μήτε ἄρρενας μήτε θηλείας, δύνασθαι διαλύειν τοὺς γάμους εἰς τὴν τῶν οἰκείων βλάβην πατέρων ἢ μητέρων, οἳ τὰς προῖκας ἢ τὰς προγαμιαίας δωρεὰς ἐπιδεδώκασιν ἢ ὑπεδέξαντο μόνοι ἢ καὶ μετὰ τῶν παίδων. ἀλλ' ὥςπερ ἐν τῇ συστάσει τῶν γάμων ἀναμένομεν τὴν τῶν πατέρων συναίνεσιν, οὕτως οὐδὲ διαλύεσθαι τοὺς γάμους συγχωροῦμεν ἐπὶ τῇ τῶν γονέων βλάβῃ παρὰ τὴν ἐκείνων γνώμην. ἀλλ' εἰ καὶ πεμφθείη ῥεπούδιον, ἁρμόζειν κατ' αὐτῶν τὴν εἴςπραξιν τῶν ποινῶν οὐ συγχωροῦμεν, εἴτε αὐτοὶ δεδώκασι ταῦτα ἢ ὑπεδέξαντο, ἢ καὶ συνυπεδέξαντο. οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοι λόγον, τὸν μὲν πατέρα παρὰ γνώμην τοῦ παιδὸς μὴ δύνασθαι διαλύειν τὸν γάμον, τοῖς δὲ παισὶν ἐπιτρέπειν ἴσως καὶ ἐλάττοσι τὴν ἡλικίαν οὖσι καὶ μηδὲ τὸ συμφέρον ἐπισταμένοις λύειν παρὰ τὴν τῶν πατέρων γνώμην τὸν γάμον κἀντεῦθεν τοὺς πατέρας ἀδικεῖν. Τοῦτο δὲ εὖ μὲν ἀρξάμενος ὁ φιλοσοφώτατος ἐθέσπισε Μᾶρκος, Διοκλητιανὸς δὲ τούτῳ κατηκολούθησεν, ἡμεῖς δὲ ὁμοίως ἀπεδεξάμεθα. Καὶ ἔστω τέλος ἡμῖν τοῦτο τῶν διαζεύξεων αἳ περιόντων τῶν συνοικούντων γίνονται.

Est quoque quoddam et aliud a nobis pium simul et gratum adinventum, ubi etiam repudiis missis nuptiae consistunt adhuc. Eorum namque qui sub potestate sunt calliditates circa parentes habitas prohibemus: quoniam quosdam invenimus ex studio repudia scribere festinantes et mittere suis uxoribus, aut etiam e diverso et nulla rationabili penitus existente causa solvere matrimonia, ut eorum parentes subiaceant exactioni dotis aut sponsaliciae largitatis, quasi soluto matrimonio: et ipsi quidem forsan latenter miscentur alterutris, discedunt autem parentes damnificati et hanc apud filios humanitatis habentes recompensationem. Ideoque legem scripsimus volentem neque sub potestate constitutos neque emancipatos filios, neque masculos neque feminas, posse distrahere matrimonia in suorum laesionem patrum aut matrum, qui dotes aut ante nuptias donationes obtulerunt aut susceperunt soli aut etiam cum filiis. Sed sicut in contractu nuptiarum expectamus patrum consensum, ita neque transigere matrimonia sinimus in parentum laesionem citra illorum voluntatem. Sed etsi mittatur repudium, competere contra eos exactionem poenarum non sinimus, sive ipsi dederunt haec vel susceperunt, sive etiam cum aliis susceperunt. Non enim habet rationem, parentem quidem citra voluntatem filii non posse transigere matrimonium, filiis autem permittere forsan et in minore aetate constitutis et neque quod utile sit scientibus citra patrum voluntatem solvere matrimonium et ex hoc parentes laedere. Hoc autem bene quidem incohans philosophissimus sancivit Marcus, Diocletianus autem hunc secutus est, nos autem similiter approbavimus. Sitque terminus nobis hic disiunctionum quae superstitibus contrahentibus fiunt.

cap. XIX extat B 28, 4, 45. *Summam habent Prochiron* 4, 21; *Epanagoge* 16, 23.

XIX. *Est autem etiam aliud quiddam a nobis et pium simul et gratum excogitatum, ubi etiam repudiis missis matrimonia permanent. Nam ut eorum qui in potestate constituti sunt malitiam adversus patres prohiberemus, quoniam quosdam deprehendimus de industria repudia scribere studentes et mittere uxoribus suis, vel etiam e contrario, cum nulla omnino iusta causa subesset, solvere matrimonia, ut parentes illorum solutioni dotis vel ante nuptias donationis subicerentur, utpote dissoluto matrimonio (atque ipsi quidem forte consuetudinem inter se clam retinebant, parentes vero damno affecti abibant et hanc habentes benignitatis suae erga liberos remunerationem): legem conscripsimus, quae neque in potestate constitutos neque emancipatos liberos, neque masculos neque feminas, potestatem habere vult matrimonia in fraudem suorum patrum aut matrum, qui dotes aut antenuptiales donationes dederunt vel acceperunt soli vel etiam cum liberis, dissolvendi. Sed quemadmodum in constituendis matrimoniis patrum consensum expectamus, ita ne solvi quidem matrimonia in fraudem parentum praeter illorum voluntatem permittimus. Sed etiam si missum sit repudium, non concedimus, ut poenarum exactio contra eos competat, sive ipsi illa dederint aut acceperint, sive etiam cum liberis acceperint. Neque enim rationi conveniat, patrem quidem contra filii voluntatem matrimonium dissolvere non posse, liberis vero forsan etiam aetate minoribus ac ne intellegentibus quidem quid e re sua sit concedi, praeter patrum voluntatem matrimonium solvere et inde patres iniuria afficere. Et hoc quidem recte sanciendi initium fecit Marcus summus philosophus, Diocletianus autem hunc secutus est, nos vero simili modo recepimus. Atque hic finis esto disiunctionum quae superstitibus coniugibus fiunt.*

1 *τι om. B* ‖ *ἡμὶ* L^1 ‖ 2 *καὶ om. B* ‖ *ῥεπουδίων M*] *διαζυγίων LB* ‖ 4 *κωλύοντε* L^1 (prohibemus ϛ) ‖ 5 *ῥεπούδια M*] *διαζύγια LB* ‖ 6 *μηδεμιᾶς*] et nulla ϛ ‖ 9 *ἢ τῆς πρὸ γάμου om. L* (*διὰ προικῴων pro προικὸς corr.* L^2) ‖ 10 *δὴ om. B* ‖ 11 *συνῴκουν MB*] *συνοικοῦσιν* L^2 (*cf.* ϛ) *συν**** L^1 ‖ *ἀπῄεσαν* L^2B] *ἀπήειεσαν* L^1 *ὑπῄεσαν M* ‖ 13 *τὴν om. B* ‖ *νόμον*] *καὶ νόμον L* ‖ *ἐγράψαμεν*] *Cod.* 5, 17, 12 ‖ 14 *ἐμαγκιπάτους M*] *αὐτεξουσίους LB* ‖ 18 *καὶ om. B* ‖ 19 *τοῦ γάμου B* ‖ 20 *σύνεσιν* L^a ‖ 21 *βλάβην* L^1 ‖ 22 *ῥεπούδιον M*] *διαζύγιον LB* ‖ 23 *τὴν ποινὴν* L^1 ‖ 25 *ἢ καὶ συνυπεδέξαντο om. L* ‖ 28 *ἴσως καὶ ἐν ἐλάττονι τῇ* (*τῇ om.* B^f) *ἡλικίᾳ οὖσι B* ‖ 31 *τοῦτο δὲ*] *καὶ τοῦτο B* ‖ 32 *Διοκλητιανὸς*] *Cod.* 5, 17, 5 ‖ *τοῦτο* LB^f ‖ 33 *καὶ ἔστω* — 35 *γίνονται om. LB*

1 *rubr.* De repudiis a filiisfamilias non mittendis *R mg.* ‖ Est] Eo R^1 ‖ quiddam V^1 ‖ 4 habitis R^1 ‖ 5 quoniam] quando *R* ‖ ex] et *R* ‖ 7 e *VT*] ex R^2 *om.* R^1 ‖ 8 ut] aut V^1 ‖ 9 subiaceat R^1 ‖ 11 discederit R^1 ‖ aut *R* ‖ 12 dampnaficati V^1 ‖ inmanitatis *R* ‖ 13 recompensationem *V vulg.*] res pensationem R^1 repensationem R^2T ‖ 16 laesione *RV* ‖ 17 patrem R^1 ‖ ante nuptias *RV*] antenuptiales *vulg.* ‖ 18 donationis R^1 ‖ autem *R* ‖ etiam *om. V* ‖ 19 contractum V^1 ‖ 20 transiegere *V* ‖ 21 finimus *R* ‖ parentum] pa um V^1 ‖ 22 uoluntate V^1 ‖ 24 dederunt — 31 marchus *scr.* R^2 *in ras.* 4 *versuum* ‖ 26 extra *V* ‖ 27 filiis autem permittere *om. R* ‖ 30 aut *R* ‖ 31 philosophosissimus *V* ‖ 32 dioclitianus *RVT* ‖ hoc *R* ‖ 33 terminum R^1 ‖ 34 contrahentibus *om. V*

CAPUT XX.

Τὸ δὲ ἐφεξῆς τῶν γάμων τέλος ὁ πάντα ὁμοίως διαλύων ἐκδέχεται θάνατος. ὥστε, εἴτε θανάτῳ τοῦ ἀνδρὸς διαλυθείη τὸ συνοικέσιον εἴτε τελευτῇ τῆς γυναικός, κέρδος γίνεσθαι τῷ μὲν ἀνδρὶ τὴν προῖκα κατὰ τὸ τοῖς γαμικοῖς συμβολαίοις περιεχόμενον σύμφωνον, τῇ γυναικὶ δὲ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, καθάπερ ἂν κἀκεῖσε δόξειεν ἐξ ἀρχῆς τοῖς συμβάλλουσιν· οὐ κωλυομένων μὲν τῶν ἀνίσων κατὰ τὸ ποσὸν ἐπιδόσεων, κωλυομένων δὲ τῶν ἀνίσων συμφώνων· τοῦτο ὅπερ ὁ μὲν γενναιότατος Λέων ἐν τοῖς οἰκείοις ὀρθῶς ἔγραψε νόμοις, ἡμεῖς δὲ αὐτὸ παραλαβόντες ἔτι σαφέστερον διετάξαμεν. Εἰ γὰρ ὁ μὲν πλεῖον, ὁ δὲ ἔλαττον ἐν τῷ κέρδει συμφωνήσειεν, ἄδηλον ἦν, ὁποῖον δεῖ τὸ κρατοῦν εἶναι, πότερον τὸ πλεῖον ἢ τὸ ἔλαττον, τῆς ἀμφισβητήσεως ἑκατέρωθεν ὁμοίως ἀνισταμένης. ὥστε ἡμῖν ἔδοξε τὰς ἀμετρίας ἀποστρεφομένοις πρὸς τὸ ἔλαττον καθελκύσαι τὸ πλεῖον ἐν τῷ συμφώνῳ, ὡς μὴ τῷ μὲν ἐξεῖναι τρίτον, τῷ δὲ τυχὸν τέταρτον τοῦ κέρδους συμφωνεῖν, ἀλλ᾽ εἴ τι τοιοῦτο γένοιτο, ⟨τὸ τέταρτον⟩ ἐφ᾽ ἑκατέρου παραλαμβάνεσθαι, καὶ ἐφεξῆς ὁμοίως ἐπὶ τῶν μερῶν, οὐ μὴν ἐπὶ τῆς συμπεφωνημένης ἑκατέρωθεν ποσότητος.

1 *Λυθέντος τοίνυν τοῦ γάμου κατὰ τὰς ἔμπροσθεν ἁπάσας διαζεύξεις εὔδαιμον μὲν καὶ μακάριον ἑκατέρῳ τῶν συμβαλόντων μένειν ἐπὶ τῆς προτέρας εὐνῆς καὶ μὴ τὴν γενομένην γονὴν τοῖς ἐφεξῆς συνοικεσίοις ἴσως λυπεῖν. καὶ εἴ γε τοῦτο πράξαιεν καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων σταῖεν γάμων, ἕξουσι μὲν τὰ οἰκεῖα, τουτέστι προῖκα μὲν ἡ γυνή, προγαμιαίαν δὲ δωρεὰν ὁ ἀνήρ, οὐδὲν πολυπραγμονούντων ἡμῶν (τοῦτο ὅπερ ἐπὶ τῶν δευτέρων ἐστὶ γάμων), λήψονται δὲ τὰ κέρδη, ὁ μὲν ἀνὴρ τὰ ἐκ τῆς προικός, ἡ δὲ γυνὴ τὰ ἐκ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς. καὶ ἔσονται ταῦτα αὐτοῖς οἰκεῖα, οὐδὲν σχεδὸν τῆς ἄλλης αὐτῶν διαφέροντα κτήσεως. ὥστε ἐν ὅσῳ περίεισι, πᾶσαν ἄδειαν ἕξουσιν ἐκποιήσεως ἐπ᾽ αὐτοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις οἷς οἴκοθεν ἐξ ἀρχῆς εἶχον· εἰ δὲ καὶ τελευτῷεν, πάρεστιν αὐτοῖς καὶ*

Deinceps autem matrimoniorum terminum quae omne similiter solvit expectat mors. Unde sive morte viri solvatur matrimonium sive fine mulieris, lucrum sit viro quidem in dote secundum quod nuptialium instrumentorum continetur pacto, mulieri vero ex nuptiali donatione, sicut et ibi convenerit a principio contrahentibus: non prohibendis quidem inaequalibus secundum quantitatem oblationibus, prohibendis autem inaequalibus pactis; hoc quod fortissimus quidem Leo in suis conscripsit legibus, nos autem hoc sumentes adhuc clarius ordinavimus. Si enim alter quidem amplius, alter vero minus in lucro paciscatur, incertum erat, quale oporteret esse quod teneat, utrum quod plus an quod minus, dubitatione ex utroque similiter insurgente. Unde nobis placuit immoderationes aversantibus ad minus protrahere, quod in pacto plus est, et non alio quidem licere tertiam, alio autem forsitan quartam lucri pacisci: sed si quid tale fiat, quarta in utroque percipienda, et deinceps similiter in partibus, non tamen in constituta ex utroque quantitate.

1 Soluto igitur matrimonio secundum praedictas omnes disiunctiones felix quidem et beatum est utrique contrahentium perdurare in priori coniugio et non procreatam sobolem sequentibus matrimoniis forsitan contristare. Et si hoc egerint et in prioribus steterint nuptiis, habebunt quidem propria, hoc est dotem quidem mulier, sponsaliciam vero largitatem vir, nihil perscrutantibus nobis (hoc quod super secundis est nuptiis), percipient autem lucra vir quidem ex dote, mulier autem ex antenuptiali donatione; et erunt haec eis propria, nihil paene alia eorum differentia possessione. Unde donec vixerint, omnem licentiam habebunt alienationis super his, sicut in aliis quae de suo ab initio habuerunt. Si vero etiam moriantur, licet eis et legatis et fidei-

cap. XX § 1 2 *et cap. XXI* (— *ἀδελφοὺς ἄγομεν* 162, 4) *habent B* 28, 12; § 1 *Λυθέντος τοίνυν ...... κτήσεως* (34), *item reliqui capitis et cap. XXI excerpta* B^s *p.* 191 *Zach.*

XX. *Iam eum qui deinceps sequitur matrimoniorum finem quae omnia pariter dissolvit mors continet. Itaque sive morte viri sive obitu mulieris coniugium solutum sit, lucrum fiat marito quidem dos secundum pactum quod nuptialibus instrumentis comprehenditur, mulieri autem antenuptialis donatio, prout in hoc quoque ab initio contrahentibus visum sit. Neve prohibeantur dationes quantitate dispares, prohibeantur dispares pactiones, id quod generosissimus Leo in suis recte scripsit legibus, nos vero ab eo acceptum etiam certius constituimus. Si enim alter plus, alter minus de lucro pactus fuerit, incertum erat, quale esset quod valere oporteret, utrum quod plus an quod minus est, cum dubitatio utrimque similiter oreretur. Itaque nobis, quippe qui id quod modum excedat aversemur, visum est ad minus deducere, quod in pacto plus est: ut non liceat alteri tertiam, alteri vero quartam forte lucri partem stipulari, sed si quid tale fiat, quarta in utroque accipiatur, ac deinceps simili modo in partibus nec vero in quantitate utrimque pacta.*

1 *Soluto igitur matrimonio secundum disiunctiones quas supra diximus omnes felix quidem et beata utrique coniugum sors est in priore toro acquiescendi nec forte subolem sibi natam sequentibus conubiis contristandi. Et si quidem hoc fecerint atque priore matrimonio steterint, et sua habebunt, hoc est et dotem mulier et antenuptialem donationem vir, cum nos nequaquam scrupulose rem perscrutemur (id quod fit in secundis nuptiis), et lucra accipient, tam vir quae ex dote quam mulier quae ex antenuptiali donatione redundant: atque haec iis propria erunt nec quicquam fere a reliquis eorum bonis differant. Itaque donec superstites sunt omnem in iis facultatem alienandi habebunt, sicut in reliquis quae propria ab initio habebant. Quodsi moriantur, licet iis et per legata et per fideicommissa*

1 *Τὸ*] *ΙΘ' L in mg.* ‖ *τὸν* L^1 ‖ *γάμον L* ‖ 2 *διαλύην* L^1 ‖ 7 *sq. τοῖς (τῆς* L^1*) συμβάλουσι· κωλυωμένων μὲν καὶ τῶν L* ‖ 9 *δὲ*] *δὲ καὶ L* ‖ 10 *Λέων*] *Cod.* 5, 14, 9 ‖ *ὀρθῶς om.* ϛ ‖ 12 *διετάξαμεν*] *Cod.* 5, 14, 10 *cf.* 5, 3, 20 § 7 ‖ 16 *ἀποστρεφομένης* L^1 ‖ 19 *τοιούτω L* ‖ 20 *τὸ τέταρτον inseruit Osenbrüggen cum* ϛ *(cf. Iul.)* ‖ 21 *μερῶν*] *ἡμερῶν M* ‖ *οὐ μὴν — ποσότητος om. L* ‖ 22 *συμπεφωνησάσης* M^a ‖ 25 *συμβαλλόντων B* ‖ 26 *γινομένην M* ‖ *γονὴν*] *εὐνὴν* M^a ‖ 30 *οὐδὲν B*ϛ] *οὐδὲ ML* ‖ 32 *ἡ δὲ γυνὴ M*] *ἡ γαμετὴ δὲ LB* ‖ 33 *Post δωρεᾶς BL inserunt nov. CXXVII cap.* 3 ‖ 35 *ἐν*] *καὶ L* ‖ 36 *ὡς*] *ὥστε L* ‖ 37 **τελευτοῖεν MB τελευτείεν L*

1 *rubr.* Si morte uiri uel uxoris soluatur matrimonium *R mg.* ‖ matrimonium R^1 ‖ terminum *V vulg.*] terminus *T* terminum siue fide mulierisque *R* ‖ quae omne *om.* R^1 ‖ 3 uiri] mori R^1 ‖ fine] finis? V^1, *erasit* V^3 ‖ 4 in dote *om.* R^1 ‖ seculum *R* ‖ 6 conuenit *R* ‖ 7 non] quae R^1 ‖ inaequalibus] ut qualibet R^1 ‖ 9 factis *R* ‖ quod] quae R^1 ‖ 10 autem *om. R* ‖ 11 ordinamus *R* ‖ 12 alter uero] alterutro R^1 ‖ 13 incertum *cet.*] certum — utrique (24) *scr.* R^2 *in ras.* 5 *versuum* ‖ oportet *vulg.* ‖ 14 plus] amplius *V* ‖ 15 utraque *V* ‖ 16 aduersantibus *RVT* ‖ 17 alii *vulg.* ‖ 18 alio *R*] alii *V vulg.* ‖ forsan *vulg.* ‖ 25 perdurari *V* ‖ priori *VT*] priore *R vulg.* ‖ 26 prooreatam R^1 ‖ 27 forsan|tā R^1 ‖ constristare R^a ‖ 28 steterunt *R* ‖ 29 vero *om. R* ‖ 30 nihil] in nichil R^1 ‖ 32 aut *R* ‖ danatione *V* ‖ 33 haec erunt *R* ‖ alia] ab alia *vulg.* ‖ 34 unde] ante R^1 ‖ 35 omnes R^1 ‖ 37 eius *R* ‖ legatas R^1 ‖ et *om. V*

ληγάτοις καὶ φιδεϊκομμίσσοις τὰ πράγματα ταῦτα εἰς ἑτέρους μεταστῆσαι. καὶ γὰρ δὴ τὰς τοιαύτας ἐκποιήσεις ἐφήκαμεν ἡμεῖς διάταξιν ὑπὲρ τούτων γεγραφότες.
2 *Εἰ μέντοι τοὺς μὲν παῖδας ἔκ τινος μοίρας γράψαιεν κληρονόμους, ἐξωτικοὺς δὲ ἐξ ἑτέρας, μένοι δὲ τὰ τοιαῦτα πράγματα ἢ καί τινα ἐξ αὐτῶν ἀνεκποίητα, οὐ παρὰ τοῦτο ἐκπεποιῆσθαι ταῦτα δοκεῖ, ἐπειδή τις καὶ ἕτερος γέγραπται κληρονόμος, ἀλλὰ μενέτω καὶ ταῦτα τοῖς παισίν. Οὐδὲ γάρ, εἰ γράψαιεν πάντας τοὺς παῖδας κληρονόμους, ἐξ ἀνίσων μέντοι μερῶν, ταῦτα κατὰ τὰς κληρονομιαίας λήψονται μοίρας, ἀλλ' ἐξ ἴσης διαιρήσονται πρὸς τὸν ἀριθμὸν τὸν ἑαυτῶν· ὥσπερ κἂν εἰ μηδένα αὐτῶν γράψειαν κληρονόμον, ἀλλ' ἐξωτικοὺς ἅπαντας, αὐτοῖς τοῦ ἱκανοῦ δι' ἑτέρων τρόπων γινομένου, λήψονται ταῦτα, καίτοι μὴ κληρονομοῦντες τοῦ γονέως. Ἔδοξε γὰρ ἡμῖν κατὰ πρόληψιν ὁ πατὴρ ἐν ᾧ μὴ ζῶν ἐκποιήσειεν ἢ καὶ ῥητῶς ὑπόθοιτό τι τῶν πραγμάτων τούτων, ἢ τελευτῶν μὴ ῥητῶς εἰς ἕτερον αὐτὰ μεταθείη, βούλεσθαι μᾶλλον φυλάττειν τοῖς παισίν, ὡς ἐξ αἰτίας ἐκείνων αὐτῷ προσγενόμενα, ἀλλὰ μὴ εἰς τοὺς ἔξωθεν ἄγειν. καὶ δοθήσεται ταῦτα τοῖς παισὶ γέρας ἐξαίρετον ἐκ τοῦ ἡμετέρου νόμου, κἂν εἰ μὴ κληρονομοῖεν ἢ τοῦ πατρὸς ἢ τῆς μητρὸς ἢ ὁποτέρου, κἂν εἴ τινες μὲν αὐτῶν κληρονομοῖεν, τινὲς δὲ παραιτοῖντο. τοῦτο γὰρ ἡμῖν ὀρθότερον τῶν προτέρων ἔδοξεν ἔχειν. Ὥστε εἴπερ γέρας ἐστὶν ἐκ τοῦ νόμου καταφερόμενον εἰς αὐτούς, μηδεμιᾷ προσθήκῃ μήτε ἐπιθολοῦσθαι μήτε ἐλαττοῦσθαι, πλὴν εἰ μὴ τὴν αἰτίαν αὐτοὶ δοῖεν οἱ παῖδες τῆς ἑαυτῶν ἐλαττώσεως.*

commissis res has in alios migrare; talem quippe alienationem permisimus nos constitutionem pro his conscribentes.
2 Si vero filios ex aliqua parte scripserint heredes, extraneos autem ex alia, maneant autem tales res aut etiam quaedam earum non alienatae, non ob hoc alienatae hae videbuntur, quoniam aliquis etiam alter scriptus est heres, sed maneant etiam haec filiis. Non enim, si scripserit omnes filios heredes ex inaequalibus partibus, has secundum hereditarias accipient portiones, sed ex aequo divident secundum numerum suum, sicut etiam si nullum eorum scripserit heredem, sed extraneos omnes, eis per alios modos satisfactione habita, percipient eas, cum utique non sint heredes parentum. Placuit enim nobis per praesumptionem, quia pater, dum non vivens alienaverit aut expressim obligaverit aliquid rerum harum aut moriens non expressim in alium eas transposuerit, voluerit magis servare filiis, tamquam ex causa illorum sibimet acquisitas, et non ad extraneos deducere. Et dabuntur haec filiis honore praecipuo ex nostra lege, licet non fiant heredes aut patris aut matris aut utriusque, vel si quidam quidem eorum heredes fiant, alii vero repudient; hoc enim nobis rectius quam prioribus placuit habere. Unde si praemium est ex lege descendens in eos, nulla adiectione neque turbetur neque minuatur, nisi forte causam ipsi dent filii suae deminutionis.

CAPUT XXI.

Εἰ γάρ τις ἐξ αὐτῶν ἀχάριστος φανείη, τὸ γέρας τοῦτο τοῖς ἄλλοις δίδομεν τοῖς οὐδέν τι τοιοῦτο πράξασιν, ἵνα καὶ τοὺς ἄλλους παιδεύσωμεν τοὺς γονεῖς τιμᾶν καὶ πρὸς τὸ τῶν ἀδελφῶν παράδειγμα βλέπειν. Ὥστε εἰ τοσοῦτον ἀτύχημα τῆς τῶν παίδων εἴη γονῆς, ὡς ἅπαντας ἀχαρίστους εἶναι, ἐπὶ τοὺς κληρονόμους ἐρχέσθω ταῦτα τοῦ τελευτήσαντος ὡς τῆς ἐκείνου περιουσίας ὄντα· οὐ δυναμένων τῶν παίδων ἐκ τοῦ παρ' αὐτῶν ἠτιμασμένου γονέως γέρας ἔχειν, ὅπερ ἡμεῖς αὐτοῖς διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὐ δίδομεν.

Si quis enim ex eis ingratus videtur, praemium hoc aliis damus nihil tale agentibus, ut etiam alios corripiamus parentes honorare et ad fratrum exemplum respicere. Unde si tantum infortunium filiorum sit sobolis, ut omnes ingrati sint, ad heredes veniant haec defuncti tamquam illius substantiae constituta, non valentibus filiis ex parente a se exhonorato praemium habere, quod nos eis propter hanc causam non damus.

res illas in alios transferre. Eiusmodi enim alienationes nos concessimus constitutione de his scripta.
XL. *Quodsi mater liberorum scilicet impuberum tutelam gerat quae iusiurandum dedit se ad secundas nuptias non transituram, deinde et priori toro et iureiurando contempto ad secundum maritum venerit neque tutore antea petito neque rationibus redditis neque omni eo quantum inde debet persoluto, non solum bona eius in hypothecam tenere liberis lex permittit, verum etiam mariti bona simul subicit hypothecis, illamque excludit a successione filii, si impubes moriatur, etiamsi pater ex substitutione eam ad filii successionem venire iusserit. Atque haec quidem praedecessores nostri. Nos vero miramur, quod mulierem adeo impiam, ut etiam iusiurandum protinus neglegat atque ita ad intempestivas nuptias transeat, tribus illis quae summa sunt neglectis, deo et memoria defuncti et amore liberorum, tam exiguis poenis subiecerunt, atque eam quidem quae ante tempus luctui statutum nupserit neque omnino mater liberorum fuerit, severe puniunt, quamvis liberos non habeat, propter solam honestatem hoc agentes, mulierem vero adeo in libidinem effusam ne iisdem quidem subiecerunt poenis, quales subeunt quae ante tempus luctui statutum in secundi viri coniugium declinarunt. Itaque sancimus, ut quae in posterum ita peierare audeant mulieres, praeter poenas iam constitutas eas quoque omnes subeant, quas antea de nubentibus ante tempus luctui statutum mulieribus diximus, ut et infamiam ceteraque omnia iis irrogemus et solutionem poenarum eandem iis concedamus quam illis, id est ut supplicent imperatori atque dimidiam partem suorum bonorum liberis dent, ne usufructu quidem apud ipsas servato. Atque omnino aequo loco*

2 *αὐτὰς τῶν*] *τῶν om.* L^1 ‖ 3 *παρὰ τῶν Bς*] *κατα τῶν M ἐκ τῶν* L^2 *om.* L^1 ‖ *λήψονται ante ἐκ τῶν transposuit* L^2 ‖ 5 *ἐπιτροπεύῃ L* ‖ 6 *διεπαγγειλαμένη* LB^s ‖ *πρὸς δεύτερον μὴ* B^f ‖ 8 *ὅρκων Mς*] *ἐπαγγελιῶν LB* (*idem v.* 19). *Cf. nov. XCIV c.* 2 ‖ *εἰς — δευτέρου*] *δευτερογαμήσει* B^s ‖ 9 *ἐπίτροπον om.* B^l ‖ 11 *ἐντεῦθεν*] *ἔμπροσθεν* B^s ‖ 12 *ὁ νόμος*] *Cod.* 5, 35, 2. 6, 56, 6 = 8, 14, 6 ‖ 13 *συνυπάγει* B^{ls}] *συναπάγει L ὑπάγει M*(B^f) ‖ 20 *θεοῦ Mς*] *ἀληθείας BL* ‖ 22 *ὑπέβαλλον ταῖς ποιναῖς L* ‖ 23 *γεγαμημένην χρόνου* B^l *χρόνου γημαμένην* B^f ‖ *οὐδὲ πάντες μητέρες L* ‖ 25 *εἰ* L* ‖ 27 *ὑπέβαλλον ML* ‖ 29 *ἕτερον B* ‖ 30 *ἐπιορκεῖν τοῦ λοιποῦ Mς*] *διαψεύδεσθαι τοῦ λοιποῦ L τοῦ λοιποῦ διαψεύδεσθαι B* ‖ 31 *πρὸς*] *πρὶν* L^1 ‖ *προειληφυίσαις M* ‖ 32 *ταύταις* B^l ‖ *πάσαις L* ‖ *ἔμπροσθεν*] *πρότερον* B^s. *Cf. supra cap. XXII* ‖ 33 *γαμουμένων* MLB^s] *γεγαμημένων* B^l ‖ 34 *τἄλλα L* ‖ *ταύταις*] *πρὸς ταύταις* B^s

1 post *bis scr.* V^1 ‖ mortes R^1 al. mortuas R^2 *in mg.* ‖ eas *RT*] dotes *s. v.* $R^2 T^2$, *om. V vulg.* ‖ 2 uxorem R^1 uxores R^2 ‖ illarum *vulg.*] illorum *RVT* ‖ 5 *rubr.* Si mulier tutelam filiorum suorum administrauerit et ad secundas conuolauerit nuptias *T mg.* ‖ 6 imberum R^1 ‖ iurans non existenti ad R^a ‖ 7 se *om. V*, *ante* non (6) *coll. T* ‖ 10 hinc] al. huic *s. v.* V^2 ‖ 11 hypothecam *V vulg.*] ypotheca *R* ‖ 12 maritis R^1 ‖ 13 success*** R^1 ‖ 15 successione R^1 ‖ 16 prioris? V^1 ‖ si *om. RVT al.*, quod *vulg.* ‖ 22 puniuit *R* ‖ 23 et *del.* R^2 ‖ habeat] habeant *V* ‖ 25 concupiscentias R^a ‖ non uel (*s. v.* pro saltim V^2) *V*] uel non (in R^1) *RT vulg.* ‖ ipsi *V* ‖ 28 peierare *vulg.*] perierant *V* pestifera R^1 pestifere R^2, V^3 *s. v.* ‖ 31 adnubunt R^1 ‖ 32 offerentes R^1 ‖ 33 eundem R^1 etiandem V^a ‖ 34 *dimidiam] mediam *libri*

οὐδὲ τῆς χρήσεως παρ' αὐταῖς μενούσης. καὶ ἁπλῶς ἴσην αὐτὴν τίθεμεν διὰ τὴν τῶν γάμων ἀωρίαν τῇ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου γημαμένῃ. Εἰ δὲ καὶ τῶν φυσικῶν ἐπιτροπεύοι παίδων (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δεδώκαμεν αὐτῇ), ἀλλ' οὖν εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα καὶ μὴ ταῦτα πράξασα ἅπερ ἔμπροσθεν εἴρηται, ταῖς αὐταῖς ὑποκείσθω ποιναῖς. Πρόνοια δὲ ἔστω κατὰ μὲν τὰς ἐπαρχίας τοῖς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένοις, ἐνταῦθα δὲ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἅμα τῷ πραίτωρι ᾧ τούτου μέλει τοῦ μέρους, ὥστε βουλομένης εἰς γάμους ἐλθεῖν τῆς ἐπιτροπευούσης γυναικὸς καὶ προβληθῆναι τοῖς νέοις ἐπίτροπον καὶ τοὺς λογισμοὺς ὑποδέξασθαι καὶ ὅπερ ἡ μήτηρ ὀφείλει προφάσει τῆς διοικήσεως, τοῦτο ἀποδοῦναι.

rerum, neque usufructu apud eas remanente. Et simpliciter aequalem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei quae ante lugubre tempus nupsit. Si vero etiam naturalium tutelam gerat filiorum (nam hoc quoque praebuimus ei), tamen ad virum veniens et non haec agens, quae prius dicta sunt, iisdem subiaceat poenis. Providentia vero sit per provincias quidem a gentium praesidibus, hic autem gloriosissimo praefecto felicissimae huius urbis una cum praetore, cui huius partis cura est, ut volente ad nuptias venire tutelam gerente muliere et ordinetur minoribus tutor et rationes suscipiantur et quod mater debet occasione gubernationis, hoc reddatur.

CAPUT XLI.

Ἀρέσκει δὲ ἡμῖν ἡ Ζήνωνος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις, βουλομένη τὸν πατέρα, εἰ κελευσθείη τῷ οἰκείῳ παιδὶ πρεσβεῖον ὑπὸ αἵρεσιν ἢ ἡμέραν δοῦναι, μὴ ἄλλως ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὑπὲρ τῆς δόσεως τῶν πρεσβείων ἀσφάλειαν (ταύτην δὴ τὴν legatorum servandorum causa *καλουμένην), πλὴν εἰ μὴ δευτέροις ὁ πατὴρ ὁμιλήσειε γάμοις. ἔστω γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς δευτερογαμοῦσιν ἐπιτίμιον.*

Placet quoque nobis Zenonis piae memoriae constitutio volens patrem, si iubeatur proprio filio legatum sub condicione aut die dare, non aliter exigi pro donatione legatorum cautionem, hanc videlicet quae legatorum servandorum causa vocatur, nisi secundas pater contraxerit nuptias. Sit enim et hoc secundo nubentibus poena.

CAPUT XLII.

Ἀλλὰ κἂν εἴ τις ἐν τοῖς εὐλαβεστάτοις τελῶν κληρικοῖς, τοῖς ὑπὲρ τὸν ἀναγνώστην ἢ ψάλτην φαμέν, ὅλως ὁμιλήσειε γάμοις, τοῦτον ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἐκπίπτειν τῆς ἱερωσύνης διεταξάμεθά τε καὶ βουλόμεθα. Εἰ μέντοιγε ἀναγνώστης ὢν καὶ γήμας εἶτα διά τινα ἀπαραίτητον ἀνάγκην εἰς δευτέρους ἀφίκοιτο γάμους, οὐκ ἔτι πρὸς τὰ μείζω τῆς ἱερωσύνης ἀναβήσεται γέρα, ἀλλ' αὐτοῦ μενεῖ παρὰ τῇ γυναικί, τὴν ὑπὲρ ἐκείνης προκρίνας σπουδὴν τῆς ἐπὶ τὰ βελτίω προόδου. Εἰ δὲ ἐν ἰδιώταις ὢν ἐπὶ χειροτονίαν ὑποδιακόνου ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου ἐλθεῖν βούλοιτο, εἶτα φανείη γυναῖκα ἔχων μὴ ἐκ παρθενίας αὐτῷ συνοικήσασαν, ἀλλ' ἢ διεζευγμένην ἀνδρὸς ἢ ἄλλως οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς αὐτῷ νομίμως συνελθοῦσαν, ἢ καὶ αὐτὸς πρὸς δευτέρους ἀφίκοιτο γάμους, οὐ τεύξεται τῆς ἱερωσύνης· ἀλλὰ κἂν εἰ λαθὼν εἰς τοῦτο ἔλθοι, πάντως αὐτῆς ἐκπεσεῖται.

Sed et si quis inter reverentissimos constitutus clericos, ultra lectorem aut cantorem dicimus, omnino contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituimus atque volumus. Si vero lector existens et nuptias faciens deinde propter aliquam inevitabilem necessitatem ad secundas veniat nuptias, nequaquam ad maioris sacerdotii ascendat culmen, sed illic manebit apud mulierem, affectum illius praeponens meliori provectui. Si vero, cum sit laicus, ad ordinationem subdiaconi aut diaconi aut presbyteri venire voluerit, deinde appareat mulierem habens non ex virginitate sibi copulatam, sed aut disiunctam a marito aut aliter non ab initio mox sibi legitime coniunctam, aut etiam ipse ad secundas venerit nuptias, non impetrabit sacerdotium, sed licet latenter ad hoc venerit, omnino eo cadet.

cap. XLII pars prior decurtata extat B^s p. 198 *Zach. Eiusdem capitis summarium habet Nomoc. L tit.* 26 *ex Athan.*

eam propter intempestivas nuptias habemus atque eam quae ante tempus luctui statutum nupserit. Quodsi etiam naturalium liberorum tutelam gerat (nam etiam hoc quidem ei concessimus), tamen coniugio inito neque actis iis quae ante dicta sunt iisdem subiaceat poenis. Curae autem sit in provinciis quidem praesidibus provinciarum, hic vero gloriosissimo praefecto huius felicis urbis una cum praetore, qui hanc partem curat, ut, si mulier quae tutelam gerit ad nuptias venire velit, et pupillis tutor designetur et rationes reddantur et quod mater tutelae administratae nomine debet, id restituat.

XLI. *Placet autem nobis Zenonis piae memoriae constitutio, quae vult ut a patre, si proprio filio legatum sub condicione vel die praestare iussus sit, non aliter cautio de praestandis legatis exigatur (ea quidem quae legatorum servandorum causa vocatur) nisi si pater secundas nuptias inierit. Esto enim haec quoque secundo nubentium poena.*

XLII. *Sed etiam si quis ex religiosissimorum clericorum numero, eorum dicimus qui supra lectorem aut cantorem sunt, omnino nuptias inierit, hic ut ex nostra constitutione sacerdotio privetur et constituimus et volumus. Si tamen lector sit et uxorem habuerit, deinde propter inevitabilem quandam necessitatem ad secundas nuptias venerit, non amplius ad maiora sacerdotii munera ascendet, sed illic manebit apud uxorem, utpote qui studium erga illam progressui ad altiora praetulerit. Quodsi quis ex laicorum numero ad ordinationem subdiaconi vel diaconi vel presbyteri venire velit, ac postea uxorem eum habere appareat non ex virginitate nuptam, sed aut separatam a viro aut alio modo non ab initio statim legitime cum illo copulatam, vel etiam si ipse ad secundas nuptias transierit, non impetrabit sacerdotium, quin etiam si clam eo pervenerit, omnino eo exuetur.*

2 *ἴσον αὐτῶν L* ‖ *τοῦ γάμου B^l* ‖ 3 *γεγαμημένῃ B^l* ‖ 5 *δεδώκαμεν*] *Cod.* 5, 35, 3 ‖ 9 *ὑπάρχῳ MLB* ‖ 14 *τοῦτο*] *καὶ τοῦτο B* ‖ 16 *ἡμᾶς L* ‖ *τοῦ*] *πάσης τοῦ B* ‖ 17 *διάταξις*] *Cod.* 6, 49, 6 § 1 ‖ *κελευθείη L* ‖ 18 *ἢ ὑπὸ ἡμέραν B* ‖ 20 *ταύτην* — 21 *καλουμένην om. B* ‖ *δὴ om. L* ‖ *λεγατόρουμ σερβανδόρουμ καῦσα M, om. L* ‖ 22 *γάμ* L^1* ‖ 26 *διατάξεως*] *Nov. VI c.* 5 ‖ 28 *μέντοι B^s* ‖ 32 *προκρίνας bis scr. M* ‖ 36 *αὐτῶν L^1* ‖ *συνοικήσασα L* ‖ *διεζευγμένοις L^1* ‖ 37 *παρελθοῦσαν L συνεισελθοῦσαν B^l* ‖ 38 *ἀφίκοιτο LB^lς*] *ἀφίκετο MB^l* ‖ 40 *αὐτοῖς L*

1 eos *V* ‖ manente *vulg.* ‖ 2 ponimus] inponibus R^1 ‖ 3 maturitatem *V* ‖ 7 hisdem *RV* ‖ subiacet *RT* ‖ 8 a *om. vulg.* ‖ praesidibus] pro******** R^1 ‖ huic *V* ‖ 9 huius *om.* R^1 ‖ 10 cui huius] cuius *R* ‖ cure *RT* cur* V^1 ‖ est ut uolente V^2 *in ras.* ‖ 13 occasiones R^1 ‖ 16 *rubr.* Si sub conditione mater legatum uel fideicommissum filio suo reliquerit *R mg.* ‖ Placet *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 17 proprii V^1 ‖ 18 erigi R^1 ‖ 19 legatorum *om.* R^1 ‖ cautiones R^1 ‖ 20 conseruandorum *R* ‖ 22 poena *om. V* ‖ 24 *rubr.* De clericis qui nuptias contrahere non possunt *T mg.* ‖ 25 cleros R^1 ‖ 26 hunc] habet R^1 ‖ 27 sacer datio *R* ‖ 30 nuptias *om. V* ‖ 32 effectum V^1 ‖ 33 ordinem *R* ‖ 34 aut diaconi *om. V* ‖ 35 aperuerat R^1 ‖ non ex *om.* V^1 ‖ 36 sed] s* V^1 ‖ audis iunctam R^1 ‖ 37 non *om.* R^1 ‖ 38 non *om.* R^1 ‖ 39 set *RV*] sed et *vulg.* ‖ 40 eo *om.* R^1

CAPUT XLIII.

Τὸ δὲ ἐφεξῆς πρᾶγμά ἐστι παλαιὸν καὶ πολλὰς μὲν δεξάμενον ἐπανορθώσεις οὐ παρ᾽ ἑτέρων μόνον, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ ὑφ᾽ ἡμῶν, οὐ μὴν πρὸς τὴν εἰς ἄκρον ἑαυτοῦ παραγενόμενον ὀρθότητα· ἣν νῦν μεταδιώκοντες τὰ παρόντα νομοθετοῦμεν. Ὁ γὰρ καλούμενος Iulios miscell*ας παλαιὸς νόμος ἀρχαῖος τὸ τῆς παιδοποιίας προβαλλόμενος σπούδασμα ἐπέτρεπε ταῖς γυναιξίν, εἰ καὶ ὁ ἀνὴρ κωλύοι καί τι καὶ ὑπὲρ τούτου καταλιμπάνοι, ὑπὲρ τοῦ μὴ πρὸς δεύτερον ἀφικέσθαι γάμον, ὅμως καὶ εἰς ἀνδρὸς φοιτᾶν καὶ ὀμνύειν, ὡς παίδων ἕνεκεν τοῦτο πράττοι, καὶ τὸ καταλελειμμένον λαμβάνειν. Καὶ ταύτην μὲν εἰς ἐνιαυτὸν ἐδίδου ταῖς γυναιξὶ τὴν ἄδειαν· τούτου δὲ παρελθόντος, εἴπερ ἠβουλήθη λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον, οὐκ ἄλλως ἦν ταῖς γυναιξὶ τοῦτο λαβεῖν, πρὶν ἂν ἀσφάλειαν ἔκθοιντο ὡς ἐπὶ δεύτερον οὐκ ἐλεύσονται γάμον. ἀλλὰ ταύτην δὴ τὴν προσθήκην οὐκ αὐτὸς ὁ* Iulios miscell*ας ἐξεῦρεν, ἀλλὰ* Quintos Mucios Scaevol*ας προνομοθετήσας ἐτύγχανεν, ἐπὶ πάντων δὴ τῶν ἠρτημένων εἰς τὰς τῶν πραγμάτων κωλύσεις τὰς τοιαύτας ἐπινοήσας ἀσφαλείας. Ἡμεῖς τοίνυν ὁρῶντες τὰς πολλὰς δὴ γυναῖκας ἐπιθυμίᾳ γάμων, οὐ διὰ παιδοποιίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνάγκην καὶ ὀμνύσας καὶ γαμουμένας καὶ παραβαινούσας τὰς τῶν τελευτώντων γνώμας, ᾠήθημεν τὴν ἀρχὴν τέως τὸ θειότερον θεραπεῦσαι μέρος καὶ τὴν ἐπιορκίαν αὐταῖς κωλῦσαι, καὶ μὴ συγχωρῆσαι τοιούτους ὅρκους ὑπέχειν, ἐφ᾽ οἷς πάντως τὸ τῆς ἐπιορκίας πρόχειρον. καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνο προσέκειτο τῷ νόμῳ τὸ δεῖν τὰς ἄπαιδας οὔσας γυναῖκας τοῦτον ὀμνύειν τὸν ὅρκον, ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐχούσαις προὔκειτο τὰ τῶν ὅρκων, θεόν τε ὁμοῦ καὶ τὴν τοῦ κατοιχομένου λυποῦντα ψυχήν. καίτοιγε τὸ μὲν τῆς ἐπιορκίας πρόχειρον ἦν, τὸ δὲ τῆς παιδοποιίας ἐν τοῖς τῆς τύχης ἀπέκειτο δώροις. ἐπειδὴ τοίνυν τοῦτο ἡμετέρῳ τεθεσπίκαμεν νόμῳ, τὸν ὅρκον αὐτῶν ἀφελόντες καὶ τὴν τοιαύτην*

Quae nunc vero sequitur causa est antiqua et multas quidem suscipiens correctiones non ab aliis solum, sed etiam a nobis, non tamen ad summam sui veniens rectitudinem: quam nunc sectantes praesentia sancimus. Lex enim quae vocatur Iulia Miscella, lex antiqua, lex vetusta, filiorum procreationis praeponens studium permittebat mulieribus, licet vir prohiberet et aliquid ob hoc relinqueret, quatenus non ad secundas veniret nuptias, tamen et ad virum venire et iurare, quia filiorum causa hoc ageret, et quod relictum erat accipere. Et hanc quidem in annum dabat mulieribus licentiam. Eo autem transeunte si vellet accipere relictum, non aliter licebat mulieri hoc accipere, antequam cautionem exponeret, quia ad secundas non veniret nuptias. Sed hanc quoque adiectionem ⟨non⟩ ipse Iulius Miscellus adinvenit, sed Quintus Mucius Scaevola hoc praesanciverat, super omnibus quippe pendentibus in causarum prohibitionibus huiusmodi adinveniens cautiones. Nos igitur videntes plurimas mulieres desiderio nuptiarum, non propter filiorum procreationem, sed propter necessitatem et iurantes et nubentes et transcendentes morientium voluntates, aestimavimus prius interim sacratiorem mederi partem et periurium eis cohibere nec sinere talia subire iuramenta, in quibus omnino periurium promptum est. Nam nec illud inerat legi, ut oporteret sine filiis existentes mulieres hoc iurare sacramentum, sed etiam filios habentibus adiacebat iusiurandum, quod deum simul et defuncti animam contristaret, cum utique periurium quidem esset in promptu, filiorum vero procreatio in casus muneribus reiaceret. Quia igitur hoc nostra sancivimus lege iusiurandum eis auferentes et talem permittentes

XLIII. *Quae vero deinceps sequitur res vetus quidem est et quae multas emendationes experta sit, non solum ab aliis, sed iam a nobis quoque, neque tamen ad summam ipsius perfectionem pervenit, quam nunc sectantes praesentia sancimus. Lex enim quae vocatur Iulia miscella vetus et antiqua studium procreationis liberorum prae se ferens mulieribus concessit, etiamsi maritus prohibeat atque ea aliquid condicione relinquat ne ad secundum transeant matrimonium, nihilominus et viro nubere et iurare se liberorum gratia hoc facere et quod relictum est capere. Et hanc quidem potestatem mulieribus dedit in annum; eo vero praeterlapso si qua capere vellet quod relictum erat, non aliter licebat mulieribus hoc capere nisi antea cautione praestita se ad secundum matrimonium non transituras esse. Verum hoc additamentum non ipsa lex Iulia miscella invenit, sed Q. Mucius Scaevola sanciendo praeceperat, qui quidem in omnibus, quae a rerum prohibitione pendent, eiusmodi cautiones excogitavit. Nos igitur cum videremus plerasque mulieres cupiditate nuptiarum, non liberorum procreandorum causa, sed propter naturae necessitatem et iurare et nubere et defunctorum voluntates transcendere, interim a principio illam rei partem quae cum deo artius cohaeret sanandam et periurium eis arcendum existimavimus, neque permittendum ut eiusmodi sacramenta subeant, in quibus omnino proclive est periurium. Etenim ne hoc quidem legi adiectum erat, mulieribus, quae liberis carerent, hoc sacramentum iurandum esse, sed etiam iis quae liberos haberent, sacramenta proposita erant quae deum simul et defuncti animam laederent. Atqui periurium in promptu erat, liberorum autem procreatio inter fortunae munera reposita. Quoniam igitur hoc lege nostra sanximus, cum sacramento sublato iis ut tale quid caperent permitteremus, alteram rem a nobis*

1 *ἐστὶ Mς*] *ἐστὶν μὲν L μέν ἐστι B* ‖ 2 *μὲν om. B* ‖ *μόνον* LB^l] *μόνων* MB^l ‖ 4 *αὐτοῦ παραγενόμεθα L* ‖ 6 ἰulios miscellas *M Ἰούλιος μισκέλλας (σμικέλλας* B^l*) B ιούλιος (om. pr.) μισκέλας L* ‖ *παλαιὸς νόμος ἀρχαῖος*] lex antiqua, lex vetusta *ς, τὸ ἀρχαῖον malit Heimbachius: potius παλαιὸς delendum videtur; an leg. πάλαι?* ‖ 7 *προβαλόμενος* B^l ‖ 8 *καὶ om.* B^l ‖ *κωλύει MB* ‖ *τι (το* M^a*) καὶ M*] *τινα L τι B(ς)* ‖ 11 *πράττει* B^l ‖ 13 *τοῦτο* L^1 ‖ 15 *sq. ταῖς γυναιξὶ — ἔκθοιντο — ἐλεύσονται*] mulieri — exponeret — veniret *ς* ‖ 16 *ὡς οὐκ ἐπὶ δεύτερον ἐλεύσονται γάμον B* ‖ *δευτέρους L* ‖ *γάμο** L* ‖ 17 iúlios miscellas *M ἠούλιος μισκέλας L Ἰούλιος μισκέλλας (σμικέλλας* B^l*) B* Iulius Miscellus *ς* ‖ 18 quintos . mucios . scaeuolas *M κώιντος μώκιος σκαέβόλας L Κούιντος Μούκιος Σκαεβόλας B* ‖ 19 *προνομοθετήσας Mς*] *πρὸς νομοθετήσας L πρὶν νομοθετήσας B (cf. Dig.* 35, 1, 7 *pr.)* ‖ *εἰρημένων* LB^l ‖ 23 *ὀμνυούσας LB* ‖ 27 *μὴ LB*] *μὴ οὐ M* ‖ 31 *προὔκειτο*] adiacebat (*i. e. προσέκειτο*) *ς* ‖ 32 *τε om. B* ‖ *κατοιχουμένου M* (*id.* 178, 3) ‖ 34 *τοῖς*] *τῷ L* ‖ 35 *τοῦτο τῷ ἡμετέρῳ* B^l ‖ 36 *νόμῳ*] *Cod.* 6, 40, 2 ‖ *αὐτὶν* B^l

1 *rubr.* Si decedens maritus uxori sue sub conditione legauerit si secundas non nuptias contraxerit uel contra *R mg.* ‖ uero nunc *vulgo*, vero *om. R* ‖ 3 etiam] iam et *V* ‖ sumandam R^1 ‖ 5 miscellia RV^2 ‖ 6 uetustata *V* ‖ 7 proponens *R* ‖ 8 proibent *R* ‖ 9 uenerit *V* ‖ 11 agetur *R* ‖ acciperet VR^2 ‖ 12 licentiam mulieribus *V* ‖ Eo — 16 sed hanc *scr.* R^2 *in ras. 2 vv.* ‖ 13 uelit *R* ‖ 15 ueniet *R* ‖ 16 non *add. Heimbach* ‖ 17 miscellius *R* ‖ 18 praecedentibus R^1 ‖ 19 proibitiones *R* ‖ 21 desiderio] detentas *add. s. v.* V^3 ‖ filio* V^1 ‖ 22 procreationem] procreatione set propter filiorum procreatione R^1 ‖ 24 existimauimus *R vulg.* ‖ inter in R^1 ‖ 25 periurum V^1 ‖ 26 promptum est] est promptum est V^a ‖ 29 etiam *om. V* ‖ 31 impromtu *R* ‖ 32 in casus *Osenbrüggen*] in casu sine *R vulg.*, in casu (*suppl.* V^3 *in spat. vac. ½ versus*) *VT* ‖ 33 hoc *om. V*

ἐπιτρέψαντες λῆψιν, ἐνενοήσαμεν ὡς θάτερον ἡμῖν τῶν πραγμάτων παραλέλειπται τὸ δεῖν καὶ τὴν τοῦ κατοιχομένου θεραπεῦσαι ψυχήν. Διὸ δὴ τὸν παρόντα τίθεμεν νόμον· οὐ γὰρ βουλόμεθα τὰς τῶν τελευτώντων οὐδὲν ἄτοπον ἐχούσας βουλὰς διαπίπτειν. εἰ μὲν γὰρ ἐφάσκομεν δεῖν τὴν γυναῖκα πάντως τοῦ ἀνδρὸς ἐπιτάξαντος μὴ γαμεῖν τοῦτο φυλάττειν, εἶχεν ἄν τι πικρὸν ἴσως ὁ νόμος· νῦν δὲ δευτέρου προσόντος τοῦ, εἴπερ βουληθείη γαμεῖν, μὴ λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον, τῆς εἰς ἔσχατον ἀτοπίας ἐστὶ περιιδεῖν τὴν γνώμην τοῦ τελευτήσαντος οὕτω κινδυνεύουσαν, ὥστε αὐτῇ δοῦναι παρρησίαν καὶ γαμεῖσθαι καὶ λαμβάνειν τὸ καταλελειμμένον καὶ διὰ πάντων λυπεῖν τὸν πρότερον συνοικήσαντα.

perceptionem, consideravimus quoniam alterutrumque rerum a nobis praetermissum est oportere et defuncti animae mederi. Quapropter praesentem ponimus legem; non enim volumus deficientium nihil illicitum habentes voluntates frustrari. Si enim diceremus oportere mulierem omnino viro praecipiente non nubere hoc custodire, pro amaritudine habuisset hoc merito lex; nunc autem, cum secundum praesto sit, id est ut, si voluerit nubere, ⟨non⟩ accipiat quod relictum est, novissimi sceleris est despicere voluntatem defuncti ita fluctuantem, ut ei detur licentia nubendi et accipiendi quod relictum est et per omnia contristandi priorem maritum.

CAPUT XLIV.

Ὥστε θεσπίζομεν, εἴ τις κωλύσειε τὴν γαμετὴν πρὸς ἕτερον ἐλθεῖν συνοικέσιον, ἢ καὶ ἡ γαμετὴ τὸν ἄνδρα (ταὐτὸν γάρ ἐστιν ἑκάτερον), καὶ ὑπὲρ τούτου τι καταλίποιεν, ὡς ἐκ δυοῖν αἵρεσιν ἔχειν τῶν συνοικούντων τὸν ἕτερον, ἢ πρὸς γάμον ἐλθεῖν καὶ ἀποτάξασθαι τῇ λήψει ἤ, εἴπερ τοῦτο οὐ βούλοιτο, ἀλλὰ τιμᾷ τὸν τελευτήσαντα, πάντως ἀποσχέσθαι τῶν
1 ἐφεξῆς γάμων. Ἀλλ᾽ ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα μετέωρον ᾖ καὶ μετὰ χρόνους ἴσως μακροὺς ἐπανίοι πάλιν ἡ εἴσπραξις, διὰ τοῦτο καλῶς ἡμῖν ἔδοξεν ἔχειν ὁρίσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ εἴσω μὲν ἐνιαυτοῦ μὴ εἶναι παντελῶς ἀπαίτησιν τοῦ καταλελειμμένου, πλὴν εἰ μὴ τρόπος ἱερωσύνης ἐπιγενόμενος θατέρῳ τῶν προσώπων εὐθὺς δοίη τὴν λῆψιν, ὡς οὐκ ἔτι γάμων οὔσης ἐλ-
2 πίδος. Εἰ μέντοι διαδραμεῖν συμβαίη τὸν ἐνιαυσιαῖον χρόνον, δίδομεν μὲν τῷ προσώπῳ τούτῳ λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον, οὐχ ἁπλῶς δὲ οὐδὲ οὕτως. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἀκίνητον εἴη τὸ πρᾶγμα, μὴ ἄλλως τοῦτο λαμβάνειν πλὴν εἰ μὴ διωμοσίαν ἔκθοιτο καὶ ὑποθήκην ὑπόθοιτο τὰ ἑαυτοῦ πράγματα (τοῦτο ὅπερ καὶ σιωπηρῶς ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου δίδομεν) ὡς, εἰ πρὸς δεύτερον ἔλθοι γάμον, ἀποδίδωσι τὸ δεδομένον τοιοῦτον ὁποῖον παρείληφεν, ἀποδιδοὺς καὶ οὓς ἔλαβεν
3 ἐν μέσῳ καρπούς. Εἰ δὲ κινητὸν εἴη τὸ πρᾶγμα, εἰ μὲν εὐπόρως ἔχοι τὰ τῆς περιουσίας τῷ προσώπῳ τῷ βουλομένῳ λαβεῖν, δίδοσθαι τὸ καταλειφθὲν ἐπὶ τῇ αὐτῇ ἀσφαλείᾳ καὶ ταῖς αὐταῖς ὑποθήκαις. ἀλλ᾽

Unde sancimus, si quis prohibuerit ad aliud venire matrimonium uxorem, sive etiam uxor maritum (idem namque est utrumque) et pro hoc aliquid reliquerit, unam ex duabus condicionem habere contrahentium alterum, aut ad nuptias venire et abrenuntiare perceptioni, aut si hoc noluerit, sed honorat defunctum, omnino abstinere de cetero nuptiis.
1 Sed ut non causa suspensa sit et post tempora forsitan longa revertatur rursus exactio, propterea bene nobis visum est habere determinare causam, et usque ad annum quidem non esse penitus petitionem relicti, nisi tamen modus sacerdotii adveniens alteri personarum statim praebeat perceptionem, utpote nequaquam nuptiarum existente spe.
2 Si vero transire contigerit annale tempus, damus quidem personae huic accipere quod relictum est, non absolute tamen neque simpliciter; sed si quidem immobilis fuerit res, non aliter hoc accipere nisi iuratoriam cautionem exposuerit et supposuerit suas res (hoc quod tacite ex hac lege damus), ut si ad secundas venerit nuptias, reddat quod datum est tale quale percepit, restituens et quos accepit in medio fructus.
3 Si vero mobilis fuerit res, si quidem idoneam habet substantiam persona volens accipere, dari quod relictum est sub eadem cautione et iisdem hypothecis. Sed si quidem aliud aliquid mobilium

praetermissam esse intelleximus, scilicet etiam defuncti animam esse curandam. Quam ob rem praesentem legem ferimus: nolumus enim defunctorum voluntates quae nihil absurdi contineant in irritum cadere. Nam siquidem diceremus, mulieri omnino, si maritus ne nuberet praeceperit, id observandum esse, haberet fortasse lex acerbi aliquid. Iam vero cum alterum praesto sit, ut, si quidem nubere velit, non capiat quod relictum est, summae absurditatis est pati voluntatem defuncti ita periclitari, ut illi venia detur et nubendi et quod relictum est accipiendi et per omnia priorem maritum laedendi.

XLIV. *Itaque sancimus, si quis prohibuerit uxorem, vel etiam uxor maritum (idem enim utrumque est) ad secundum coniugium transire eoque nomine quid reliquerint: ut alter coniugum ex duobus electionem habeat, ut aut ad matrimonium transeat et rei accipiendae renuntiet, aut si hoc nolit, sed*
1 *defunctum honoret, ut omnino ab altero matrimonio abstineat. Ne tamen res in suspenso sit et post longum forte tempus denuo redeat exactio, propterea recte nobis habere visum est rem definire, ita ut intra annum quidem nullo pacto exactio sit eius quod relictum est, nisi forte sacerdotii ratio alteri*
2 *personae obveniens statim capiendi ius praestet, utpote cum non amplius spes sit nuptiarum. Si vero anni tempus praeterierit, concedimus quidem ei personae, ut relictum capiat, quamquam ne ita quidem id protinus fiat. Sed siquidem immobilis res sit, non aliter eam capiat nisi iusiurandum praestiterit suasque res pignori supposuerit (id quod etiam tacite ex hac lege concedimus) se, si ad secundas nuptias venerit, quod datum est, tale quale acceperit esse reddituram, reddituram etiam fructus quos*
3 *tempore interiacente perceperit. Sin mobilis sit res, si quidem abunde habeat bonorum persona quae capere vult, quod relictum est sub eadem cautione et iisdem hypothecis detur. Atque si quidem*

1 *ἐνενοήσαμεν MB*] *ἐνοήσαμεν L* ‖ 9 *τοῦ om. L* ‖ 18 *ὡς om.* B^l ‖ *δυεῖν M* ‖ *τῶν*] *τὸν* B^l ‖ 22 *ἑξῆς* B^l ‖ 27 *ἐπιγινόμενος* B^l ‖ 28 *δοί* (sic) *M* ‖ 30 *μὲν om. B* ‖ *τοῦτο* B^l ‖ 31 *οὐχ ἁπλῶς μέντοι οὐδὲ οὕτως*] non absolute tamen neque simpliciter *ϛ* ‖ *οὑτωσὶ L* ‖ 33 *ὑποθήκην om. ϛ*, 34 *ὑπόθοιτο om.* B^l ‖ 35 *εἰ*] *εἰς M* ‖ 36 *ἀποδώσει* B^l ‖ 39 *ἔχοι*] habet *ϛ*

1 percepti R^1 ‖ quoniam alterutrumque *et* 2 a nobis *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ alterumque R^1 alterum quoque *vulg.* ‖ 2 rerum *R*] rerum nostrarum *V*, *om. vulg.* ‖ 4 nihil *om.* V^1 ‖ 8 *secundo *libri* ‖ 9 sit] sue R^1 ‖ *non] quod *V* hoc *T*, *om. R vulg.* ‖ 10 scelerim R^1 ‖ est] et *R* ‖ 16 uxorem *V*] *om. RT, post* prohibuerit *coll. vulg.* ‖ 17 utrumque *Heimbach*] utrinque *libri* ‖ relinquerit *R* ‖ 18 unam] nam R^1 ‖ 19 praeceptioni *Val.* ‖ 20 sed honorat *om.* V^1 ‖ 22 non ut *R* ‖ 24 habere] haberi RV^1T hanc V^2 ‖ determinari V^1 ‖ 25 petitiones *R* ‖ 26 tantum *RT* ‖ 29 amale *V* ‖ 31 absolutum *V* ‖ quidem] quid R^1 ‖ 32 hoc] hanc *vulg.* ‖ 33 *sq.* res suas *R* ‖ 38 fuerit mobilis *V* ‖ ydoneum R^1 ‖ 39 habeat *vulg.* ‖ uolens *om.* R^1 ‖ 40 sub] et sub *V* ‖ cautionem *R* ‖ hisdem *RVT* ‖ 41 quid *R*

*εἰ μὲν ἕτερόν τι τῶν κινουμένων εἴη, τοιοῦτον ἀπο-
δίδοσθαι ὁποῖον εἴληφεν, ἢ τὸ τῆς ἐλαττώσεως θερα-
4 πεύειν μέρος· εἰ δὲ χρήματα εἴη, καὶ μετὰ τόκων
ἀποδιδόναι ὧν ἐκεῖθεν λαβεῖν ἰσχύσειεν, ὅρκῳ τοῦ
ἀναδιδόντος τούτου κρινομένου. Εἰ δὲ οὐκ ἐδάνεισε
μέν, συνεχρήσατο δέ, τὸν ἀπὸ τρίτου ἑκατοστῆς ἀπο-
5 διδότω τόκον. Εἰ δὲ μὴ σφόδρα εὐπόρως ἔχοι,
καὶ ἐγγυητὴν τοῦτον προσαπαιτεῖσθαι. εἰ δὲ οὐκ
ἰσχύσειε τὸν ἐγγυώμενον δοῦναι, τηνικαῦτα ἐπὶ διω-
μοσίᾳ καὶ ὑποθήκῃ κατὰ τὸ εἰρημένον τῶν ὄντων
αὐτῷ πραγμάτων μέτρον λαμβανέτω μὲν τὸ καταλε-
6 λειμμένον, εὐθὺς δὲ ἅμα τῷ πρὸς δευτέρους γά-
μους ἐλθεῖν τοῦτο ὑπὸ τοῦ δόντος ἐκδικείσθω, παρ'
οἱῳδήποτε φανείη προσώπῳ, ὡς αὐτὸ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ
δοθῆναι δόξαν. Ὅπερ ἐπὶ παντὸς τῆς ἀναδόσεως
θέματος, εἴτε κινητὸν εἴτε ἀκίνητον εἴη τὸ μέλλον
7 ἀναδίδοσθαι, κρατεῖν θεσπίζομεν. Εἰ δὲ χρυσίον
εἴη τὸ καταλελειμμένον, ἀπόρως δὲ ἔχοι πρὸς ἐγγύην
καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀξιόχρεως εἴη τοῦτο καταπιστευθῆναι,
μενεῖ μὲν παρ' ἐκείνῳ τῷ ἐξ οὗ καταλέλειπται, τὸν
δὲ ἐκ τρίτου ἑκατοστῆς αὐτῷ τόκον τελέσει, ὃν μέχρι
τότε καταβαλεῖ ἕως ἢ δευτέροις ἐκεῖνος ὁμιλήσειε γά-
μοις (ὅτε καὶ τὰ τῆς ἀναδόσεως τῶν καταβεβλημένων
τόκων λήψεται χώραν) ἢ γένοιτο φανερὸν οὐκ ἔτι
δύνασθαι τοῦτον πρὸς γάμον ἐλθεῖν εἴτε κατὰ τρό-
πον ἱερωσύνης (τηνικαῦτα γὰρ αὐτῷ δώσει τὸ κατα-
λειφθέν) ἢ καὶ θανάτῳ· λήψονται γὰρ αὐτὸ πάντως
οἱ τούτου κληρονόμοι, οὐδὲν οὐδὲ τῶν δεδομένων
8 τόκων ἀναδιδόντες. Τὴν αὐτὴν δὲ εἰσάγομεν πα-
ρατήρησιν καὶ τὸν αὐτὸν λογισμόν, καὶ εἰ μὴ οἱ συν-
οικοῦντες ἀλλήλοις ὑπὸ τοιαύτην καταλίποιεν αἵρε-
σιν, ἀλλ' ἕτερός τις ἔξωθεν ἢ ἀνδρὶ ἢ γυναικὶ ὑπὸ
τοιαύτην αἵρεσιν δοθῆναί τι βουληθείη. δηλαδὴ τῶν
τυχηρῶν περιστάσεων κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν καὶ
τοὺς ἐπ' αὐταῖς νόμους ἐπὶ τῶν δόσεών τε καὶ ἀνα-
δόσεων θεωρουμένων. Ταῦτα τοίνυν ἐκ τῶν ἤδη γε-
νομένων παρ' ἡμῶν προφάσει τοῦ* Iuliου miscellου
*διατάξεων ἀμείβομεν. τὰ ἄλλα δὲ ἔστω κύρια κατὰ
τοὺς ὅρους καὶ τὰ θέματα καθ' ἅπερ ταῦτα ὑφηγη-
9 σάμεθα. Αἱ δὲ εἰρημέναι παρ' ἡμῶν ἀσφάλειαι*

fuerit, tale restitui quale percepit, aut deminutionis
medeatur partem.
4 Si vero pecuniae fuerint, etiam cum usuris quas
inde percipere valuerit, iureiurando restituentis hoc
iudicando. Si vero non mutuavit quidem, sed usus
est, tertiae centesimae reddat usuras.
5 Si vero non valde locuples fuerit, etiam fideius-
sorem hunc exigi. Si autem non valuerit fideiusso-
rem dare, tunc sub iuratoria cautione et hypotheca,
secundum quod dictum est, suarum rerum accipiat
quidem quod relictum est.
6 Mox autem ut ad secundas nuptias venerit, hoc
ab eo, qui dedit, vindicetur, apud quamcumque ap-
paruerit personam, tamquam si hoc ab initio neque
datum fuisse videretur. Quod in omni restitutionis
casu, sive mobile sive immobile sit quod futurum
7 est reddi, valere sancimus. Si vero usus fuerit
quod relinquitur, minus idonee vero se habeat ad
fideiussionem et nec ipse dignus sit cui hoc credatur,
manere quidem apud illum a quo relictum est, ex
tertia vero centesimae eius usuram praestari, quam
usque tunc solvat, donec aut secundas ille contrahat
nuptias (quando et restitutio praestitarum usurarum
suscipiet facultatem) aut [si] fiat manifestum nulla-
tenus posse istum ad nuptias pervenire, sive secun-
dum modum sacerdotii (tunc enim ei dabit quod
relictum est) sive morte. Accipient enim hoc omni
modo eius heredes, nihil neque de datis usuris red-
8 dentes. Hanc ipsam autem introducimus obser-
vantiam et eundem intellectum, et si non coniuges
alterutris sub tali reliquerint condicione, sed alius
aliquis extraneus sive viro sive mulieri sub tali con-
dicione dari quid voluerit: videlicet fortuitorum ca-
suum secundum suam naturam et leges super his
tam in praestandis quam in restituendis servata.
Haec igitur ex iam nuper factis a nobis occasione
Iuliae Miscellae constitutionibus retribuimus; alia
vero sint firma secundum terminos et casus secun-
dum quos haec exposuimus.
9 Praefatae autem a nobis observationes dentur, si

*alia quae res ex mobilibus sit, eam talem qualem accepit restituat, vel detrimentum si quod factum
4 est, resarciat. Sin pecunia sit, etiam cum usuris restituat quas inde percipere potuerit, idque iure-
iurando eius qui redditurus est diiudicetur. Quodsi fenori non dedit, sed in usum suum convertit, ex
5 tertia parte centesimae reddat usuram. Sin vero non admodum locuples sit, praeterea fideiussor
quoque ab eo petatur. Quodsi fideiussorem dare non valeat, tunc sub iureiurando et hypotheca secundum
6 dictam rerum suarum mensuram capiat quidem quod relictum est, statim vero simul atque ad se-
cundas nuptias transierit, id ab eo qui dedit vindicetur, apud quamcumque personam apparuerit, ut quod
a principio ne datum quidem esse videatur. Idque in omni restitutionis casu, sive mobile sive immobile
7 sit quod restituendum est, valere sancimus. Quodsi aurum sit quod relictum est, careat autem fideiussione
ac ne ipse quidem idoneus sit cui hoc committatur, manebit id quidem apud illum unde relictum est,
hic autem usuram ex tertia parte centesimae ei praestabit; quam tamdiu solvet, donec aut secundum ille
matrimonium ineat (quo casu etiam restitutio fructuum solutorum locum habebit), aut manifestum fiat
cum non amplius posse ad matrimonium venire sive ex ratione sacerdotii (tunc enim illi dabit quod re-
lictum est) sive etiam propter mortem: capient enim hoc omnino heredes eius, nihil ne ex solutis quidem
8 fructibus reddituri. Eandem vero observationem eandemque rationem introducimus etiamsi non con-
iuges sibi invicem sub eiusmodi condicione reliquerint, sed alius quis extraneus sive marito sive uxori sub
eiusmodi condicione dari quid voluerit. Scilicet fortuiti casus secundum suam naturam et leges de iis
latas et in dationibus et in restitutionibus considerentur. Haec igitur ex constitutionibus occasione legis
Iuliae miscellae a nobis iam latis mutamus; cetera vero rata sint secundum terminos et casus, secundum
9 quos ea exposuimus. Cautiones autem a nobis dictae, si quidem institutionis pars sit vel legatum,*

3 *μέρος LBς*] *μέσον M* ‖ 4 *ἀποδιδόναι om. ς* ‖ 6 *τὸν*] *τὸ* B^l *τὴν* B^f ‖ 7 *ἔχει* B^l *pr.* ‖ 8 *τούτων Haloander* ‖ *προσαπαιτεῖσθαι MBς*] *προσαπαιτείσθω L* ‖ 9 *ἐξομοσία L* ‖ 11 *μέτρον*] *μέτρῳ* B^l, *om. ς prob. Zachariaeo* ‖ 17 *χρυσίον*] usus (*i. e. χρῆσις*) *ς* ‖ 18 *ἔχει* B^l ‖ *ἔγγυον* L^1 ‖ 20 *μενεῖ M*] *μένειν BLς* ‖ *ἐκεῖνον L* ‖ *τὸν*] *τὸ* B^l *pr.* ‖ 21 *τρίτου Haloander* (*cf. ς*)] *τρίτης MLB* ‖ *αὐτῶν L* ‖ 27 *αὐτῷ* M^a, B^l *pr.* ‖ 30 *καὶ εἰ*] *κἂν εἰ Haloander* ‖ *εἰ*] *οἱ* L^1 ‖ *οἱ*] ** L^1 ‖ 31 *post τοιαύτην tres litt. eras.*, *καταλίποιεν* — 33 *τοιαύτην om. L* ‖ 32 *τῶν ante ἔξωθεν add. Haloander, non male* ‖ 35 *αὐταῖς Zachariae*] *αὐτοῖς libri* ‖ 37 iuliu misellu *M Ἰουλίου μισκέλλου* (*μισκέλου L μαρκέλλου* B^l) *LB* ‖ 38 *διατάξεων*] *Cod.* 6, 40, 2. 3 ‖ *τὰ δὲ ἄλλα* B^f ‖ 40 *Αἱ δὲ* — 180, 3 *καταλέλειπται om. L*

1 diminutionis *VT* ‖ 2 mediatur R^1 ‖ partem] in partem *V* ‖ 3 fuerit R^1 ‖ usuris] reddi *add. vulg.* ‖ 4 iurando *R* ‖ 6 tertia *T*, ex tertia *malit Heimbach* ‖ 7 locuplex *V* ‖ fideiussorem *cet.*] iussorem — 9 cautione et y| *scr.* R^2 *in ras. 1 versus* ‖ 10 dictum] cautum *R* ‖ 13 uendicetur *RV* ‖ quacumque R^1 ‖ 15 uidentur R^1 ‖ 16 siue *alterum om. R* ‖ furtum R^1 ‖ 18 relinquatur *R* ‖ ad] a V^1 ‖ 19 fideiiussionem *R* ‖ reddatur *RT* ‖ 20 ill* R^1 ‖ 22 autem R^1 ‖ 23 restistitutio V^1 ‖ 24 si *delevit* V^3 *vulg.* ‖ nullatenus] et nullatenus *R* ‖ 26 tunc ei dabit enim *V*, ei *om. R* ‖ 27 derelictum *V* ‖ haec *R* ‖ 28 heredes eius *R* ‖ de datis] delatis R^1 ‖ 29 ipsa R^1 ‖ introducimus] ducimus — 33 casuum *scr.* R^2 *in ras. 3 vv.* ‖ 30 si non] sine V^1 ‖ 31 reliquerunt *V* ‖ 32 sive *prius om. R* ‖ 34 et *om. R* ‖ leges V^1T] lege RV^2 ‖ 35 seruata *RV*, seruandas *vel* seruatas *al.* ‖ 36 ex iam] etiam *V* ‖ 37 miscille *V* ‖ 39 *quod *libri* ‖ hic *V* ‖ 40 aut R^1

διδόσθωσαν, εἰ μὲν ἐνστάσεως εἴη μέρος ἢ πρεσβεῖον, τοῖς κληρονόμοις ἢ ὑποκαταστάτοις ἢ ἐκείνοις ἀφ᾽ ὧν ταῦτα καταλέλειπται· εἰ μέντοι mortis causa *δωρεά, πάντως τοῖς κληρονόμοις. Εἰ δὲ ἐξ ὁλοκλήρου κατὰ τοιαύτην αἵρεσιν γραφείη τις κληρονόμος, τοῖς ὑποκαταστάτοις, εἴγε εἶεν, ἢ πάντως γοῦν τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὸν κλῆρον καλουμένοις τοιαύτας ἀσφαλείας παρεχέτω, ἵνα πανταχόθεν ὁ νόμος ἔχῃ τὴν οἰκείαν τελειότητα. πλὴν εἰ μὴ πολλάκις ὁ διαθέμενος καὶ τοῦτο ἐπιτρέψειε φήσας ἄδειαν ἔχειν τὸν ᾧ καταλέλοιπεν ἢ τὴν ἔνστασιν τὴν μερικὴν ἢ τὴν ἐξ ὁλοκλήρου, ἢ τὸ πρεσβεῖον ἢ τὸ φιδεϊκόμμισσον ἢ τὴν* mortis causa *δωρεάν, καὶ λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον καὶ μηδεμίαν ἀσφάλειαν διδόναι. τηνικαῦτα γὰρ ἀκολουθητέον τῇ τοῦ τελευτήσαντος γνώμῃ. περισπούδαστον γὰρ ἡμῖν ἐστι τὰς τῶν τελευτώντων φυλάττειν μετὰ τοῦ νόμου βουλήσεις.*

institutionis sit pars aut legatum, heredibus aut substitutis aut illis ⟨a⟩ quibus haec relicta sunt; si quidem mortis causą donatio, omni modo heredibus. Si vero ex asse secundum talem condicionem conscribatur quis heres, substitutis, si fuerint, aut omnino his qui ab intestato ad hereditatem vocantur, huiusmodi observationes praestentur, ut undique lex habeat propriam perfectionem. Nisi forte testator et hoc praecipiat dicens licentiam habere eum cui dereliquit sive per institutionem particularem sive ex asse, aut per legatum vel fideicommissum, sive per mortis causa donationem, et accipere quod derelictum est et nullam cautelam dare; tunc enim sequenda est defuncti voluntas. Studii enim nostri est defunctorum conservare secundum legem voluntates.

CAPUT XLV.

Ἐπειδὴ δὲ μικρῷ πρόσθεν τὰ περὶ τῆς φυλακῆς τῶν πραγμάτων ἐλέγομεν, καὶ τὴν Λέοντος ἐπιστάμεθα τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξιν ἐπὶ τῶν δευτέρων γάμων, εἴπερ ἡ πρὸς τούτους ἐλθοῦσα γυνὴ μὴ δυνηθείη δοῦναι τὴν ἐξ ἐγγύης ἀσφάλειαν τὴν ὅτι τοῖς παισὶν ἀποκαθίστησι τὰ πράγματα, τὸ τρίτον μέρος τῆς ἑκατοστῆς λαμβάνειν, ἡμεῖς τὸ πρᾶγμα ἔτι κάλλιον ἐτάξαμεν τοῖς παρ᾽ ἐκείνης τό γε ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοις τὴν προσήκουσαν ἐπαγαγόντες ὑπο-
1 *διαίρεσιν. Καὶ θεσπίζομεν (τοῦτο ὅπερ ἔμπροσθεν ἡμῖν ἐπί τινος εἴρηται διατάξεως) ἵνα, εἴ τις ἐπιδοίη πράγματα κατὰ προγαμιαίαν δωρεάν, εἰ μὲν ἅπαντα ἀκίνητα καθεστήκοι, μένοι ἡ τούτων χρῆσις παρὰ τῇ μητρὶ πρὸς δευτέρους ἐλθούσῃ γάμους, καὶ αὐτὴ ταῦτα ἐκλέγοι καὶ μὴ παραιτοῖτο, μηδὲ ἀπαιτοίη τοὺς παῖδας ὑπὲρ τῆς τούτων ἀποτιμήσεως τόκον, ἀλλ᾽ ἐπιμελοῖτό τε αὐτῶν, καθ᾽ ὅσον ὁ νόμος δίδωσι τοὺς τῆς χρήσεως ὄντας κυρίους, φυλάττοι τε ταῦτα κατὰ τοὺς νόμους τοῖς παισὶ περιοῦσιν, ἢ εἰ πάντες τελευτήσαιεν, κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον τοῦ μὲν ἐξ ἀπαιδίας* casu *τῇ μητρί, τοῦ δὲ λειπομένου τοῖς τῶν*
2 *παίδων κληρονόμοις φυλαττομένου. Εἰ δὲ πᾶσα καθεστήκοι τυχὸν ἐν χρήμασιν ἢ ἄλλοις κινητοῖς πράγ-*

Et quia parum addita de cautela rerum ediximus et Leonis novimus divae memoriae constitutionem de secundis nuptiis, si ad eas veniens mulier non valeat dare fideiussionis cautelam quia filiis restituat res, tertiam partem centesimae accipiens: nos causam adhuc melius ab ea constituimus; quod enim super hoc, statutis competentem adiecimus subdivisionem.

1 Et sancimus (hoc quod pridem a nobis in quadam dictum est constitutione) ut, si quis offerat vel res per nuptialem donationem, si quidem omnes immobiles constitutae sunt, maneat eorum usus apud matrem ad secundas venientem nuptias, et ea haec eligat et non recuset, neque exigat filios pro aestimatione earum usuras, sed diligentiam earum habeat secundum quod lex dat usus dominis constitutis, conservet autem haec secundum leges filiis superstitibus, aut si omnes moriantur, secundum nostram legem tam sine filiis casu [moriente] matri quam remanentibus filiorum heredibus conservato.

2 Si vero universa constituta est forte in pecuniis aut aliis mobilibus rebus nuptialis donatio, tertiam

heredibus vel substitutis vel illis, a quibus haec relicta sunt, praestentur, sin mortis causa donatio, omnino heredibus. Quodsi quis in solidum sub tali condicione heres scriptus sit, substitutis, siquidem adsint, vel utique illis qui ab intestato ad hereditatem vocantur eiusmodi cautiones praestet, ut undique lex suam habeat perfectionem. Nisi forte testator hoc quoque permiserit dicens veniam habere eum, cui vel institutionem sive particularem sive in solidum, vel legatum vel fideicommissum vel mortis causa donationem reliquit, et relictum accipiendi neque ullam cautionem praestandi. Tunc enim sequenda est defuncti voluntas. Nam maximum nobis studium est defunctorum voluntates cum lege custodiendi.

XLV. *Quoniam vero paulo ante de custodia rerum verba fecimus, et Leonis piae memoriae novimus constitutionem de secundis nuptiis ⟨qua praecipitur⟩ mulierem quae ad eas venerit, si cautionem fideiussoriam se scilicet liberis res restituturam praestare nequiverit, partem tertiam centesimae accipere, nos hanc rem etiam melius ordinavimus iis quae per illam de hoc ipso constituta sunt, idonea sub-*
1 *divisione addita. Atque sancimus (id quod antea a nobis in quadam constitutione dictum est) ut, si quis res per antenuptialem donationem dederit, siquidem omnes immobiles sint, earum ususfructus maneat apud matrem quae ad secundas nuptias venerit, atque ipsa eas eligat neque repudiet neve a liberis pro earum aestimatione usuras exigat, sed et curam earum habeat, prout lex praecipit iis qui usufructu potiantur, et servet eas secundum leges liberis superstitibus, vel si omnes mortui sint, secundum legem nostram matri quidem quantum competit ex casu orbitatis, reliquum vero liberorum heredibus conservetur.*
2 *Si vero tota ante nuptias donatio in pecunia forte vel aliis rebus mobilibus consistat, mater tertia*

1 *post μέρος add. εἴτε φιδεϊκόμμισσον Haloander* (*cf. Iulian. c. CLX*) ‖ 3 *μόρτις καῦσα M, θανάτου αἰτίᾳ LB* ‖ 7 *τὰς τοιαύτας B* ‖ 8 *ἔχει L ἔχοι B^l* ‖ 12 *ἢ τὸ φιδει*kommisson *M ἢ τὸ φιδικόμισσον L, om. B* ‖ *ἢ τὴν αἰτίᾳ θανάτου B ἢ τοῦ θανάτου αἰτία L* ‖ 14 *δοῦναι LB* ‖ 17 *τοῦ om. B^l* ‖ 18 *μικρὸν L¹* ‖ *πρόσθεν τὰ* (*ὅτι τὰ L²*) *MLB*] addita (*i. e. προσθέντα*) *ς* ‖ 19 *ἠπιστάμεθα B^l* ‖ 20 *τοῦ*] *τοὺς L¹* ‖ *διάταξιν*] *Cod.* 5, 9, 6 § 6 ‖ 21 *γάμων*] *addendum λέγουσαν* (*Zachariae*) *vel διορίζουσαν* ‖ 24 *λαμβάνειν*] accipiens *ς* ‖ 25 *τοῖς*] *τῇ L²* ‖ *ἐκείνης L²B^lς*] *ἐκείνοις ML¹ ἐκείνου B^l* ‖ *τόγε*] quod enim (*i. e. τὸ γὰρ?*) *ς* ‖ *τοῦτο L¹* ‖ 26 *ἐπαγαγόντες*] adiecimus *ς* ‖ 28 *διατάξεως*] *nov. II c. 4, unde repetita sunt quae sequuntur* ‖ 29 *ἐπιδοίη*] vel (*i. e. ἢ*) *add. ς* ‖ 30 *μένη L² μείνῃ B* ‖ *ἢ*] *εἰ L¹* ‖ 34 *αὐτὸν L¹* ‖ 36 *τοῖς περιοῦσι παισὶν B* ‖ *πάντως τελευτήσειεν L* ‖ 37 *νόμον*] *fuit Cod. 5, 9, 11* (*cf. Kruegeri adnot.*) ‖ 38 *κάσου* (*κάσσου B^l*) *LB* ‖ 39 *πᾶσαν L¹*

1 heredibus] ab heredibus *RT¹* ‖ substitutionibus *R¹* ‖ 2 a *add. vulg.* ‖ si quod *R* ‖ 3 dona *R¹* ‖ Si vero *om. V¹* ‖ 5 fuerint] fi***** *R¹* ‖ 10 dereliquid *V* deliquid *R* ‖ 11 aut] ut *V* ‖ sive *om. R¹* ‖ per *om. RT* ‖ 14 stud** *R¹* ‖ 15 leges *R* ‖ 18 adita *R* ‖ 21 fideiussionis] iussionis *R¹* ‖ quia *R¹ vulg.*] qua *R²VT* ‖ 22 accipere *vulg.* ‖ 23 ab ea] eam *V¹* ‖ 24 sub *R* ‖ 27 in *om. R* ‖ 28 constitutionem *R¹* ‖ quid *R¹* ‖ uel *del. R², om. vulg.* ‖ 29 si quod *R¹* ‖ 30 eorum *RTV²*] illorum *V¹* earum *vulg.* ‖ 32 estimationes *R¹* ‖ 34 usus] usui *RV al.* ‖ 37 moriente *seclusi* ‖ matre *V* ‖ 38 *leg.* remanenti? ‖ 39 vero] uero moriente *R* ‖ constituta *vulg.*] conscripta *RVT* ‖ est] sunt *V¹* fuerit *V²* ‖ 40 tertiam *vulg.*] tantam *RVT*

μασιν ἡ προγαμιαία δωρεά, τὸ τρίτον τοῦ τόκου μέρος λαμβάνουσαν τὴν μητέρα σὺν τῇ ἤδη νενομοθετημένῃ ἀσφαλείᾳ μὴ ἀπαιτεῖν παρὰ τῶν παίδων χρυσίον, πλὴν εἰ μὴ ἄφθονος ἡ τοῦ ἀνδρὸς εἴη περιουσία καὶ ἔχοι καὶ χρυσίον καὶ ἄργυρον καὶ ἐσθῆτα καὶ εἴ τι καταγεγραμμένον ἦν τῇ μητρί. τηνικαῦτα γὰρ τὴν ἐπιλογὴν τῇ μητρὶ δώσομεν, εἴ γε βούλεται τὰ πράγματα λαβεῖν καὶ δοῦναι τὴν ἐξ ἐγγύης ἀσφάλειαν, εἴτε καὶ τὸν εἰρημένον κομίζεσθαι τόκον, τὸν ἀπὸ τρίτου φαμὲν ἑκατοστῆς, κατά τε τοὺς ἔμπροσθεν
3 *νόμους κατά τε τὸν ἡμέτερον. Εἰ δέ γε ἀναμὶξ εἴη τὰ πράγματα καὶ ἡ δωρεὰ τὸ μὲν ἐν χρήμασι, τὸ δὲ ἐν ἀκινήτοις ἔχοι πράγμασι, τὰ μὲν ἀκίνητα πάντως μένειν παρὰ τῇ μητρὶ διὰ τὸ τὴν ἀποτροφὴν ἔχειν ἐκεῖθεν, ἐπὶ δὲ τοῖς κινητοῖς ταῦτα κρατεῖν ἅπερ ἐνομοθετήσαμεν ἔμπροσθεν, εἴπερ ἐτύγχανεν ἐν κινητοῖς πάντα τὰ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς καθεστῶτα. προνοούσης τῆς γαμετῆς, ὥστε μὴ καταρραθυμῆσαι [ἢ ἀμελῆσαι] τῶν ἀκινήτων μηδὲ ἐλάττω ταῦτα ποιῆσαι, ἀλλ' οἷάπερ ἔλαβεν ἀποδοῦναι.*

partem usurarum accipiente matre cum prius sancita cautela non exigi a filiis aurum, nisi forte sine invidia sit viri facultas et habeat aurum et argentum et vestes et quidquid conscriptum est matri. Damus etenim tunc electionem matri, sive velit res accipere et dare fideiussoriam cautionem sive praedictas accipere usuras; dicimus autem ex tertia parte centesimae tam secundum anteriores leges quam etiam secundum nostras.

3. Si vero permixtae sint res et donatio tam in pecuniis quam immobilibus rebus sit, immobiles quidem omnino manere apud matrem propter quod alimenta habeat exinde, in rebus vero mobilibus illa tenere quae pridem sanximus, sive contigerit in mobilibus rebus omnia antenuptialis donationis constituta. Provideat mulier, quod non respuat immobilia neque imminuta haec faciat, sed qualia accepit restituat.

CAPUT XLVI.

Ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἕτερος καλεῖ λόγος ὁ περὶ τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς, ἣν ἂν λάβοιεν αἱ δευτέροις ὁμιλεῖν μέλλουσαι γάμοις. Ἤδη μὲν οὖν καὶ περὶ τούτων γέγραπται νόμος ἡμῖν πρὸς Ἑρμογένην τὸν τῆς ἐνδόξου μνήμης μάγιστρον τῶν θείων ἡμῶν γενόμενον τάξεων ἀντιγεγραμμένος, κατὰ τὴν Βελισαρίου τοῦ ἐνδοξοτάτου προελθὼν ὑπατείαν τὴν πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν Ἀπριλλίων· καθ' ὃν ἐθεσπίσαμεν τὰς μητέρας ἐπὶ τὸν τοῦ παιδὸς τοῦ μὴ καταλιπόντος παῖδας μετὰ τῶν αὐτοῦ τοῦ τελευτήσαντος ἀδελφῶν ἀπραγμόνως καλεῖσθαι κλῆρον, καὶ τούτου μετὰ τῆς χρήσεως καὶ τὴν δεσποτείαν ἔχειν βεβαίως, εἴτε πρὸ τοῦ κλήρου εἴτε μετὰ τοῦτον δευτέροις ὡμίλησαν γάμοις· ἀνελόντες ἐξ ἐκείνου τοὺς νόμους οἳ περὶ τού-

Hinc nos alia evocat ratio quae de filiorum successione est, quam accipere quae ad secundas veniunt nuptias. Iam pridem enim et de his scripta est lex a nobis ad Hermogenem gloriosae memoriae magistrum sacrorum nostrorum factum officiorum rescripta, Belisarii gloriosi procedens consulatu septimo decimo kalendas Aprilis, per quam sanximus matres ad filii non relinquentis liberos cum eius qui mortuus est fratribus sine causatione vocari successionem, et eius cum usu etiam proprietatem habere firmam, sive prius quam heres relinquatur sive postea ad secundas venerit nuptias; auferentes de hoc leges quae de his contrarium quid praecipie-

cap. XLVI decurtatum exhibet B^s p. 198 sq. Zach.

usurarum parte accepta cum cautione iam lege constituta pecuniam a liberis non exigat, nisi forte amplae sint mariti facultates habeatque et aurum et argentum et vestimentum et si quid aliud matri assignatum fuerit. Tunc enim optionem matri dabimus, sive res accipere et cautionem fideiussoriam dare vult sive dictam usuram, nempe quae tertia centesimae efficitur, tam secundum priores leges quam secundum
3 *nostram auferre. Quodsi permixtae sint res et donatio partem ex pecuniis partem ex immobilibus rebus constantem contineat, immobilia quidem omnino apud matrem maneant, ut inde alimenta habeat, de mobilibus vero ea valeant quae antea sanximus, si forte ex mobilibus tota ante nuptias donatio constet. Provideat tamen mulier, ne temere neglegat immobilia neve deteriora reddat ea, sed qualia accepit restituat.*

XLVI. *Hinc alia nos vocat ratio quae est de liberorum successione, quam habeant quae secundas inituræ sunt nuptias. Atque de his quoque iam quidem scripta est lex a nobis ad Hermogenem gloriosae memoriae magistrum sacrorum nostrorum officiorum data, Belisario gloriosissimo consule ante diem* XVII. *kal. Apriles proposita: per quam sanximus, ut matres ad hereditatem filii, qui liberos non reliquit, cum ipsius defuncti fratribus sine ambagibus vocentur, eiusque cum usufructu etiam proprietatem firmiter habeant, sive ante delatam hereditatem sive post delatam secundas inierint nuptias: abrogatis per illam legibus quae de his contrarii aliquid statuebant. Haec nostra legislatio ut nunc quo-*

1 *τὸ τρίτον τοῦ τόκου μέρος] τὸν ἀπὸ τρίτου ἑκατοστῆς τόκον μόνον L^2 (sim. Ath. Theod.), ἑκατοστιαίου suppl. Zachariae* ‖ 2 *νενομοθετημμένην L^1* ‖ 4 *ἡ — εἴη] ἢ — ἡ L^2* ‖ 5 *ἄργυρον MB^l] ἀργύριον LB^f* ‖ 6 *καταγεγραμμένα L* ‖ 7 *δώσομεν] δίδομεν B^lς* ‖ *εἴγε] leg. εἴτε (cf.* ς *et p.* 16, 38)? ‖ *βούλεται MB^l] βούλετο L^1 βούλοιτο L^2B^f(ς)* ‖ 8 *τὸ πράγμα λαβεῖν L λαβεῖν τὰ πράγματα διατετιμημένα B* ‖ *ἀσφάλειαν] τουτέστιν ἀξιοπίστους ἐγγυητάς, ὅτι ταῦτα τὰ πράγματα ἤτοι τὴν διατίμησιν αὐτῶν φυλάξει τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παισίν add. B* ‖ 9 *τὸν ἀπὸ] τὸν om. M* ‖ 10 *τρίτου B^lς] τρίτης MLB^f* ‖ 11 *ἡμέτερον LB(ς)] ἡμέτερον νόμον M (cf. p.* 16, 40) ‖ 13 *ἔχει B^l* ‖ 14 *ὑποτροφὴν B* ‖ 16 *ἐτύγχανεν Lς] ἐτύγχανον MB (cf. p.* 17, 3) ‖ 17 *τὰ om. L* ‖ 18 *καταρραθυμῆσαι LBς] ῥαθυμῆσαι M* ‖ 19 *ἢ ἀμελῆσαι M, om. LBς* ‖ 22 *ἣν] ἧ* L^1* ‖ 24 *νόμος] nov. II* ‖ *Ἑρμογένη B^f* ‖ 25 *ἡμῖν γεν. διατάξεων B^l* ‖ 26 *ἀντιγεγραμμένην L* ‖ 27 *ὑπατεί (sic) L^1* ‖ *τὴν] τῇ Zachariae* ‖ 29 *τὸν] τὴν L^1* ‖ 30 *τῶν] τὴν L^1* ‖ 32 *τῆς δεσποτείας L* ‖ *ἔχειν L^1Bς] ἀνέχειν M μετέχειν L^2* ‖ *βεβαίως]* firmam ς ‖ 33 *μετὰ τούτων M μετὰ ταῦτα B^s* ‖ *δευτέρῳ ὡμίλησαν γάμῳ B^l* ‖ *ὁμιλήσαιεν B^s* ‖ 34 *ἀνελόντες κτλ.] cf. p.* 14, 14 *sqq.*

4 matri. Damus] damus matri R^1 damus matri. damus R^2 ‖ Damus etenim tunc electionem matri *om.* V^1 ‖ 5 siue *V*] si *R vulg.* ‖ 6 fidei iussoriam *V* ‖ praedictas] post praedictas *R* ‖ 7 aut *V* ‖ cente**** V^a ‖ 8 secundas *R* ‖ etiam *om. R* ‖ 9 secundas R^1 ‖ 11 dona] tam *V* ‖ 12 quam in immobilibus *vulg.* ‖ 14 inmobilibus *R* ‖ 15 sancximus *R* ‖ sive] si uero R^2 si *vulg.* ‖ in immobilibus *T* ‖ 16 nuptialis *V* ‖ constituta] haec faciat *add.* R^a ‖ 17 providente muliere *vulg.* ‖ 21 *rubr.* Mulier quae secundas (ad secundas R^a) nuptias contraxerit quemadmodum filii sui successionem capiat tam ex testamento quam ab intestato Loquitur autem in eodem capite et de superiore (fratrum *T*) successione quae ad eam deuoluta est *R mg.* (*sim. T mg.*) ‖ 21 euocat *R vulg.*] uocat *VT* ‖ 22 accipere (al. accepere R^2 *mg.*) *RVT*] accipiant *vulg.*; acciperent *Heimbach* ‖ quae] qui *R* qu* V^1 ‖ 24 Ermogenem *RVT* ‖ 25 sacrorum *om. V* ‖ 26 bilisarii *RVT* ‖ procedens *Beckius*] praecedens *libri* ‖ consulatu RV^1T] consulatum V^3 *vulg.* ‖ 27 decimo *om. V* ‖ quam] quas *V* quem R^1 ‖ sancximus *RV* ‖ 28 liberos] filios *R* ‖ 29 siue *V* ‖ uocati R^1 ‖ uocari successionem *om. V* ‖ 31 relinquatū *R* ‖ 33 contractum *R*

των ἐναντίον τι διηγόρευον. Ταύτην ἡμῶν τὴν νομοθεσίαν κυρίαν καὶ νῦν μένειν ἐπὶ μόναις ταῖς ἤδη πρὸς δεύτερον ἐλθούσαις γάμον θεσπίζομεν καί τινας τῶν οἰκείων διαδεξαμέναις παίδων, ἐν βεβαίῳ τε αὐταῖς φυλάττεσθαι καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς χρόνον, εἴτε πρὸ τῶν γάμων εἴτε μετὰ τοὺς γάμους τὸν κλῆρον εἰς αὐτὰς τοῦ παιδὸς κατενεχθῆναι συνέβη. Τὰ δὲ ἐπὶ ταῖς μετὰ ταῦτα εἰς δευτέρου φοιτώσαις ἀνδρὸς οὗτος ἡμῖν ὁ παρὼν νόμος τυπούτω τε καὶ διαθεσμοθετείτω. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν παῖδα τελευτῶντα εἴτε ἄρρενα εἴτε θήλειαν ἢ ἐπὶ διαθήκαις τελευτᾶν ἢ τούτων χωρίς· τέως οὖν τὰ ἐκ διαθηκῶν εἰπόντες οὕτως
1 *ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου τάξιν ἀφιξόμεθα. Εἰ τοίνυν νομίμως ὁ παῖς διαθέμενος καταλείψειε τῇ μητρὶ τὴν οὐσίαν ἢ καὶ μοῖραν ταύτης τινά, ταύτην ἐκείνη λαμβανέτω διὰ τὴν γραφήν (ἐπειδὴ πανταχοῦ φυλάττεσθαι τὰς τῶν τελευτώντων βουλόμεθα γνώμας), καὶ ἐχέτω τὸ καταλελειμμένον ἢ δεδομένον καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν. ὥσπερ γὰρ ἐξῆν καταλιμπάνειν τινὶ τῶν ἔξωθεν καὶ οὐδὲν τὸν κληρονόμον ὁ δεύτερος ἐκείνης ἔβλαπτε γάμος, οὕτω καὶ τῇ μητρὶ καταλιπὼν ἢ καταλιποῦσα εἴτε ἔνστασιν εἴτε πρεσβεῖον ὀρθῶς καταλιμπανέτω καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ χρῆσιν, εἴτε ἐκ τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προσγενομένων εἴη πραγμάτων εἴτε καὶ ἐκ τῶν πατρῴων, οὐδὲν πρὸς τοῦτο τῶν ἀδελφῶν ἀντιλέγειν δυναμένων.*
2 *Εἰ δὲ ἀδιάθετος ὁ παῖς τελευτήσειεν, ἤδη πρὸς δευτέρους ἐλθούσης τῆς μητρὸς γάμους ἢ καὶ ὕστερον ἐρχομένης, καλείσθω μὲν καὶ αὐτὴ μετὰ τῶν τοῦ παιδὸς ἢ τῆς παιδὸς ἀδελφῶν* in capita *δηλονότι κατὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὴν ἐκείνου διαδοχήν. Ἀλλ' ὅσα μὲν ἐκ πατρῴας οὐσίας εἰς τὸν παῖδα περιῆλθον, τούτων μόνην ἐχέτω τὴν χρῆσιν εἰς δευτέρους ὅλως ἢ πρότερον ἢ ὕστερον ἀφικομένη γάμους· εἰς δὲ τὰ λοιπὰ πάντα πράγματα, ὁπόσα ἔξωθεν ἦν τῷ παιδὶ παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς διαδοχήν, ἐρχέσθω κατὰ τὴν κλῆσιν τὴν ἡμετέραν, ἣν αὐτίκα ἐροῦμεν τινὸς ἐπανορθώσεως καὶ αὐτὴν δεομένην. Καὶ ταῦτα φαμὲν ἐπὶ τοῖς πράγμασι τοῖς ἔξω τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς. τὰ γὰρ ἐπ' ἐκείνης νε-*

bant. Hanc nostram sanctionem firmam etiam modo manere super solas quae dudum ad secundum venere matrimonium sancimus et quosdam propriorum accipientes filiorum, firme eis servantes et secundum deinceps tempus, sive ante nuptias sive post nuptias hereditatem in eis filii descendisse contigit. De his autem quae post haec ad secundum veniunt virum, ita nobis praesens lex disponatur et sanciatur. Ergo necesse est filio moriente sive masculo sive femina, sive testatus moriatur sive etiam sine hoc: interim ergo ea quae ex testamento sunt dicentes ita ad ordinem qui ab intestato est veniemus.
1 murorum vero horum custodia et circa loca illa gubernatio ⟨et⟩ disciplina atque ducatus eget aliquo viro bono et qui ad utrumque opportunus existat, milites ordinare et legibus praeesse. Sed quod nomen huic competens ex antiquitate donemus, aut qualem sumentes appellationem cingulum hoc habentem nominemus? an certe non hoc ipso manifestum est, quia etiam iste praetor nominabitur, nostrae pietatis cognomen accipiens, sicut Pisidiae iudex et Lycaoniae praesul nominatus et factus est a nobis? Si enim praetor Romanorum dux simul et legislator hoc in suo cingulo habebat officium, indubitatum est quia decentissimum erit praetoris nomen huius administrationis appellationi. Militum etenim praeerit multitudini, privatos autem non paucos subiectos habebit, quibus ex nostris legibus iudicabit. Et egent in locis illis viro bono et quae civilia et quae bellica sunt. Nam et priscis temporibus semper aliqui viri militares in maximis dignitatibus constituti et exercitibus praeerant et aliis omnibus praebebant auxilium, licet non milites aliqui, sed tamen privati essent. Incursiones enim barbarorum non mediocri egent rebellione. Oportet autem eis delegari ut cum legibus ipsi praesint exercitui, tamquam multa sit differentia disciplinae et indisciplinationis: et omnibus est apertum quia militaris quidem manus, si sola sit in semet ipsa, asperior est quam decet, civilis autem, nisi cum militaribus misceatur, mediocritate erit inferior, ex utroque vero in idem convenire, hoc perfectissimum et sufficiens est ad bellum simul et pacem.

CAPUT II.

Οὐκοῦν καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ταύτης συνήφθω, καὶ πραίτωρ οὗτος Ἰουστινιανὸς ἐπὶ Θράκης καλείσθω. σύμβολα δὲ αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἔσται κωδίκιλλοί τε φοιτῶντες ἐντεῦθεν κατὰ τὸ τῶν λοιπῶν σπεκταβιλίων

Ergo et haec administratio coniungatur, et praetor iste Iustinianus in Thracia vocetur, honor autem ei a nobis erit codicilli procedentes hinc secundum reliquorum spectabilium iudicum figuram et quae-

---

1 *horum vero murorum custodia et illorum locorum administratio et disciplina et militare imperium viro aliquo bono indiget quique ad utrumque idoneus sit tam ad milites instruendos quam ad leges proponendas. Quod igitur nomen huic conveniens ex antiquitate ponamus? aut qualem eligentes appellationem aptam ei qui magistratum hunc gesturus sit, efficiamus? An non per se manifestum est hunc quoque praetorem nominandum esse ascito pietatis nostrae cognomine, quemadmodum Pisidiae praefectus et Lycaoniae rector a nobis et nominatus et factus est? Nam siquidem Romanorum praetor belli dux simul et legislator hunc in suo magistratu locum tenuit, in confesso est praetoris nomen huius magistratus appellationi maxime convenire. Militum enim copiis praeerit, privatos autem non paucos, quibus ex nostris legibus ius reddat, subiectos habebit. Ac profecto illis locis opus est viro tam civilium quam militarium rerum perito: etenim etiam prioribus temporibus semper viri quidam militares ex iis qui in summis dignitatibus erant et copiis militum ibi praeerant et reliquis omnibus praesto erant, licet quidam non milites, sed potius togati essent. Barbarorum enim invasiones non mediocri indigent vi resistendi. Oportet autem quae ad eos pertinent ei committi qui cum legibus imperare illis possit, cum multum intersit inter ordinem et perturbationem: atque inter omnes constat rem militarem, si per se sola sit, audaciorem esse quam decet, rem autem civilem, nisi cum militari simul misceatur, infirmiorem esse quam par est, utramque vero in idem coniunctam et perfectissimam et idoneam esse et ad bellum simul atque pacem sufficientem.*

II. *Itaque haec quoque potestas coniuncta sit, et praetor hic Iustinianus in Thracia vocetur. Insignia vero ei a nobis erunt et codicilli hinc editi secundum speciem ceterorum spectabilium magi-*

---

1 ἢ] *εἰ L* ‖ *τοιχῶν L*[1] ‖ 6 *τοῦτον L*[1] ‖ 8 ἢ] an certe (*i. e. ἢ γε?*) *ς* ‖ 10 *sq. cf. nov. XXIV. XXV* ‖ 11 *ἔξαρχος ὢν* (*ὤν L*[1]) *L* ‖ 13 *καὶ ονομοθέτης L* ‖ 14 *ἀρχῆς om. L* ‖ *τὴν om. M*[a] ‖ 15 *τὸ τοῦ L*] *τοῦ om. M* ‖ 19 *δεῖ γε τοῖς τρόποις M δεῖται ἐν τοῖς τόποις L*(*ς*) ‖ 20 *πολεμικά Haloander non recte* ‖ 23 *ἐκεῖσε om. ς* ‖ 25 *ὅμως*] *ὄντες coni. Zachariae* ‖ 27 *τῶν*] *τῷ L*[1] ‖ 28 *δυναμένῳ M*] *δυνάμεως L*[1] *δυνάμεων addito τῶν ante αὐτῶν L*[2](*ς*) ‖ 30 *κατ' αὐτό L* ‖ 32 *τοῦ στρατιωτικοῦ L*[1] ‖ *καταδεέστερον L*[1] ‖ 33 *συνελθὸν*] convenire *ς* ‖ 34 *τοῦτο M*] *τοῦτον L*[1] *τούτων L*[2] ‖ *ἔσται Haloander* ‖ 35 *ἐξαρκοῦν om. ς* ‖ 36 *sq. Οὐκοῦν — καλείσθω*] *Συνοίδαμεν μίαν ἀρχὴν ἐπὶ τῆς Θράκης ἐγκαταστῆσαι, καὶ τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἀρχὴν πραίτωρα Ἰουστινιανὸν ἐπὶ Θράκης καλεῖσθαι, καθῆσθαι δὲ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ Μακροῦ Τείχους B* (*cf. Theod.*; *Ath., ubi leg. εἰς τὸ Μακρὸν* (*ἔκτομα cod.*) *ἀναγκαζόμενος καθέζεσθαι Τεῖχος*) ‖ 38 *τε om. B* ‖ 39 *κατὰ τὸ Haloander*] *κατά τε τὸ MLB* ‖ *περιβλέπτων B*

1 custodiat circa *V* ‖ 2 et *add. vulg.* ‖ 3 bona *V* ‖ qui ad] quid *V* quia *T*] ‖ oportunum *V* ‖ 5 donamus *libri* ‖ 6 quale *V* ‖ appellationum *Val.* ‖ 7 ipsum *T* ‖ 9 accipies *V* ‖ 12 habeat *V* ‖ 13 decentesimum *V* ‖ 14 appellatione *T* appellationum *V* ‖ 15 probatos *Val.* ‖ 16 iudicauit *libri* ‖ 17 egent in] egentem *VT* ‖ illos *Val.* ‖ 22 esse *V* ‖ incursionem *V*[a] ‖ 23 delegati *Val.* ‖ 24 *ut] et *libri* ‖ praesunt exercitu *V* ‖ 25 disciplina *V* ‖ 27 ipsam *V* ‖ asperior est] asperiores *libri*, asperior erit *vulg.* ‖ 29 erit *om. V* ‖ conveniens *Beck* ‖ 36 ergo] rogo *Val.* ‖ 38 codicillis *V*

ἀρχόντων σχῆμα καί τινες καὶ ὑποθῆκαι βασιλικαί, τὸν τρόπον ὑφηγούμεναι καθ' ὃν διανύσει τὴν ἀρχήν, ἅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν μανδάτα πρινκίπις ἐκάλουν, μεθ' ὧν ἐπὶ τὴν χώραν ἐξιόντες οἱ τὰς ἀρχὰς διακληρούμενοι τὸ πρακτέον ἐκεῖθεν ἐλάμβανον· καὶ τὸ πρᾶγμα προὐχώρει καλῶς, καὶ ἦν τοῖς πραίτωρσιν ἐνευδοκιμεῖν ἐπὶ πολλῶν τῆς ἡμετέρας ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν ἑσπερίων, ἀφ' ὧν Ῥωμαῖοι προελθόντες τήν τε ἄρκτον ὡς εἰπεῖν ὅλην μεσημβρίας τε καὶ τῆς ἑῴας τὰ πλεῖστα κατεκτήσαντο. Ὅσα τοίνυν ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἔμπροσθεν εἰρημένῳ γέγραπται νόμῳ περὶ τῶν ἀρχῶν, καὶ ὁπόσα τῷ τε Πισιδίας τῷ τε Λυκαονίας διειλέγμεθα πραίτωρι, περὶ τοῦ προῖκα μὲν αὐτοὺς ἐντεῦθεν χειροτονεῖσθαι, προῖκα δὲ δεῖν τοῖς ὑπηκόοις προσφέρεσθαι τοῖς ἡμετέροις, ἅπασιν ἤδη ἐστὶ φανερά· εἰς ὅλην γὰρ ἄρτι τὴν ὑπήκοον ἐκπεφοίτηκεν ὁ νόμος καὶ ἅπασιν ἤδη γέγονεν γνωριμώτατος. ᾧ δὴ καὶ ὅρκος ἐγγέγραπται καθ' ὃν προσῆκόν ἐστι τοὺς ἡμετέρους ἄρχοντας παραλαμβάνοντας τὰς ἀρχὰς τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν ἀνιεροῦν τῷ θεῷ καὶ φυλάττειν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐν ἰσότητί τε καὶ δικαιοσύνῃ πάσης ἀπηλλαγμένους αἰσχροκερδείας τε
1 *καὶ δυσμενείας καὶ χάριτος. Ταξεῶται δὲ αὐτὸν θεραπεύσουσιν οὐ πλείους τῶν ἑκατόν· καὶ ἕξει μὲν τὰ τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς σύμβολα, ἕξει δὲ τὰ τῆς στρατιωτικῆς. καὶ παρέσται μὲν αὐτῷ καὶ* ad responsum *διὰ τὰς ἐκεῖσε δυνάμεις, ἕξει δὲ ἄδειαν καὶ ἐπιτάττειν αὐταῖς καὶ τὰ λυσιτελοῦντα τῇ πολιτείᾳ μετ'*
2 *αὐτῶν ἐργάζεσθαί τε καὶ πράττειν. Ἡ δὲ τῶν περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους τῶν δημοσίων φόρων εἴσπραξις αὐτόν τε καὶ τὴν τάξιν ὄψεται τὴν αὐτοῦ. πραιτωριανή τε ἅπασα ἡ τάξις κληθήσεται, τοῖς ἐντεῦθεν στρατευομένη συμβόλοις ἐκ τοῦ θείου τῶν ἐπιστολῶν σκρινίου φοιτῶσιν, ἐξ οὗ καὶ ἡ βικαριανὴ πρώην ἐκομίζετο τὰ τοιαῦτα σύμβολα τάξις.*

dam insignia imperialia modum explanantia quo regat administrationem, quae priores nostri mandata principis appellabant, cum quibus ad provinciam egredientes qui administrationes sortiebantur quod agendum erat inde sumebant. Et causa servabatur bene, erantque praetores probabiles in multis nostri imperii gentibus et maxime hesperiarum, ex quibus Romani procedentes et septentrionem ut ita dicatur omnem et meridiem et orientis plurima tenuerunt. Quaecumque igitur in lege a nobis dudum prolata scripta sunt de administrationibus, et quaecumque de Pisidiae et Lycaoniae disputavimus praetore, ut gratis quidem hinc ordinentur, gratis autem eos oporteat se collatoribus exhibere nostris, omnibus manifesta sunt: in totam namque dicionem processit lex et omnibus iam facta manifestissima est. Cui etiam iusiurandum inscriptum est, secundum quod competat nostros iudices suscipientes administrationes suam animam consecrare deo et custodire nostros subiectos sub aequitate atque iustitia, ab omni remotos turpi lucro et inimicitiis atque gratia.
1 Officiales autem ei ministrabunt non amplius centum, et habebit quidem civilis cinguli codicillos, habebit autem et ⟨militaris. Et aderit quidem ei et ad responsum propter ibi⟩ constitutum exercitum; habebit autem licentiam et imperare eis et quae utilia sunt rei publicae cum eis efficere et agere.
2 Exactio vero circa loca illa fiscalium functionum et ipsum et officium respiciet ipsius: praetorianumque officium omne vocabitur, et hic datis militabit probatoriis ex sacro epistolarum scrinio procedentibus, ex quo et vicarianum dudum percipiebat officium huiusmodi probatorias.

CAPUT III.

Μελήσει δὲ αὐτῷ πρῶτον μὲν δώρων καθαρὰς φυλάττειν τὰς χεῖρας, ἔπειτα πᾶσαν ἰσότητα τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τηρεῖν δικαζομένοις τε καὶ συμβόλαια πρὸς ἀλλήλους πράττουσιν,

Cura vero ei erit primum quidem muneribus puras servare manus, deinde omnem aequitatem nostris subiectis privatim et publice custodire litigantibus et documenta inter alterutros facientibus, ut tumultus

stratuum et praecepta quaedam imperialia quae quemadmodum magistratus gerendus sit, explicent, quae quidem maiores nostri mandata principis vocabant, quibus acceptis in provinciam proficiscentes qui magistratum sortiti erant, quid faciendum esset, inde depromebant: atque ea res bene processit, contigitque praetoribus ut apud multas reipublicae nostrae gentes laude florerent, inprimis occidentales, unde Romani profecti et septemtrionem paene totum et meridiei et orientis partem maximam acquisiverunt. Quaecumque igitur in lege quam modo diximus de magistratibus scripta sunt, et quaecumque et Pisidiae et Lycaoniae praetori exposuimus, scilicet gratis cum ipsos hinc creandos esse tum ipsis subditos nostros tractandos, iam omnibus manifesta sunt: in universam enim dicionem nostram nuper lex illa profecta omnibusque iam facta est notissima. In qua etiam iusiurandum scriptum est, secundum quod iudices nostros magistratu suscepto animam suam deo consecrare et subditos nostros in aequitate et iu-
1 *stitia custodire decet ab omni turpis lucri cupiditate et invidia et gratia liberos. Officiales vero ei inservient non plures quam centum, atque habebit tam civilis magistratus quam militaris insignia. Aderit etiam ad responsum ei propter militum quae ibi sunt copias; veniamque habebit et imperandi iis*
2 *et quae reipublicae prosunt cum iis exercendi et peragendi. Publicorum autem tributorum in illis locis exactio et ad ipsum et ad officium eius spectabit. Atque praetorianum vocabitur universum officium codicillis hinc ex sacro epistolarum scrinio editis militaturum, unde etiam vicarianum olim officium tales codicillos accipiebat.*

III. *Curae vero ei erit primum ut a muneribus puras servet manus, deinde ut omnem aequitatem subditis nostris et privatim et publice praestet tam litigantibus quam negotia inter se contrahentibus, ita*

1 *καὶ ante ὑποθῆκαι del.* L^2 ‖ *ὑποθῆκαι*] insignia ς ‖ 2 *διανύσει* ML^1B] *δὴ ἀνύσει* L^2 *vulg.* ‖ 3 *μανδάτα πρινκίπις* (*πρίνκήπης* L^1 *πριγκήπις* L^2) *ML*] *παραγγέλματα βασιλικὰ B* ‖ *ἐκάλει* L^1 ‖ 6 *προὐχώρει*] *προυχᾶεὶ* (*sic*) *L* ‖ 7 *εὐδοκιμεῖν L* ‖ *ἡμετέρας MLB*] *πολιτείας add. Haloander* ‖ 8 *πρὸσ ἐλθόντες L* ‖ 9 *τήν τε*] *τε om. B* ‖ *μεσημβρίαν* L^2ς ‖ 11 *νόμῳ*] *nov. VIII* ‖ 12 *ὅσα* M^a ‖ *τῷ τῆς Πισιδίας B* ‖ 13 *διελεγόμεθα* (*διελεγό|θα* L^1) *L διαλεγόμεθα B* ‖ 15 *τῆς ἡμετέροις* (*ἡμ. in ras.*) *M* ‖ 16 *ἤδη om. B*ς ‖ *ἄρτι M*] *ἤδη LB, om.* ς ‖ 18 *ᾧ*] *ὦ M* ‖ 21 *ἡμετέρους ὅρκους ὑπηκόους* L^1 ‖ 23 *αὐτῷ* L^2 ‖ 24 *τῶν om. B* ‖ 26 *ἀδρεσπόνσουμ M, ἀδρεπόνσουμ* (*in mg. ἀποκρισιαρίων* L^2) *L εἰς ἀποκρίσεις B* ‖ 28 *καὶ τὰ*] *καὶ om. B* ‖ 30 *φόρους* L^1 ‖ 33 *στρατευομένη* ML^1B] *ἐκφερομένη* L^2 (*ἐκφερομένοις Haloander*) ‖ 36 *δῶρον* ML^1 ‖ 39 *καὶ τὰ συμβόλαια LB*

1 insigni imperiali āmodum *V* ‖ 5 cause *V al.* ‖ seruabat *V* seruabant *T* ‖ 6 eratquae *V* ‖ praetoros V^a ‖ nostris *V* ‖ 12 pisidie *V*] pisidio *T* ‖ disputabimus *V* ‖ 13 ordinem *V* ‖ 16 manifesta *T* ‖ 21 lucro *om. V* ‖ 23 ministrabant V^a ‖ 24 cingulis *V* ‖ 25 *sq.* militaris — ibi *om. libri, suppl. Beck* ‖ 31 omnem uocabatur *V* ‖ hinc *vulg.* ‖ militabit *T*] militabitur *V* ‖ 32 sacrum *V* ‖ praecedentibus *V* ‖ 36 pura *V* ‖ 38 pribatim *V*

ὥστε στάσιν ἅπασαν αὐτῶν ἐξελαύνεσθαι. καὶ τοὺς μὲν στρατιώτας ἀεὶ ταῖς πολεμικαῖς γυμνασίαις ἀποτελεῖν καλλίους τε καὶ προθυμοτέρους, τοὺς ἰδιώτας δὲ ῥυθμίζειν τῷ νόμῳ δικαίους τε καὶ κακουργίας ἁπάσης ἐλευθέρους ἀποτελεῖν, ὥστε τοὺς μὲν εἰς δικαιοσύνην, τοὺς δὲ εἰς ἀνδρείαν αὔξεσθαι. καὶ εἴ τις γένοιτο πολέμου χάριν ἐκδρομή, ταύτην ῥᾷστα ποιεῖσθαι· τάξεώς τε παρούσης ἑκατέρας, καὶ τῆς μὲν ὑπηρετουμένης ὁπόσα πολιτικοῖς ταξεώταις πρέπει, τῶν δυνάμεων δὲ ἀπροφασίστως τὰς πολεμικὰς ἀνειργόντων ἐφόδους.
1 Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ τῶν δικῶν, εἴτε εἰς χρήματα βλέποιεν εἴτε εἰς ἐγκλήματα εἴτε εἰς ὁποιονοῦν ἄλλο, κατακούειν καὶ δικάζειν ὀρθῶς καὶ πρὸς τοὺς ἡμετέρους νόμους καὶ πάθους ἕνεκεν οὐδενός, ὥστε μή τινας ἐκεῖθεν ἐκτρέχοντας τὸ ἡμέτερον ἐνοχλεῖν κράτος. οὐδὲ γὰρ βουλόμεθα τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς καταλιμπάνοντας τὴν χώραν ἐνταυθοῖ τρέχειν ὑπὸ τῶν κατὰ χώραν περιορωμένους ἀρχόντων. εἰ γὰρ καὶ ὕστερον μέλλοιμεν ἐκ τῶν αὐτόθεν φοιτώντων ἐνοχλεῖσθαι, πευσόμεθα πάντως τῶν ἀδικουμένων, εἰ ταῦτα προσαγγείλαντες ἔτυχον τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι. καὶ εἰ μὲν μάθοιμεν αὐτοὺς ταῦτα μὴ προσαγγεῖλαι, σὺν ἐπιτιμήσει πάσῃ στελοῦμεν αὐτοὺς κατὰ χώραν, εἰ δὲ οἱ μὲν προσήγγειλαν, ὁ δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχων ἢ ἐρρᾳθύμησεν ἢ κατ᾽ ἄλλην αἰτίαν οὐκ εὐπρεπῆ τῶν νόμων ἠμέλησε, τότε ἐπ᾽ αὐτὸν τὴν πᾶσαν τρέψομεν κίνησιν. ὥσπερ γὰρ αὐτῷ δεδώκαμεν χορηγίαν πλείονα (φαμὲν δὲ τὴν ἑκατέρας ἀρχῆς) καὶ ἀνθρώπων αὐτὸν προὐβαλόμεθα τοσούτων, οὕτως, εἰ μάθοιμεν αὐτὸν ἀναξίως περὶ τὴν ἀρχὴν φερόμενον, οὔτε ἐνδώσομεν οὔτε ἐπὶ μετρίοις στήσομεν τὴν ποινήν, ἀλλ᾽ ὅσον αὐτὸν εἰς ὕψος αἴρομεν εὐκοσμοῦντα, τοσοῦτον αὐτῷ παρὰ τοὺς ἡμετέρους τι πράττοντι νόμους ἐπιτιμήσομεν. Δεῖ δὲ αὐτὸν πρὸς μηδένα παντελῶς ὑποκατακλίνεσθαι, μηδ᾽ ἂν εἴ τις εἴη τῶν ἐπισήμων μηδ᾽ ἂν εἰ σφόδρα πλουτοίη. διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ σεμνοτέροις παραδίδομεν τὰς τοιαύτας ἀρχάς, ἵνα μὴ ῥᾳδίως ἐνδιδοῖεν τοῖς ἐκ τοῦ πλουτεῖν βουλομένοις ἀδικεῖν.

universus eorum propellatur; et milites quidem semper in bellicis exercitationibus efficere meliores ac proniores, privatos autem coaptare lege, iustos et malignitate universa liberos, et perficere hos quidem ad iustitiam, illos autem ad fortitudinem augere; et si qua opus fuerit belli causa discursio, pro hac facile celebrare: officio utroque praesente, alio quidem ministrante quaecumque civile officium decent, exercitu vero inexcusabiliter prohibente hostiles invasiones.
1 Oportet autem eum etiam lites sive ⟨ad⟩ pecunias respicientes seu ad crimina sive ad quodlibet aliud audire et iudicare recte et secundum nostras leges et sub nulla passionis causa, ut nullus inde diffugiens nostram inquietet tranquillitatem. Neque enim volumus nostros collatores relinquentes provinciam huc currere a provincialibus despectos iudicibus. Nam et si postea fuerimus ab his qui exinde venturi sunt inquietati, requirimus modis omnibus venientes, si haec denuntiaverunt administrationem habenti: et si quidem cognoverimus eos haec non denuntiasse, cum omni correctione dirigimus eos ad provinciam; si vero illi quidem interpellaverint, qui vero administrationem habet aut neglexit aut per aliam causam non decoram leges neglexit, tunc in eum omnem convertimus motum. Sicut enim ei dedimus annonas ampliores (dicimus autem utriusque cinguli) et super homines eum constituimus tantos, ita si didicerimus eum indigne circa cingulum agere, neque veniam dabimus neque in mediocribus statuimus poenam, sed quantum eum ad celsitudinem elevamus ornatum, tantum ei citra nostras aliquid agenti leges increpabimus. Oportet autem eum ad nullos penitus inclinari, nec si de sublimibus sint, nec si valde sit locuples. Propter hoc etenim etiam nobilioribus tradimus huiusmodi cingulum, ut non facile cedant his qui per divitias volunt nocere.

---

ut omnem seditionem ab iis propellat. Praeterea ut milites quidem exercitiis militaribus meliores usque et alacriores reddat, privatos autem ad legem accommodet atque iustos et ab omni improbitate liberos praestet, quo hi in iustitia, illi in fortitudine proficiant. Et si qua belli causa expeditio fiat, ut eam prompte faciat, cum utrumque officium praesto sit et alterum quidem quaecumque civiles officiales decet subministret, militares autem copiae sine mora invasiones arceant hostium.
1 *Lites vero oportet eum sive ad pecuniam sive ad crimina sive ad qualecumque aliud spectant audire et recte ac secundum leges nostras neque affectu ullo commotum iudicare: ne qui illinc profecti nostrae potentiae negotia facessant. Nolumus enim subditos nostros relicta provincia huc accurrere a provinciae iudicibus contemptos. Quodsi etiam posthac ab iis qui inde adveniant molestia nobis exhibeatur, interrogabimus omnino eos qui iniuria affecti sunt, num haec ad eum qui magistratum gerit detulerint; et si quidem comperiamus eos haec non detulisse, cum omni reprehensione in provinciam eos remittemus, sin illi quidem detulerint, is vero qui magistratum gerit aut socors fuerit aut propter aliam causam non honestam leges despexerit, tunc in eum omnem vertemus indignationem. Quemadmodum enim ei amplius salarium, utriusque nimirum magistratus, dedimus atque tot hominibus eum praefecimus, ita si eum in magistratu indigne versari compererimus, neque condonabimus quicquam neque levem statuemus poenam, sed quantum in fastigium eum extollimus recte et ordine facientem, tantum contra nostras leges aliquid agentem reprehendemus. Oportet autem eum nulli omnino sese submittere, neque si quis auctoritate praecellat neque si valde dives sit. Namque propter id ipsum gravioribus viris eiusmodi magistratus tradimus, ne facile indulgeant iis qui divitiis abuti ad iniuriam volunt.*

---

1 *στάσιν Mᵃς*] *στάσιν τε MᵇLB* (*καὶ ἀδικίαν post αὐτῶν addi vult Zachariae*) ‖ *ἀπελαύνεσθαι, s. v. εξελαύνεσθαι M* ‖ 2 *ἀεὶ om. L* ‖ 4 *κουργίας L¹* (*πανουργίας Haloander*) ‖ 5 *ἀποτελεῖν ὥστε*] et perficere *ς* ‖ 6 *ἀνδρίαν B* ‖ 7 *ταῦτα Bᶜ sec. Hombergk.* ‖ 8 *τοῖς μὲν ὑπηρετουμένοις L* ‖ 10 *πολιτικὰς Bᶜ* ‖ 11 *αὐτῶν L¹* ‖ 15 *μή τινας M* (*cf. ς*)] *μηδὲ BL* ‖ 16 *οὐ γὰρ L* ‖ 20 *πευσόμεθα Lς*] *σπευσόμεθα MB* ‖ *ἀδικουμένων MB*] *ἀφικνουμένων Lς* (*cf. nov. XXX, 5 § 1*) ‖ 27 *αὐτὸν L* ‖ 29 *αὐτῶν L¹* ‖ *προυβαλλόμεθα M προβαλλόμεθα B* ‖ *οὕτως καὶ εἰ Bᶜ sec. Hombergk.* ‖ 30 *μάθημεν L¹* ‖ 32 *αἱροῦμεν B* ‖ 35 *sq. leg. μήτ᾽ ἂν — μήτ᾽ ἂν?*

2 in bellicis] inbecillis *libri* ‖ 3 promores *V* ‖ legi *vulg.* ‖ 5 augere *T* aure *V. Leg.* augeri? ‖ 6 pro hac] hanc *vulgo rectius* ‖ 8 dicent *V* ‖ 9 hostie *V* ‖ 11 eum etiam lites *T*] lites etiam *V* ‖ ad *add. vulg.* ‖ 13 recte et *om. V* ‖ 14 ut] aut *Vᵃ* ‖ diffugiens *VT*] effugiens *Neoburg.* defugiens *vulg.* ‖ 16 collatos *T* ‖ prouintia *V* ‖ 17 iudicibus] a iudicibus *V* ‖ 19 requiremus *vulg.* ‖ 20 denuntiaverint *vulg.* ‖ 21 non *om. V* ‖ 22 correctione *V*] correptione *T* ‖ dirigemus *vulg.* ‖ 23 vero] non *V* ‖ 26 omnem] nec *V* ‖ convertemus *vulg.* ‖ ei *om. V* ‖ 29 indignum *T* ‖ 30 statuemus *vulg.* ‖ 31 pena *V* ‖ quantum ad celsitudinem eum eleuamus *T* quantum eum celsitudinem eleuamus *V* ‖ 33 increpauimus *libri* ‖ eum *om. VT* ‖ 34 nullum *T vulg.* ‖ sublimius *V* sublimis *T* ‖ sint *V al.*] fuit *T* sit *vulg.* ‖ 35 locuplex *libri* ‖ 36 ut *om. Vᵃ*

CAPUT IV.

Ἐπιμελήσεται δὲ καὶ τῶν ἔργων ἁπάντων τῶν ἐκεῖσε, καὶ οὐ συγχωρήσει διαφθαρῆναι οὔτε λιμένας οὔτε τείχη οὔτε γεφύρας οὔτε ὁδοὺς οὔτε τι τῶν ἄλλων, ἀλλ' αὐτὸς ὁπόσα δυνατὸν ἐκ τῶν πολιτικῶν πόρων ἐπανορθωθῆναι παρασκευαζέτω (καὶ εἴ τι τούτων μείζονος δεόμενόν ἐστι φροντίδος, τοῦτο εἰς ἡμᾶς μηνυέτω) καὶ τοὺς λογισμοὺς γίνεσθαι κατὰ τοῦτο δὴ τὸ παρ' ἡμῶν νομοθετηθέν. Οὐδὲ γὰρ ἔτι βουλόμεθα τινὰς ἐκ τῆς ἀρχῆς ἧπερ ἐφέστηκας στέλλεσθαι κατὰ χώραν τὰς συνήθεις ταύτας ἔχοντας ἐμπορίας, ὑδάτων τε ἀναζητήσεις καὶ κήπων καὶ τειχῶν καὶ εἰκόνων καί τινων τοιούτων, ἅπερ καὶ πάλαι παντελῶς ἀνῃρῆσθαι συνείδομεν. ἀλλ' αὐτὸς μὲν κατεξεταζέτω τὰ γινόμενα, καὶ λόγους ὑπέχειν αὐτοὺς κατὰ
1 τὴν θείαν ἡμῶν ποιείτω διάταξιν. εἰ δέ γε ἡμεῖς συνίδοιμεν ἕτερόν τινα πρὸς τοῦτο στεῖλαι, τοῦτο διὰ πραγματικοῦ πράξομεν τύπου καὶ πρὸς τὴν σήν, εἴπερ συνίδοιμεν, ἀρχὴν φερομένου. πανταχόθεν γὰρ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐξαρπάζοντες καὶ ἐλευθέρους ποιοῦντες βλάβης διὰ τοῦτο καὶ χρημάτων ὑπερείδομεν (ὥς που καὶ αὐτὸς οἶσθα) μεγάλων καὶ τοσαύταις σιτήσεσι τούς τε ἄρχοντας τάς τε τάξεις τούς τε ἀμφ' αὐτοὺς ἐψυχαγωγήσαμεν, ὥστε μὴ δι' ἔνδειαν τυχὸν ἤ τι τοιοῦτον ἀπρεπῶν τινων ἅπτεσθαι πραγμάτων, ἀλλ' ἐπισήμους τε εἶναι καὶ ἐκ τῆς μεγάλης βουλῆς, καὶ οὕτω φοιτᾶν ἐν τῇ χώρᾳ μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ τε καὶ ἡμῶν μνήμης· ὧν εἰ μὴ κατά τινα τρόπον ἐκλάθοιτο, καλλίων ἑαυτοῦ διὰ πάντων ἔσται.
2 Εἰ δὲ ὑπατικοῖς τε καὶ πραιτωριανοῖς ἀνδράσιν οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι τὰς ἀρχὰς ἐπέτρεπον, οὐκ ἄπο τρόπου καὶ ἡμεῖς πράξομεν, εἰ καὶ τοιούτοις αὐτάς τισι παραδώσομεν, οἵπερ καὶ τὰς ἐπηρείας ἀναστελοῦσι καὶ τῶν ἐντεῦθεν πρακτόρων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις γινομένων καὶ τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς πειρωμένων ζημίαις περιβαλεῖν ἀλόγοις ⟨τούτους⟩ τῆς τοιαύτης ἀνάγκης ἐκλύσειαν. καὶ γὰρ δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν καὶ ταῦτα πολυπραγμονεῖν καὶ κωλύειν καὶ εἰς ἡμᾶς μηνύειν, καὶ τὰ μὲν οἴκοθεν ἐπανορθοῦν, τὰ δὲ θᾶττον πρὸς

Curam quoque habebit et operum omnium quae ibi sunt, et non sinet destrui nec portus nec muros nec pontes nec itinera nec aliquid aliorum, sed ipse quantum possibile est ex civilibus ⟨reditibus⟩ reparari procuret, et quicquid maiori indiget sollicitudine, hoc ad nos referat, et ratiocinia fiant secundum quod a nobis sancitum est. Non enim ulterius volumus aliquos ex administratione praesidis mitti per provinciam, qui consuetas has habent mercationes ad aquarum inquisitiones et hortorum et murorum et imaginum et huiusmodi, quae dudum penitus amputari perspeximus: sed ipse quidem examinet quae fiunt, et rationes reddere eos secundum sacram nostram constitutionem faciat.
1 Si vero nos perspexerimus alium quempiam ad hoc destinare, hoc per pragmaticam agimus sanctionem et ad tuum, si perspexerimus, cingulum destinandam. Undique enim nostros subiectos arripientes et liberos detrimento facientes ideoque etiam pecunias despeximus (sicut et tu nosti) maximas, et tantis annonis iudices et officia et circa eos qui sunt remuneravimus, ut non propter egestatem forsan aut aliquid huiusmodi indecorae quaedam contingant causae; sed insignes esse voluimus et ex magna curia sic procedere ad provinciam cum dei nostraque memoria. Quae nisi per aliquem modum obliviscatur, melior sui per omnia erit.
2 Si autem consularibus et praetoribus viris prisci Romani cingula committebant, non absurde et nos agimus, si etiam talibus ea aliquibus tradiderimus, qui et violentias removebunt hinc executorum ad provincias venientium et nostros subiectos damnis afficere irrationabiliter ex tali necessitate liberabunt. Dedimus utique ei fiduciam etiam haec perscrutari et prohibere et ad nos referre et alia qui-

IV. *Ceterum prospiciet etiam operibus publicis omnibus quae ibi sunt, neque patietur corrumpi aut portus aut muros aut pontes aut vias aut ceterorum quicquam, sed ipse quantum fieri potest, ex civilibus reditibus illa restituenda curet (ac si quid horum maiore cura indiget, id ad nos deferat) et rationes referendas secundum id quod a nobis lege statutum est. Neque enim amplius ex eo cui tu praees magistratu per provinciam mitti volumus qui consueta illa negotia exerceant, revisiones aquarum et hortorum et murorum et imaginum et similium rerum: quae quidem iam olim omnino tolli placuit. Sed ipse quae fiant*
1 *examinet atque rationes secundum sacram nostram constitutionem reddere eos iubeat. Quodsi quem alium nobis ad hoc mittere placuerit, id per pragmaticam iussionem faciemus, ad tuum quoque, si placuerit, magistratum deferendam. Nam quoniam undique subditos nostros eripimus et a damnis liberos reddimus, ideo et pecunias despicimus, quemadmodum ipse quoque nosti, et tantis annonis et magistratuum et officiorum et qui circa illos sunt conciliavimus animos, ne forte per egestatem vel eiusmodi quid res inhonestas moliantur, sed ut auctoritate praediti sint et ex magno senatu, atque ita in provincia procedant dei et nostri memores: quorum ille si nullo modo obliviscatur, se ipso insignior per omnia futurus est.*
2 *Quodsi consularibus et praetoriis viris veteres Romani magistratus committebant, ne nos quidem temere agemus, cum talibus eos tradamus, qui et insidias reprimant et sicubi exactores hinc in provincias proficiscantur damnaque iniusta subditis nostris inferre conentur, hos ab eiusmodi calamitate liberent. Etenim licentiam ei damus haec quoque perscrutandi et prohibendi et ad nos deferendi, et alia*

5 εἴ τι τούτων] quicquid ς ‖ 7 μηνυέτω] ἀναφερέτω *B* ‖ γενέσθαι *B* ‖ 8 νομοθετηθέν] *Cod.* 10, 30, 4 ‖ 9 ἧπερ *M*] ᾗσπερ *LB* ‖ ἐφέστηκε *B* ‖ 10 ἐμπορείας L^2 (*ἐποψίας malit Zachariae coll. XXV,* 4, 2 *et Cod.* 10, 30, 4 § 13. (7)) ‖ 11 ἀναζητήσαις καὶ κόπων L^1 ‖ 14 *post* γινόμενα *addi vult* παρὰ τῶν πατέρων *Zachariae* ‖ 16 συνίδοιμεν *L*] συνείδοιμεν *M* συνίδωμεν *B* ‖ πρὸς τούτῳ *B* ‖ τοῦτο *M*ς] *om. LB* ‖ 17 τύπου] τούτου L^1 ‖ 18 συνίδοιμεν *B*] συνίδωμεν *L* συνείδομεν *M* (*cf. XXV,* 4, 2) ‖ 22 τάς τε *M*] καὶ τὰς *LB* ‖ 25 εἶναι] esse voluimus ς ‖ 27 ὃν L^1 ‖ 30 ἄπο *M*] ἀπὸ *LB* ‖ 31 αὐτοὺς *M* ‖ 32 οἴσπερ *L* ‖ ἀναστέλλουσι *M* ‖ καὶ *M*] *om. LB*ς ‖ 33 ἐν *LB*] τῶν ἐν *M* ‖ 35 περιβάλλειν *BL* ‖ ἀλόγως ς ‖ τούτους *supplevit Zachariae: quamquam nescio an plura deficiant sententiaque ex codicum vv. ll. ita fere restituenda sit v.* 32 *sq.* οἵπερ καὶ τὰς ἐπηρείας ἀναστελοῦσι τῶν ἐντεῦθεν πρακτόρων τῶν ἐν ταῖς ἐπ. γιν. καὶ —— ἀλόγοις ⟨, προνοοῦντες ὅπως ἂν ἐκείνους⟩ τῆς τοιαύτης κτλ.

1 habent *V* ‖ et operum *V*] operum et *T* ‖ 2 murus *V* ‖ 3 nec *ante* itinera *om. V* ‖ 4 reditibus *add. Beck. An leg.* quaestibus (*cf. XXX,* 6 *pr.* 7 § 1)? ‖ 6 fiat *V* ‖ 8 praesidis] cui praesides *Beck* ‖ 9 habet *V* ‖ 12 examine *V* ‖ 13 redderent *V* ‖ 16 gramaticam *V* ‖ agemus *vulg.* ‖ 19 detrimentum *libri* ‖ ideoque *VT*] ideo *vulg.* ‖ etiam *V*] enim *T* ‖ 20 sicut *T vulg.*] sic *V al.* ‖ nocti *V* ‖ 21 annonis] annon|nisi *V* ‖ qui circa eos *T* ‖ 23 contingat *V* ‖ 25 sic] et sic *vulg.* ‖ prouintia *V* ‖ 26 modo *V* ‖ 29 praetoriis *vulg.* ‖ 30 ramani V^a ‖ cinguli *libri* ‖ et *om. V* ‖ 31 agemus *vulg.* ‖ 32 et] etiam *T* ‖ 33 subiectos temptantium damnis afficere *Beck*

τὴν ἡμετέραν ἀναφέρειν γνῶσιν, ὥστε ἐφ᾽ οἷς καταδεέστεροι τῶν πραγμάτων εἰσίν, ἐπὶ τούτοις αὔξεσθαί τε καὶ ἀναπληροῦσθαι τῇ τῆς ἡμετέρας γνώμης τε καὶ κελεύσεως προσθήκῃ.

dem per se corrigere, alia vero velociter ad nostram referre notitiam, ut in quibus inferiores rerum sunt, in his augeantur et adimpleantur nostrae voluntatis ac iussionis adiectione.

CAPUT V.

Ταῦτα αὐτοῖς καὶ ἐν τοῖς βασιλικοῖς παραγγέλμασιν ὑποθησόμεθα, καὶ μετὰ τῶν συμβόλων αὐτὰ τῶν ἀρχικῶν ἐπιδώσομεν, ὥστε μεμνημένους τῶν ὅρκων οὓς ὑφέξουσι καὶ τῶν ὑποθηκῶν ἃς αὐτοῖς δώσομεν ἡμῶν τε καὶ τῆς ἡμετέρας ἐννοίας ἀξίως τὸν οἰκεῖον κατακοσμεῖν βίον καὶ κυβερνᾶν τὴν ἀρχὴν μετὰ τῶν νόμων τῶν ἡμετέρων. Ταῦτά ἐστιν ἐφ᾽ οἷς αὐτοῖς παραδίδομεν τὴν ἀρχήν, διδόντες αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, καὶ τοῦ δικάζειν ἅπασαν ἐξουσίαν χρηματικαῖς τε καὶ ἐγκληματικαῖς καὶ πάσαις ἁπλῶς ὑποθέσεσι, καὶ τὴν ἔκκλητον τὴν αὐτοῖς ἐπιδιδομένην ἐπὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ἐπάρχους καὶ τὸν ἐνδοξότατον ἄγειν κοιαίστωρα, κοινῇ τῆς ὑποθέσεως ἀκροωμένους κατὰ τὸ τῶν εἰς τὸ θεῖον τέμενος εἰσαγομένων δικῶν σχῆμα. Εἰ δέ τις κατὰ τοὺς τόπους ἐκείνους ἐφέσιμος γένοιτο δίκη τῶν πεντακοσίων ἐλάττων χρυσῶν, εἰ καὶ ἐκ παραπομπῆς ἢ βασιλικῆς ἢ ἀρχικῆς εἴη, καὶ ὁ τὴν δίκην ἐπιτραπεὶς οὐκ εἴη σπεκταβίλιος δικαστής, τὴν ἀπ᾽ ἐκείνων τῶν τόπων ἔκκλητον ἐπ᾽ αὐτὸν χωρεῖν καὶ ἀκούειν αὐτὸν ὡς ἐν θείῳ τεμένει. κοσμοῦμεν γὰρ αὐτοῦ καὶ τούτῳ τὴν ἀρχὴν τῷ τρόπῳ καὶ ὁμοίαν τίθεμεν τῷ τε περιβλέπτῳ κόμητι τῆς Ἕω ταῖς τε ἀνθυπατείαις τοῖς τε κόμησι Φρυγίας τε καὶ Γαλατίας, ὥστε καὶ αὐτὴν εἶναι spectabil*ίαν, καθάπερ ἐκεῖναι, καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος ἑστάναι· οὐδὲν τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου τὴν τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος ἐλαττοῦντος ἀρχήν, ἀλλ᾽ ἐκείνου τε ἐν τοῖς ἄλλοις τῆς ἐπαρχίας τόποις πράττοντος ἅπερ ἴδια τῶν νόμων ἐστί, τούτου τε ἐν οἷς ἵδρυται μέρεσι τὴν ἐπιτεταγμένην αὐτῷ παρ᾽ ἡμῶν πληροῦντος φροντίδα.*
1 *Ὑποτεθήσεται δὲ παρ᾽ ἡμῶν καὶ ἀπογραφὴ τῷδε τῷ νόμῳ λέγουσα τί μὲν αὐτῷ προσήκει χορηγεῖν προφάσει τῶν συμβόλων τῆς ἀρχῆς, τί δὲ κομίζεσθαι αὐτόν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ δημοσίου κατὰ τὴν τῶν σιτήσεων πρόφασιν· ἅπερ καὶ μόνα λαμβάνειν αὐτοῖς ἐφίεμεν ἀλλοίου παντὸς κέρδους ἀπεχομένους. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ σεμνοτέρους ποιοῦμεν αὐτοὺς χορηγίαις μείζοσιν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ταύτην ἡμῖν ἐπὶ τῶν ἔργων ἀντιδιδοῖεν τὴν ἀμοιβήν,*

Haec eis etiam imperialibus mandatis subdimus et cum codicillis ea cinguli dabimus, ut memores iurisiurandi, quod subeunt, et mandatorum, quae eis dabimus, digne nobis nostroque consilio suam condecorent vitam, et regant cingulum cum legibus nostris. Haec sunt in quibus eis ⟨damus cingulum, dantes eis⟩, sicut dictum est, et iudicandi omnem potestatem in pecuniariis et criminalibus et omnibus absolute negotiis, et appellationem eis oblatam ad gloriosissimos nostros praefectos et per tempus gloriosissimum perduci quaestorem, communiter negotium audientes secundum figuram ad sacrum auditorium introducendarum causarum. Si qua vero per illa loca sub appellationem fiat causa quingentorum minor aureorum, aut etiam ex delegatione sive imperiali aut iudiciali sit, et cui causa commissa est non sit spectabilis iudex, ab illis locis appellationem ad eum venire, et audire eum tamquam in sacro auditorio. Decoramus enim ei etiam hoc modo cingulum, et similem ponimus spectabili comiti Orientis et proconsulatibus et comitibus Phrygiae atque Galatiae, ut et ipsa spectabilis sicut illae in hanc figuram consistat: nihil hac nostra lege clarissimi provinciae iudicis minuente administrationem, sed illo in aliis provinciae locis agente quae propria legum sunt, hoc autem in quibus commoratur partibus commissam sibi a nobis implente sollicitudinem.

1 Subditur autem a nobis et descriptio huic legi dicens, quid quidem eum competat praebere occasione codicillorum administrationis, quid autem accipere eum et qui circa eum sunt de fisco secundum annonarum occasionem. Quae etiam sola accipere eos sinimus alio lucro penitus abstinentes. Propterea enim eos honestiores facimus praebendis maioribus, ut et ipsi hanc nobis in operibus retribuant com-

ultro castigandi, alia cito in nostram notitiam perferendi, ut, ubi rebus ipsi impares sint, ibi incremento et supplemento utantur consilii et iussionis nostrae accessione.
V. *Haec iis etiam in imperialibus mandatis praecipiemus, eaque una cum insignibus magistratus impertiemus, ut memores iurisiurandi quod praestabunt et praeceptorum quae ipsis dabimus digne nobis ac nostra voluntate vitam suam instruant et magistratum secundum leges nostras gubernent. His quidem condicionibus magistratum iis tradimus, omnem potestatem iisdem, uti dictum est, tribuentes et de pecuniariis et de criminalibus et omnibus omnino causis iudicandi, atque appellationem apud ipsos interpositam ad gloriosissimos nostros praefectos et gloriosissimum quaestorem deferendi, qui una causam audiant secundum formam litium quae ad sacrum auditorium deferuntur. Si quae vero in locis illis appellatio fiat in lite quingentis aureis minore, etiamsi ex delegatione imperiali sive iudiciali sit, nisi is cui causa commissa est spectabilis iudex sit, appellatio ex illis locis ad illum veniat eamque ipse tamquam in sacro auditorio audiat. Nam hoc quoque modo magistratum eius ornamus atque aequalem reddimus et spectabili comiti Orientis et proconsulatibus et comitibus Phrygiae et Galatiae: ut et ipse spectabilis sit quemadmodum illi et hac specie utatur. Neque tamen ullo modo haec nostra lex magistratum clarissimi provinciae praesidis imminuit, sed ut ille in reliquis provinciae locis quae propria legum sunt aget, ita*
1 *hic in quibus constitutus est partibus mandata ei a nobis cura fungetur. Subicietur vero a nobis huic legi etiam descriptio quae indicet, quid quidem ipsum pro insignibus magistratus praestare, quid autem et ipsum et eos qui circa eum sunt ex fisco annonarum nomine percipere oporteat: quae etiam sola accipere iis permittimus omni reliquo lucro abstinentibus. Propterea enim etiam splendidiores eos reddimus salariis amplioribus, ut et ipsi hanc nobis remunerationem ipsis rebus praestent, cum subditos nostros*

9 *εὐνοίας B* ‖ *ἀξίωσον L*[1] ‖ 10 *μετὰ τῶν* — 12 *ἀρχὴν om. L* ‖ 15 *αὐτὴν L*[1] ‖ 16 *ὑμῶν L* ‖ *ἐπάρχους B*] *ὑπάρχους ML* ‖ *καὶ τὸν ἐνδοξότατον*] et per tempus (*i. e. κατὰ καιρὸν*) gloriosissimum *ς* ‖ 18 *εἰς θεῖον B* ‖ *δικαίων L*[1] ‖ 19 *γίνεται L* ‖ 20 *εἰ καὶ M*] *ἢ καὶ L ἢ Bς* ‖ 21 *ἢ prius om. B* ‖ *ὁ*] *ἡ L*[1] ‖ 22 *σπεκταβίλιος M*] *περίβλεπτος LB* ‖ 25 *αὐτοῦ LB*] *αὐτῷ Mς* ‖ *τοῦτο L*[1] ‖ 26 *τε om. LB* ‖ *ἑώας L* ‖ 27 *τε καὶ*] *τε om. B* ‖ 28 *αὐτὸν L*[1] ‖ *εἶναι et* 29 *καὶ om. ς* ‖ spectauilian *M περίβλεπτον LB* ‖ 36 *αὐτὸν Zachariae* ‖ 40 *αὐτοὺς B* ‖ *παντὸς*] penitus (*i. e. πάντως*) *ς* ‖ 41 *καὶ om. LB(ς)*

2 referri *libri* ‖ 3 in his *om. T* ‖ 4 uoluntates *libri* ‖ iussiones *V*[a] ‖ adiectionis *V* adiectionem *T* ‖ 5 subdemus *vulg.* ‖ 7 ei *libri* ‖ 8 nobis *om. V* ‖ 10 *sq.* damus — eis *om. libri, suppl. Beck* ‖ 11 uindicandi *Val.* ‖ 15 perduci *T*] perducit *V* perducendi *Beck* ‖ 18 appellatione *T vulg.* ‖ 25 proconsularibus *libri* ‖ frigie *libri* ‖ 27 clarissime *libri* ‖ 29 prouintia *VT* ‖ 35 subdetur *vulg.* ‖ discriptio *V* ‖ 36 occasionem *libri* ‖ 41 praebent *Val.*

τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους διὰ πάντων περισώζοντες, καὶ τῶν ὅρκων οὓς ὑφέξουσι μεμνημένοι. Τὸν δὲ δὴ παρόντα νόμον ἕξει μὲν καὶ τὸ τῶν νόμων βιβλίον, καὶ ὁ σὸς δὲ θρόνος δεχόμενός τε καὶ μανθάνων διηνεκῶς αὐτὸν ἐπ' αὐτῶν φυλαττέτω τῶν ἔργων.

Dat. xv. k. Iun. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

Δεῖ [δὲ] παρέχεσθαι τῷ πραίτωρι Θρᾴκης
ὑπὲρ ἀννόνων καὶ καπιτατιόνων καὶ λοιπῆς παραψυχῆς sol. CCC
τῷ αὐτοῦ παρέδρῳ sol. LXXII
τῇ αὐτοῦ τάξει auri lib. II.
Δεῖ δὲ αὐτὸν παρέχειν προφάσει συμβόλων οὕτως·
τοῖς περιβλέπτοις χαρτουλαρίοις τρισὶ τοῦ θείου κουβουκλείου sol. VIIII
τῷ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων καὶ τοῖς λατερκουλισίοις sol. XXIV
τῷ βοηθῷ αὐτοῦ sol. III
τῇ τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ὑπὲρ προσταγμάτων καὶ πάσης ἑτέρας αἰτίας sol. XL.

pensationem, nostros subiectos per omnia liberantes, et sacramentorum quae subeunt memores. Praesentem vero legem habebit quidem et legum codex, et tua sedes suscipiens et agnoscens perpetue eam in ipsis servet operibus.

Dat. xv. kal. Iunii CP. Belisario v. c. cons.

Oportet praeberi praetori Thraciae
pro annonis et capitibus et reliquo solacio solidos numero octingentos,
eius assessori solidos septuaginta duo,
eius officio auri libras V.
Oportet eum praebere occasione codicillorum ita:
spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi solidos novem,
primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus solidos XXIV,
eius adiutori solidos tres,
officio gloriosissimorum praefectorum pro praeceptis et alia omni causa solidos quadraginta.

ΚΖ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΟΜΗΤΟΣ ΙΣΑΥΡΙΑΣ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ὅπερ τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἐν εἰκόνι καὶ σχήματι κατὰ τὴν Ἰσαύρων χώραν ἦλθεν ἐπὶ νοῦν πρᾶξαι, τοῦτο ἡμεῖς αὐτοῖς τοῖς πράγμασι δι' αὐτῆς τῆς τῶν ἔργων ἰσχύος ἐπί τε Γαλατίας ἐπράξαμεν τῆς πρώτης ἐπί τε τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας, τὴν τῶν πρώην καλουμένων βικαρίων ἀρχὴν ἑνώσαντες ταῖς πολιτικαῖς καὶ μίαν καταστησά-

XXVII.
℞ DE COMITE ISAURIAE ℞

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Quod quibusdam ante nos imperatoribus in imagine et figura de Isaurorum provincia venit in animo agere, hoc nos ipsis rebus per ipsam operum virtutem et in Galatia egimus prima et in Pacatiana Phrygia, pridem appellatorum vicariorum administrationem unientes civilibus et unum consti-

Nov. XXVII Graece extat in ML, inde a cap. 1 Τῆς τῶν Ἰσαύρων χώρας μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν θεσπίζομεν, ὥστε αὐτὴν μὲν (210, 13) .... *in B*, 6, 11. — *Epit. Theod.* 27, *Athan.* 4, 7. *Iulian. const. XX.*

---

per omnia conservent, et iurisiurandi quod praestituri sunt memores sint. • Praesentem vero legem cum liber legum continebit tum sedes tua acceptam et cognitam perpetuo in ipsis rebus custodiat.

Oportet praeberi praetori Thraciae pro annonis et capitationibus et reliquo solacio sol. CCC, assessori eius sol. LXXII, officio eius auri lib. II. Oportet autem eum praebere insignium nomine ita: spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi sol. IX, primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus sol. XXIV, adiutori eius sol. III, officio gloriosissimorum praefectorum pro iussionibus et omni reliqua causa sol. XL.

XXVII.
DE COMITE ISAURIAE.

Imp. Iustinianus Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Quod eorum qui ante nos fuerunt imperatorum nonnullis per imaginem et speciem in mentem venit de Isaurorum regione facere, id nos re ipsa et per ipsam factorum vim et in Galatia prima et in Pacatiana Phrygia effecimus, vicariorum qui olim vocabantur magistratu cum civilibus magi-

---

3 *καὶ τὸ*] *καὶ αὐτὸ τὸ B* ‖ 4 *ὁ σὸς B*] *ὅσος M ὅσος L* ‖ *μανθάννων M* ‖ 5 *ἐπαντοὺς L*[1] ‖ 6 xv k. Iun. *Mς*] *πρὸ ιε' καλ. ἰαννουαρίων Ath.* kal. Iunias *Iul.*[bw] *μηνὶ Ἰουνίῳ Theod.* ‖ Bilisario uc. conss. *M* consul. uilisarii *Iul.*[b] (dat. cons. bilisarii *Iul.*[p]) ‖ 7 *δὲ MLB, om. ς* ‖ 8 *ἀνόνων B* ‖ *καπιτατιόνων M*] *καπίτων L κεφαλητιώνων B* ‖ *ἀναψυχῆς LB* ‖ 9 sol. CCC] sol. ΑCCC *M νομίσματα σ' (διακόσια B) M s. v., LB* (solidos numero octingentos *ς*) ‖ 10 sol. LXXII *ς*] sol. XXII *M νομίσματα οβ' (ἑβδομήκοντα δύο B) LB νομίσματα ιβ' Theod.* ‖ 11 auri lib. II] urlib ū *M* (auri libras V *ς*) *χρυσίου λίτρας β' M s. v., LB λίτρας β' Theod.* ‖ 13 *χαρτουλλαρίοις M* ‖ 14 sol. VIIII *Mς*] *νομίσματα θ' M s. v., LB Theod.* ‖ 15 *τῶν*] *τῷ L* ‖ *τριβούννων M* ‖ 16 *λατερκουλινσίοις L οἰκειακοῖς B* ‖ sol. XXIV *ς*] sol. XXI *M νομίσματα κδ' M s. v., LB Theod.* ‖ 17 *τῷ — III om. LB* ‖ sol. III III. *Mς*] *νομίσματα γ' Theod.* ‖ 18 *ἐπάρχων Theod.*] *ὑπάρχων MLB* ‖ 19 sol. XL *ς*] sol. XI *M νομίσματα μ' (τεσσαράκοντα B) Ms. v., LB νομίσματα γ' Theod.* ‖ 24 *ἐπάρχῳ*] *ὑπάρχω L*[2] *om. ML*[1] ‖ *ἑώας L* ‖ 25 *πατρικίων L*[2] ‖ 30 *cf. nov. VIII c.* 2. 3 ‖ *πακτιάνῆς L*[1] ‖ 31 *τῶν om. L* ‖ *καλουμένην βικαρίαν L*[2] ‖ 32 *ἑνώσαν L*[1]

4 eam in] eam *T* ea et *V* ‖ 6 Iunias *vulg.* ‖ Cap. *VT* ‖ bilis. *V* libisario *T* ‖ 7 praetori praeberi *V* ‖ 12 eum] enim *VT* vero eum *vulg.* ‖ 13 thartulariis *V* ‖ 16 laterculensibus] laterculi *libri* ‖ 18 pro *om. V* ‖ praefectis *V* ‖ 19 omnia *V* ‖ 20 *rubr.* ℞ xx·vii De comitis aurie ℞ *V* ‖ 23 pp.] p̄prū *V* ‖ 26 quibusdam] quidem *Val.* ‖ 27 hisaurorum *V* ‖ 28 animum *vulg.* ‖ 30 frigia *libri* ‖ appellatorum] appellatum *libri*, appellatam *Beck* ‖ 31 aministratione *V* ‖ unientes *Beck*] munientes *T* minuentes *V*

μενοι τάξιν, καὶ διακοσμήσαντες αὐτὰς ὡς ἐχρῆν καὶ ἑκάστῳ δόντες ἀντὶ τῆς πρώην προσηγορίας τὸ τῶν κομήτων ὄνομα, ὥστε τὸν μὲν κόμητα Γαλατίας καλεῖσθαι πρώτης, τὸν δὲ κόμητα Πακατιανῆς ὀνομάζεσθαι Φρυγίας, παρεπομένης ἑκατέρῳ [τούτων] αὐτῶν καὶ τῆς ἡμετέρας ἐπωνυμίας.

tuentes officium, componentes eas ut oportebat et unicuique dantes pro prisca appellatione comitum nomen, alterum quidem comitem Galatiae vocari primae, alterum vero comitem Pacatianae nominari Phrygiae, sequente utrumque horum et nostro cognomine.

CAPUT I.

Τοῦτο δὴ καὶ κατὰ τὴν Ἰσαύρων πράττομεν χώραν. οὐ γὰρ ἔτι βουλόμεθα τὸν ἐπὶ ταύτης γινόμενον τῆς ἀρχῆς διπλοῖς χρῆσθαι συμβόλοις καὶ λαμβάνειν μὲν καὶ τὴν τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς προσηγορίαν, λαμβάνειν δὲ καὶ τὰ τῆς στρατιωτικῆς ἐξουσίας σημεῖα, καὶ ὄνομα περιφέρειν διπλοῦν πράγματος ὄντος ἑνός, ἀλλ᾽ αὐτόθεν μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν αὐτῷ τίθεμεν, αὐτὴν μὲν προνοοῦσαν τῶν ὅπλων, αὐτὴν δὲ τῶν δημοσίων ἀντιλαμβανομένην, ἅπαντα δὲ ἔχουσαν ὑφ᾽ ἑαυτῇ, καὶ μιᾷ χρωμένην τάξει κομητιανῇ τε προσαγορευομένῃ καὶ κομιζομένῃ τὰ σύμβολα τῆς στρατείας ἐκ τοῦ θείου τῶν λιβέλλων σκρινίου. Ἔσται δὲ καὶ αὐτὴ παντελῶς ἄμισθος, καὶ οὐ παρέξει χρημάτων οὐδεμίαν δόσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ καθαραῖς χρήσεται ταῖς χερσὶ καθάπερ αἱ λοιπαί. καὶ καταπέμψομέν γε καὶ πρὸς αὐτὴν τὸν ἔναγχος παρ᾽ ἡμῶν πεφοιτηκότα νόμον· δώσομεν δὲ αὐτῇ πρὸς τοῖς κωδικίλλοις, οἵπερ αὐτὸν τοῖς σπεκταβιλίοις ἐγγράψουσιν ἄρχουσι, καὶ τὰ θεῖα παραγγέλματα, ταῦτα δὴ τὰ μ α ν δ ά τ α π ρ ι ν κ ί π ι ς παρά τε τοῖς ἀρχαίοις ὀνομαζόμενα παρ᾽ ἡμῶν τε αὖθις εἰς πολιτείαν εἰσενεχθέντα, ἐξ ὧν μαθήσεται ὅτι προνοητέον αὐτῷ καθέστηκε καὶ τῶν δημοσίων ἁπάντων καὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων, καὶ τῆς εὐκοσμίας τῆς ἄλλης, καὶ τοῦ κατὰ μηδὲν βλαβῆναι τὸ δημόσιον· καὶ ἁπλῶς ἅπαντα ὅσα προσῆκόν ἐστιν αὐτὸν ποιεῖν ἐκεῖθεν αὐτῷ γενήσεται φανερά.

Et hoc quoque in Isaurorum agimus regione. Non enim ulterius volumus qui ad hanc accesserit administrationem duplicibus uti codicillis et accipere quidem et civilis cinguli appellationem, accipere autem et militaris potestatis insignia, et nomen circumferre duplex causa existente una, sed hoc ipso unam esse administrationem hanc ponimus, ipsam quidem providentem armorum, ipsam vero fiscalia suscipientem, omnia autem habentem sub se, et uno utentem officio comitiano appellando, et accipientem probatoria militiae a sacro libellorum scrinio. Erit autem et haec omnino sine suffragio, et non praebebit pecuniarum ullum commodum, sed et ipsa puris utetur manibus sicut ceterae. Et mittemus etiam ad eam nuper a nobis prolatam legem, dabimus autem ei super codicillos, qui eum spectabilibus inscribant iudicibus, etiam divina praecepta (haec autem mandata principis et ab antiquis nominata sunt et a nobis denuo in rempublicam introducta), ex quibus discet, quia providendum ei sit et fiscalium omnium et privatorum instrumentorum et disciplinae alterius et ut in nullo laedatur fiscus: et simpliciter omnia quae competens est eum facere inde ei fiunt manifesta.

CAPUT II.

Ἴστω δὲ μόνον τοσοῦτον, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περιβλέπτοις ἄρχουσι τέτακται, καὶ τῶν ἐφέσεων τῶν παρ᾽ ἐκείνου γινομένων οἵ τε ἐνδοξότατοι ἔπαρχοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀκροάσονται πραιτωρίων ὅ τε ἐνδοξότατος ἡμῶν κοιαίστωρ, καθάπερ αὐγουσταλίου καὶ ἀνθυπάτου καὶ πραιτώρων τριῶν τῶν νῦν παρ᾽ ἡμῶν ἐγκαταστάντων Πισιδίᾳ τε καὶ Λυκαονίᾳ καὶ Θράκῃ

Sciat autem solum, quia et ipse inter spectabiles iudices ordinatus est, et appellationes ab illo factas et gloriosissimi praefecti sacrorum nostrorum audient praetoriorum et gloriosissimus noster quaestor, sicut augustalis et proconsulis utriusque et praetorum trium nunc a nobis statutorum Pisidiae et Lycaoniae atque Thraciae et comitis Orientis, insuper et

---

stratibus unito et uno officio constituto, iisque uti par erat exornatis atque utrique pro priore appellatione comitum nomine dato, ut alter comes Galatiae primae appellaretur, alter comes Pacatianae Phrygiae nominaretur, ac praeterea utrique eorum nostrum quoque cognomen accederet.

I. *Hoc igitur de Isaurorum quoque provincia agimus. Neque enim amplius eum qui huic administrationi praeest duplicibus insignibus uti volumus, ut accipiat et civilis magistratus appellationem et militaris potestatis signa atque, cum una res sit, duplex nomen ferat, sed protinus unum eius magistratum reddimus, qui idem et armis prospiciat et tributis operam det omniaque sub se ipse habeat, atque uno utatur officio, quod comitianum vocetur et militiae insignia ex sacro libellorum scrinio accipiat. Fiet autem et ipse omnino gratuito, nec ullam praestabit pecuniae largitionem, verum ipse quoque puris utetur manibus quemadmodum reliqui. Ac mittemus ad eum ipsum quoque legem nuper a nobis editam, dabimus autem ei praeter codicillos, qui eum spectabilibus magistratibus adscribent, etiam sacra praecepta, illa quidem quae mandata principis et apud veteres nominantur et a nobis in rempublicam denuo introducta sunt, ex quibus discet curam sibi agendam esse et publicorum omnium et privatorum contractuum et reliquae disciplinae neve in ulla re fiscus laedatur: et ne multa, omnia quaecumque eum par est facere inde illi fient manifesta.*

II. *Unum vero hoc sciat se ipsum quoque in spectabilium magistratuum numero collocatum esse, atque de appellationibus quae ab ipso fient et gloriosissimos praefectos sacro nostro praetorio et gloriosissimum quaestorem nostrum cognituros esse, sicut fit in augustali et proconsule et tribus praetoribus a nobis nunc in Pisidia et Lycaonia et Thracia constitutis et in comite Orientis ac praeterea in comite Paca-*

---

1 *καὶ διακοσμ.*] *καὶ om.* ς ‖ 3 *καλεῖσθαι πρώτης L*ς] *om. M* ‖ 5 *τούτων αὐτῶν ML* horum ς; '*τούτων vel αὐτῶν abundat' Zachariae* ‖ 7 *δὴ om. L* ‖ 13 *αὐτῷ*] hanc ς ‖ 15 *ὑφ᾽ ἑαυτῇ* ML^1(ς)] *ὑφ᾽ ἑαυτὴν* BL^2 ‖ 16 *κομητιανῇ τε* L^1Bς] *κομητιανήν τε* ML^2 ‖ *προσαγορευομένην M* ‖ 17 *κομιζομένῃ B*] *κομιζομένην ML*(ς) ‖ *στρατιᾶς B* ‖ 18 *ἔστι B* ‖ *καὶ αὕτη L* ‖ 20 *ἀλλὰ καὶ αὐτὴ B*ς] *ἀλλ᾽ αὐτῇ addito s. v. καὶ M ἀλλ᾽ αὐτὴ L* ‖ 21 **γε*] *τε MLB* ‖ 22 *νόμον*] *nov. VIII* ‖ 23 *αὐτῇ M*] *αὐτῷ B αὐτοῖς L* (*cf. ad* ς) ‖ *οἵπερ καὶ αὐτοῖς τοῖς* L^2 ‖ 24 *σπεκταβιλίοις M*] *περιβλέπτοις LB* ‖ *ἐγγράφουσιν B ἐγγράψομεν* L^2 ‖ *ἄρχουσι om. L* ‖ *καὶ τὰ*] *κατὰ τὰ* L^1 ‖ 25 *ταῦτα δὴ τὰ* — 26 *ὀνομαζόμενα*] haec autem — nominata sunt ς ‖ *τὰ μανδάτα πρινκιπις L*(ς)] *τὰ μανδάτα πρινκίπις ἤτοι τὰ βασιλικὰ ἐντάλματα M τὰ βασιλικὰ ἐντάλματα B* ‖ 26 *sq. τοῖς ἀρχαίοις — πολιτείαν om. L* ‖ 28 *αὐτῶν* L^1 ‖ *καθέστηκε*] *καθ᾽ ἕκαστον Haloander* ‖ 29 *καὶ τῆς*] *καὶ om. B* ‖ 33 *τοσοῦτον om.* ς ‖ 35 **ὕπαρχοι MLB* ‖ 36 *ἐνδοξότατοι L*

---

4 pagatianem *V* ‖ 5 frigie *libri* ‖ 7 Et *om. T* ‖ hisaurorum *VT* ‖ agimus *om. V* ‖ 8 qui] quid V^a ‖ 13 ipsam] ipsarum *V* ipsorum *T al.* ‖ 16 probatoriam *libri* ‖ 17 haec] hoc *libri* ‖ 18 pecuniorum *V* ‖ 19 ipse puris utitur *libri* ‖ 20 mittemus] mittimus *T* mittetur *V al.* ‖ 21 ei] eis *V al.* ‖ 22 inscribant *V*] inscribebant *T* ‖ 25 introductam *VT* ‖ distet *libri* ‖ 29 fient *vulg.* ‖ 34 iuditiis *V* ‖ factas et] facta est *V* ‖ 37 et praetorum] et *om.* V^a ‖ 38 hunc *V*

καὶ τοῦ κόμητος τῆς Ἑῴας καὶ πρός γε τοῦ κόμητος τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας Γαλατίας τε πρώτης. Εἰ δέ τις τῶν ἐν Ἰσαυρίᾳ δικῶν ἐλάττων εἴη τῶν πεντακοσίων χρυσῶν, εἶτα ἐφέσιμος γένηται, ταύτης αὐτὸς ἀκροάσεται κατὰ τὸ τῶν θείων ἀκροατηρίων σχῆμα· καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δίδομεν αὐτῷ, σεμνοτέραν αὐτῷ καὶ κατὰ τοῦτο τὴν ἀρχὴν ἀποφαίνοντες.

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ κατὰ μίμησιν τῶν εἰρημένων ἀρχῶν καὶ τὰ περὶ αὐτὸν διαταξάτω. Ὑποθήσομεν γὰρ [αὐτῷ] καὶ ἀπογραφὴν τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ, δηλοῦντες τί μὲν αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν καὶ τὸν αὐτοῦ πάρεδρον ἐκ τοῦ δημοσίου προσήκει κομίζεσθαι, τί δὲ προφάσει τῶν ἀρχικῶν διδόναι συμβόλων. Καὶ ἴστωσαν οἱ παρ' ἡμῶν ταύτας δὴ τὰς ἔναγχος κατακοσμηθείσας ὑφ' ἡμῶν ἀρχὰς παραλαμβάνοντες, ὡς ἠνεσχόμεθα χρήματά τε ὑπὲρ τῶν ἀρχῶν συνεχῶς προσφερόμενα παντελῶς ἀποσείεσθαι αὐτοί τε οἴκοθεν καὶ τοῖς παρέδροις αὐτῶν ἅπερ οὐκ εἶχον διδόναι καὶ ταῖς τάξεσι τὰ παρ' ἑτέρων ἀφῃρημένα φιλοτιμήσασθαι καὶ αὐτοῖς τοῖς ἄρχουσι μείζονα ποιήσασθαι τὴν παραμυθίαν, ἵνα πανταχόθεν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους φυλάξωμεν ἀπαθεῖς. Εἰ δὲ καί τινας ἄρχοντας τῶν πλησίον αὐτῶν ἐπαρχιῶν ἀμελοῦντας εὕροις περὶ τὸ δημόσιον, οὐχ ἕτερον ἐκπέμψεις, ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς σπεκταβιλίους ἄρχοντας ἐνοχλήσεις, ὥστε αὐτοὺς ἐπιτεθῆναι τοῖς ἐκ γειτόνων ἄρχουσιν, εἰ ῥαθυμοῖεν, καὶ παρασκευάζειν ταῦτα πᾶσιν εἰσκομίζειν τρόποις, ὥστε εἶναι τὴν ἀρχὴν καλλίω τε καὶ πολλῷ τῆς προτέρας ἀμείνω.*

Dat. xv. kal. Iun. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

Δεῖ παρέχεσθαι τῷ κόμητι τῆς Ἰσαυρίας ὑπὲρ ἀννόνων sol. CCC
τῷ αὐτοῦ παρέδρῳ sol. LXXII
τῇ αὐτοῦ τάξει auri lib. II.
Δεῖ δὲ αὐτὸν παρέχειν προφάσει συμβόλων οὕτως·
τοῖς περιβλέπτοις χαρτουλαρίοις τρισὶ τοῦ θείου κουβουκλείου sol. IX
τῷ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων καὶ τοῖς λατερκουλισίοις sol. XXIIII
τῷ βοηθῷ αὐτοῦ sol. III
τῇ τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ὑπὲρ προσταγμάτων καὶ πάσης ἑτέρας αἰτίας sol. XL.

comitis Pacatianae Phrygiae Galatiaeque primae. Si qua vero in Isauria causarum minor fuerit quingentorum aureorum, deinde sub appellatione fiat, hanc ipse audiet secundum sacrorum auditoriorum figuram: etenim etiam hoc damus ei, nobiliorem ei et in hoc administrationem declarantes.

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur celsitudo secundum imitationem memoratorum cingulorum et de istis ordinet. Subicimus enim et descriptionem huic nostrae legi declarantes, quid quidem ipsum et eius officium eiusque assessorem de fisco competat accipere, quid autem occasione administrativorum dare codicillorum. Et sciant qui a nobis nuper ornatas per nos administrationes adsumunt, quia passi sumus pecunias pro cingulis sollemniter oblatas valde repellere ipsisque de proprio et assessoribus eorum quae non habuerunt dare et officiis quae ab aliis sunt ablata largiri ipsisque administratoribus maiora facere emolumenta, ut undique nostros subiectos servemus inviolatos. Si autem et aliquos iudices vicinarum sibi regionum neglegentes inveneris circa fiscum, non alium destinabis, sed ipsos spectabiles iudices urgebis, ut ipsi immineant ex vicino iudicibus, si neglexerint, et procurent haec omnibus inferri modis, ut sit administratio melior et multo priore superior.

Dat. xv. kal. Iun. CP. Belisario v. c. cons.

Oportet praeberi comiti Isauriae pro annonis solidos octingentos,
eius assessori septuaginta duo,
eius officio auri libras quinque.
Oportet autem eum praebere occasione codicillorum ita:
spectabilibus cartulariis tribus sacri cubiculi solidos novem,
primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus solidos XXIIII,
adiutori eius solidos tres,
officio gloriosissimorum praefectorum pro praeceptis et omni alia causa solidos XL.

nis codicillis (vocabant autem haec veteres mandata principis), omnia celebrare secundum nostram intentionem, et voluntatis aequitate et puritate manuum utentem et iustitiam honorantem, qua nihil inter homines est fortius atque melius nec commendando deo ac principi magis valens. Talem enim eum extantem et ita a nobis testimonium habentem solum omnia agere in provincia volumus, nec causas altero aliquo audiente nec nobis facile eligentibus eas alteri cuiquam delegare neque dirigentibus aliquos aut occasione violentias prohibendi aut per aliam quamlibet causam; insuper et si quid tale hactenus gestum est aut ex sacris nostris formis aut ex praeceptis iudicialibus, hoc omnibus vacare modis, ipso totam suscipiente gubernationem provinciae et alteri accessum habere penitus non sinente.

CAPUT X.

Καὶ ταύτην δὲ δὴ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ τῶν ἀνθυπάτων ἴδιον ἐν ταῖς περιβλέπτοις τίθεμεν. Καὶ τάς γε ἐκκλήτους τὰς παρ' αὐτοῦ τὴν σὴν ὑπεροχὴν ἅμα τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου κατὰ τὸ τῶν consultation*ων σχῆμα κρίνειν βουλόμεθα. εἰ δέ τις ἐξ ἑκατέρας Καππαδοκίας δίκη πεντακοσίων ἐλάττων χρυσῶν ἐφέσιμος γένηται, εἴτε ἐξ ἡμετέρας κελεύσεως ὁ δεδομένος εἴη δικαστὴς εἴτε ἔκ τινος ἀρχῆς, ὡς μέντοι μὴ περίβλεπτον αὐτὸν καθεστάναι, ταύτης αὐτὸς ὁ περίβλεπτος ἀνθύπατος ἀκροάσεται κατὰ τὸ τοῦ θείου δικαστοῦ σχῆμα καὶ κατὰ τὸ θεῖον ἀκροατήριον. δίκαιον γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δίδομεν καὶ κοσμοῦμεν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν προνομίᾳ τοσαύτῃ, ὅσην οὐδεὶς μέχρι καὶ νῦν ἐν Καππαδόκαις τεθέαται. Ἔστω τε οὖν δίκαιος καὶ ὑψηλογνώμων, καὶ εἰς ἡμᾶς τε καὶ τὸν νόμον ὁρῶν, καὶ γινώσκων ὡς εἰ μὲν ταῦτα τηροίη, μενεῖ τε ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ μακρὸν καὶ διαδέξεταί γε αὐτὸν ἴσως ἑτέρα μείζων ἀρχή· τῶν δὲ ἡμετέρων ἀμελήσας κελεύσεων καί τινας τῶν δυνατῶν, ἀλλ' οὐ τὸν νόμον καὶ ἡμᾶς θεραπεύων θᾶττόν τε ἐκπεσεῖται τῶν δοθέντων καὶ τὸ λοιπὸν ἐν κατεγνωσμένοις ἔσται, τῆς ἡμετέρας φανεὶς ἀνάξιος κρίσεως.*

Hanc quoque administrationem secundum proconsulum speciem inter spectabiles ponimus; et appellationes quas *** tuum culmen una cum gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii secundum consultationum schema audire volumus. Si qua vero ex utraque Cappadocia causa quingentorum minor aureorum sub appellatione fiat, sive ex nostra iussione datus sit iudex sive ab aliquo cingulo (ut tamen non spectabilis sit), hanc ipse spectabilis proconsul audiet secundum divini iudicis schema et secundum sacrum auditorium. Ius enim ei etiam hoc damus et decoramus eius cingulum privilegio tanto, quantum nullus hactenus in Cappadocibus inspexit. Sit ergo iustus et excelsae sententiae et ad nos legemque respiciens, quia si quidem haec observet, manebit in cingulo longius et suscipiet eum merito aliud potius; nostras autem neglegens iussiones et aliquos potentium et non nostras leges et nos curans citius amittet quae data sunt, et de cetero in reprehensibilibus erit, nostro apparens indignus iudicio.

dabimus (veteres autem ea mandata principis vocabant), omnia secundum nostrum consilium peragere decet, ut et voluntatis aequitate et manuum puritate utatur et iustitiam honoret, qua nihil est inter homines fortius atque pulchrius quodque commendare deo et imperatori magis valeat. Talis enim cum sit et tale a nobis testimonium habeat, omnia eum in provincia solum peragere volumus, ut ne lites quidem alter audiat: nos enim neque facile animum inducemus alteri eas delegare neque quosdam emittemus aut vim cohibendi nomine aut alia qualicumque de causa: praeterea etiamsi quid eiusmodi adhuc vel ex sacris nostris sanctionibus vel ex mandatis magistratuum factum sit, hoc omnibus modis irritum fiat, cum ipse integram provinciae administrationem suscipiat neque alteri aditum ullo modo concedat.

X. *Atque hunc quoque magistratum secundum id quod proconsulum proprium est inter spectabiles referimus. Et de appellationibus quidem ab eo transmissis tuam sublimitatem una cum gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii secundum formam consultationum cognoscere volumus. Si qua vero in lite quingentis aureis minore ex utraque Cappadocia appellatur, sive ex nostro iussu datus est iudex sive ab aliquo magistratu, modo spectabilis ne sit, illam spectabilis proconsul audiet secundum sacri iudicis formam et secundum sacrum auditorium. Etenim hoc quoque ei ius damus eiusque magistratum tali privilegio ornamus, quale nemo usque adhuc in Cappadocia vidit. Sit igitur iustus et animo excelso, et tam ad nos quam ad legem respiciat sciatque, si quidem haec observet, et in magistratu se diu mansurum et alium fortasse maiorem magistratum ipsum excepturum esse; sin vero iussiones nostras neglexerit et potentioribus quibusdam nec vero legi et nobis inserviat, et mox iis quae data sunt se privatum iri et in posterum inter damnatos fore, qui nostro indignus apparuerit iudicio.*

1 *τῆς om.* M^a*L* ‖ 2 *μανδάτα πρινκίπις ML*] *προστάγματα βασιλικά B* ‖ 6 *οὔτε B* ‖ 11 *αὐτὰς Mς*] *ταύτας LB* ‖ *οὐδὲ B* ‖ 13 *τῷ M*] *τὸ LB* ‖ 15 *προστάξεως L* ‖ 17 *συγχωροῦντες ML* ‖ 19 *τὸ om. M* ‖ 20 *ἴδιον*] speciem (*i. e. ἰδέαν?*) *ς* ‖ *ἐν τοῖς L* ‖ 23 *κονσουλτατιονων L συνελεύσεων B ἤτοι τῶν συνελεύσεων s. v. M* ‖ 24 *ἑτέρας L* ‖ 25 *ἐλάττω L* ‖ 27 *μὴ om.* L^1*B, ante μέντοι add.* L^2 ‖ 29 *δικαστοῦ MLBς*] *δικαστηρίου Haloander* ‖ 31 *αὐτῷ τὴν ἀρχὴν*] eius cingulum *ς* ‖ 32 *ὅσον L* ‖ 34 *καὶ γινώσκων om. ς* ‖ 35 *τηροίη*] *ῥοίη* L^1 *ῥύη* L^2 ‖ 38 *τὸν νόμον*] nostras leges *ς* ‖ *θεραπεύων*] *οὐ θεραπεύων* L^2 ‖ 39 *τε*] *δὲ L* ‖ 40 *λοιπὸν ἐγκατεγνωσμένοις L*

1 codicillis — 3 uoluntate e| *in ras.* 3 *versuum scr. V* ‖ vocabant] ei uocabant *V* ‖ 3 uoluntate *V* uoluntatem *T* ‖ manuum utente (tente V^a) *V* manumittente *T* ‖ 4 quam *V* ‖ 5 est] et *V* ‖ nec *om. V* ‖ commendare *vulg.* ‖ 6 ac] hac *V* ‖ 9 fatile elegentibus *V* ‖ 11 uolentias *V* ‖ 15 suscipientem *et* 16 sinentem *libri* ‖ 21 *lacunam notavi* (ab eo *pro* quas *vulg.*) ‖ 22 sacri *om. V al.* ‖ 27 proconsule *libri* ‖ 28 iudicii *vulg.* ‖ 29 aditorium *V* ‖ ius *et* ei *om. V* ‖ 31 cappadotibus *V* ‖ Sit *om. V* ‖ 34 longis *V* ‖ 36 amittet *vulg.*] amittit *VT* ‖ 37 in reprehensibilibus] inreprehensibilis *T* irreprehensibilis (— es V^a) *V* in reprehensis *vulg.* ‖ 38 appares *V*

CAPUT XI.

Μοιχείας δὲ καὶ παρθένων ἁρπαγὰς καὶ πλεονεξίας καὶ ἀνδροφονίας καὶ εἴ τι τῶν τοιούτων ἐστὶ πλημμελημάτων οὕτω κολαζέτω πικρῶς, ὡς ὀλίγων ἀνθρώπων τιμωρίᾳ τὸ λοιπὸν ἅπαν διηνεκῶς σωφρονίσαι, καὶ ἔστω μετὰ τοῦ νόμου σωφρονιστὴς ἀκριβὴς τῶν ἁμαρτανόντων. οὐ γὰρ ἀπανθρωπία τοῦτο, μεγίστη δὲ δὴ μᾶλλον φιλανθρωπία, τὸ τῇ τῶν ὀλίγων ἐπιστροφῇ πολὺ τὸ σωζόμενον εἶναι. Εἰ δὲ ἀνάσχοιτό τινος ἐπὶ τοιούτοις ἐγκαλουμένου, ὃς αὐτῷ ζώνην ἢ ἀξίαν ἢ ἱερωσύνην ἤ τι τοιοῦτο προβαλλόμενος ἤλπισεν ἑαυτὸν ἐξαρπάζειν τῶν ἐκείνου χειρῶν, ἴστω τῆς ἡμετέρας οὐκ ἄξιος φανησόμενος γνώμης· οὐδεμίαν γὰρ οὔτε ἰσχὺν οἰκείαν οὔτε τὴν ἑτέρωθεν προστασίαν οὐδεὶς προϊσχόμενος ἐπὶ τοιούτοις ἐγκλήμασι διαφεύξεται τὸν νόμον. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐμβάλλειν ἑαυτὸν τοιαύταις θαρρήσειε προστασίαις, καὶ αὐτὸς ὁμοίαν ὑφέξει τῷ πλημμελήσαντι τὴν ποινήν, ταὐτὸν ὂν ἁμαρτεῖν τε αὐτὸν καὶ τὸν ἁμαρτόντα καὶ πλημμελήσαντα τηλικαῦτα σπεύδειν ἐξαρπάσαι τῶν τοῦ
1 *νόμου χειρῶν. Ὑποτεθήσεται δὲ τῷ νόμῳ καὶ ἀπογραφὴ δηλοῦσα, τί μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν προσήκει, τί δὲ προφάσει διδόναι τῶν συμβόλων, τί δὲ εἰσφέρειν τῷ εὐσεβεῖ οἴκῳ τῆς θειοτάτης Αὐγούστης τῆς ἡμετέρας συμβίου· δηλαδὴ τριμερῶς τῶν* quinquaginta librarum auri *εἰσκομιζομένων, τοῦτο δὴ τὸ καὶ ἄνωθεν καὶ μέχρι νῦν*
2 *κεκρατηκός. Καὶ καθαρῶς τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις (τοῦτο ὅπερ πολλάκις εἰρήκαμεν) χρήσεται, πρᾶγμα διεσπουδασμένον ἡμῖν καὶ χρημάτων ἀμελῆσαι παρασκευάσαν μεγάλων, καίτοιγε ἐν τοσαύταις δαπάναις καὶ πολέμοις μεγάλοις, δι' ὧν δέδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς πρὸς Πέρσας τε ἄγειν εἰρήνην Βανδίλους τε καὶ Ἀλανοὺς καὶ Μαυρουσίους χειρώσασθαι, καὶ Ἀφρικὴν ὅλην καὶ πρός γε καὶ Σικελίαν κατακτήσασθαι, καὶ ἐλπίδας ἔχειν ἀγαθὰς ὅτι καὶ τῶν λοιπῶν ἡμῖν τὴν ἐπικράτειαν νεύσειεν ὁ θεὸς ὧνπερ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι μέχρι τῶν πρὸς ἑκάτερον ὠκεανὸν ὁρίων κρατήσαντες ταῖς ἐφεξῆς ἀπέβαλον ῥᾳθυμίαις· ἃς ἡμεῖς τῇ παρὰ θεοῦ συμμαχίᾳ θαρροῦντες ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλλειν σπεύδομεν οὐδέν τε ὀκνοῦμεν τῶν εἰς ἐσχάτην δυσκολίαν ἡκόντων, ἀγρυπνίαις τε καὶ ἀσιτίαις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι πόνοις ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων διηνεκῶς καταχρώμενοι. Ἐντεύξεται δὲ καὶ τοῖς*

Adulteria quoque virginumque raptus et violentias et homicidia et quicquid talium est delictorum puniat amare, utpote paucorum hominum supplicio omne quod reliquum est perpetue temperetur, sitque cum lege castigator subtilis delinquentium. Non enim inhumanum est hoc, maxima magis humanitas, dum paucorum correptione multum salvum est. Si vero passus fuerit aliquem in talibus accusatum, qui ei militiam aut dignitatem aut sacerdotium aut aliquid tale proponens speravit se abstrahere illius manibus, sciat nostra se indignum ostendi sententia. Nullam enim neque virtutem propriam neque aliunde patrocinium ullus proferens super talibus criminibus ⟨effugiet⟩ legem. Sed et si quis inmiscere se ipsum talibus praesumpserit patrociniis, et ipse similem sustinebit quam is qui deliquit poenam, idem existens peccare et peccantem ac delinquentem taliter festinare abripere legis manibus.

1 Subditur autem legi huic et descriptio declarans, quid quidem eum de fisco percipere et qui circa eum sunt competat, quid autem occasione dare codicillorum, quid vero inferre piae domui sacratissimae Augustae nostrae coniugis, trifariam quippe quinquagenis libris auri inferendis, hoc quod olim et hactenus tenuit.
2 Et pure nostris subiectis (hoc quod saepe diximus) utetur, causam festinatam nobis et pecunias neglegere procurantem magnas, utique in tantis expensis et in bellis maximis, per quae dedit nobis deus et apud Persas agere pacem Uuandalosque et Alanos et Maurusios religare et Africam universam, insuper et Siciliam possidere, et spes habere bonas quia etiam reliquorum nobis detentionem annuet deus, quam prisci Romani usque ad utriusque oceani fines tenentes sequentibus neglegentiis amiserunt; quas nos divino solacio confidentes in melius convertere festinamus, nihilque nos pigebit horum quae ad novissimam difficultatem tendunt, vigiliis et aliis universis laboribus pro nostris subiectis semper uti. Incum-

---

XI. *Adulteria vero et virginum raptus et libidines et homicidia et si quid est eiusmodi delictorum adeo severe puniat, ut paucorum hominum supplicio quod reliquum est omne continuo emendet, sitque cum lege diligens delinquentium castigator. Neque enim haec inhumanitas, immo maxima potius humanitas est, quod paucorum castigatione servatur multitudo. Quodsi quem tulerit propter talia accusatum, qui ei cingulum vel dignitatem vel sacerdotium vel eiusmodi quid obtendendo speraverit se eripi ex manibus eius posse, sciat se nostra gratia indignum apparere. Neque enim quisquam sive potentiam propriam sive alienum patrocinium praetendens in eiusmodi delictis legem effugiet. Sed etiam si quis talibus patrociniis se implicare ausus sit, ipse quoque aequalem atque qui deliquit poenam subibit, cum idem sit peccare*
1 *ipsum et peccantem atque tanta delinquentem studere ex legis manibus eripere. Subicietur autem legi etiam descriptio quae declaret, quid quidem eum et qui circa eum sunt a fisco accipere, quid autem insignium nomine dare, quid denique piae domui sacratissimae Augustae coniugis nostrae inferre oporteat, scilicet ut trifariam illae quinquaginta librae auri inferantur, id quod et olim et in hunc usque diem valuit.*
2 *Atque integre subditis nostris* (*id quod saepe diximus*) *utetur, quae res summo nobis studio est et effecit ut magnam pecuniam neglegeremus vel in tantis sumptibus et bellis magnis, per quae deus nobis dedit ut et Persas ad pacem adduceremus et Vandalos et Alanos et Mauros subigeremus et Africam totam atque insuper Siciliam quoque recuperaremus, utque bonas spes habeamus fore ut etiam reliquorum imperium nobis deus adnuat, quae veteres Romani usque ad fines utriusque oceani subacta deinceps socordia sua amiserunt: quam nos dei auxilio confisi in melius mutare studemus, nec quicquam eorum quae extremae difficultatis sunt detrectamus, et vigiliis et inedia et reliquis laboribus omnibus pro subditis nostris per-*

---

3 *οὕτω om.* ς ‖ 7 *δὲ δὴ om.* ς ‖ *μᾶλλον Μ*ς] *τοῦτο LB* ‖ 9 *ζώνην*] militiam ς ‖ 10 *ἐρωσύνην L*[1] ‖ 15 *ἐμβαλεῖν B* ‖ 17 *ταύτην ὂν L* ‖ 18 *ἁμαρτῶντα M* ‖ 20 *ὑποθήσεται L* ‖ *τῷ νόμῳ*] legi huic ς ‖ 22 *τί δὲ*] *ἔτι δὲ L* ‖ 25 quinquaginta librarum auri *M*] *om. L*, *πεντήκοντα χρυσίου* (*τοῦ χρ. B*) *λιτρῶν M s. v., B* ‖ 26 *καὶ ἄνωθεν*] *καὶ om.* ς ‖ 32 *Βανδίλους τε MLB*ς] *καὶ Βανδίλους τε Scrimger, vulg.* ‖ 38 *ἀπέβαλλον L* ‖ 39 *μεταβαλλεῖν L μεταβαλεῖν B* ‖ 41 *καὶ ἀσιτίαις om.* ς

---

1 quoque uirginumque *V*] uero et uirginum *T* ‖ 3 utpute *V* ‖ 6 maxima *Heimbach*] maxime *libri* ‖ maximae magis humanitatis *vulg.* ‖ 11 sententiam *V* ‖ 12 aliunde patrocinium *Osenbrüggen*] alio de patrocinio *libri* ‖ 13 effugiet *add. vulg.* ‖ 15 praesumpserint *libri* ‖ 18 arripere *V* ‖ 20 subdetur *vulg.* ‖ 21 qui *om. V al.* ‖ 23 prae domus *V* ‖ 24 quippe] in *V* ‖ 27 saepe] spe *V* ‖ 28 utitur causam festinam *libri* ‖ 30 in bellis] libellis *V* ‖ nobis dedit *V* ‖ 32 maurosius *VT* ‖ religare *Beck*] relegare *libri* ‖ affricam uniuersam *V* uniuersam affricam *T* ‖ 33 super *V* ‖ 35 quam *V al.*] quae *vulg.* ‖ pisci *V* ‖ 37 festinemus *T* ‖ 40 utentes *vulg.*

παραγγέλμασιν ἡμῶν, ἅπερ δώσομεν αὐτῷ μετὰ τῶν συμβόλων τῆς ἀρχῆς, καθὰ ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν· καὶ εἴπερ κατ' ἐκεῖνα πράξειεν ἅπαντα, θαυμαστός τε ἔσται καὶ διὰ πάντων ἄξιος τῆς ἡμετέρας φανήσεται ἀρχῆς τε καὶ κρίσεως.

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ διὰ τοῦδε τοῦ θείου νόμου δηλούμενα ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα τάς τε εἰρημένας σιτήσεις τῷ τῆς ἀρχῆς ταύτης διδότω θρόνῳ οὕτω τε αὐτὴν ἴστω σεμνὴν γενομένην, ὡς πολλοῖς εἰκὸς ἔσεσθαι περισπούδαστον τῇ τοῦ νῦν αὐτῇ δοθέντος παρ' ἡμῶν ἄνθους τε καὶ ἀξιώματος ἐπιθυμίᾳ.*

⟨Dat. xv. k. April. CP. p. c. Belisarii v. c.⟩

bat autem etiam mandatis nostris, quae dabimus ei cum codicillis administrationis, sicut dudum diximus, et si quidem secundum illa egerit universa, mirabilis erit et per omnia dignus apparebit nostro iudicio.

⟨Epilogus.⟩ Haec igitur omnia, quae per hanc sacram nostram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens et memoratas annonas cinguli huius praebeat sedi et sic eam noverit honestam factam, ut merito plurimis sit studium nunc ei dati a nobis floris et dignitatis concupiscentia.

[*a.* 536] Dat. xv. kal. April. CP. p. c. Belisarii v. c.

ΛΑ

ΠΕΡΙ ΔΙΑΤΥΠΩΣΕΩΣ ΤΩΝ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΡΜΕΝΙΑΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Τὰ μάτην κείμενα καὶ ἐκκεχυμένως εἰ πρὸς τὴν προσήκουσαν ἀφίκοιτο τάξιν καὶ διατεθείη καλῶς, ἕτερά τε ⟨ἂν⟩ ἀνθ' ἑτέρων τὰ πράγματα φαίνοιτο καλλίω τε ἐκ χειρόνων ἐξ ἀκόσμων τε κεκοσμημένα διηρθρωμένα τε καὶ διακεκριμένα ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἀτάκτων τε καὶ συγκεχυμένων. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων χώρας ἁμαρτανόμενον εὑρόντες ᾠήθημεν χρῆναι πρὸς μίαν ἁρμονίαν τάξαι αὐτήν, καὶ ἐκ τῆς εὐταξίας ἰσχύν τε αὐτῇ δοῦναι τὴν προσήκουσαν τάξιν τε ἐπιθεῖναι τὴν πρέπουσαν.*

XXXI.

℞ DE DISPOSITIONE QUATTUOR ADMINISTRATIONUM ARMENIAE. ℞

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Ea quae frustra posita sunt et effuse si ad competentem veniant ordinem et disponantur bene, aliae pro aliis causae videntur, meliores ex peioribus, ex indecoris ornatae, dispositae et discretae ex inordinatis prius atque confusis. Hoc et super Armeniorum regione commissum invenientes aestimavimus oportere in unam congruentiam deputare eam et ex disciplina robur ei dare competens ordinemque imponere decentem.

CAPUT I.

Τοιγαροῦν τέσσαρας εἶναι πεποιήκαμεν Ἀρμενίας· τὴν μὲν ἐνδοτάτην, ἧς ἡ μητρόπολις τῇ τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν προσηγορίας ἐπωνυμίᾳ κατακεκόσμηται πρότερον Βαζανὶς ἤτοι Λεοντόπολις καλουμένη, ἥνπερ καὶ

Itaque quattuor fecimus Armenias, aliam quidem interiorem, cuius metropolis piae nostrae appellationis cognomine decorata est, primitus Bazane sive Leontopolis nuncupata: quam etiam proconsularitate

Nov. XXXI Graece extat in ML, c. 1 *Τέσσαρας εἶναι* ... — 3 *in B* 6, 14. — *Epit. Theod.* 31, *Athan.* 4, 11. *Iulian. const. XXXIX.*

---

petuo susceptis. Incumbet autem in mandata quoque nostra, quae dabimus illi cum insignibus potestatis, sicut antea diximus: et siquidem secundum illa fecerit omnia, et laudandus erit et nostro imperio et iudicio per omnia dignus apparebit.

Epilogus. His igitur omnibus quae per hanc sacram legem declarata sunt cognitis tua sublimitas et annonas quas diximus sedi huius magistratus praebeat et eundem adeo honoratum sciat factum esse, ut multis merito expetendus sit futurus decoris et dignitatis nunc ei a nobis datae desiderio.

XXXI.

DE DISCRIPTIONE QUATTUOR PRAESIDUM ARMENIAE.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Quae temere iacent et effuse si ad iustum ordinem perveniant et bene disponantur, et aliae pro aliis res apparebunt et meliores ex deterioribus et ex inornatis ornatae et ordinatae atque distinctae ex inordinatis prius atque confusis. Quo in genere cum etiam in Armeniorum regione peccatum esse inveniamus, in unam congruentiam eam redigendam et ex bona constitutione et robur conveniens ei dandum et ordinem decentem tribuendum esse existimavimus.

I. *Itaque quattuor Armenias instituimus: unam quidem interiorem, cuius metropolis piae nostrae appellationis nomine decorata est antea Bazanis seu Leontopolis vocata, quam etiam proconsulatu hono-*

---

2 *καθάπερ B* ‖ *ἔμπροσθεν LB*] *πρόσθεν M* ‖ 4 *ἔστω L* ‖ 5 *ἀρχῆς τε καὶ om. ϛ, τε καὶ κρίσεως om. LB* ‖ 7 *θείου νόμου*] sacram nostram legem *ϛ* ‖ 10 *πολλὴν L* ‖ *εἰκὸς M*] *εἰκότως L* ‖ 13 *subscr. om. ML* ‖ xv k. April. *ϛ*(*Ath.*)] k. April. *Iul.*[w] (*om. Iul. codd. rell.*) *μηνὶ ἀπριλίῳ Theod.* ‖ p. c. Belisarii *ϛ* (*Ath. Theod.*)] cons. bili. *Iul.*[p] bilis. *Iul.*[w] ‖ *post subscriptionem non servatur index de quo agitur* 229, 4. 13. 234, 20 ‖ 16 *ἀρχόντων*] administrationum (*i. e. ἀρχῶν*) *ϛ* ‖ 19 *ἕω M*] *αἰῶας L* ‖ 23 *ἂν addidi* ‖ 27 *ἀρμενίας L* ‖ 31 *εἶναι om. L* (*ϛ*) ‖ 34 *βαζανὶς ML βεζανὶς B βαζάνη Theod. ϛ*

2 cum *om. V* ‖ 3 illam *libri* ‖ 4 mirabili *V* ‖ 7 nostra *V* ‖ tuam *V* ‖ 11 *concupiscentiae *libri* (*cf. XXVIII, XXVIIII extr.*) ‖ 13 constantinopol. *V* constantino *T* ‖ bilisiario v. c. con. *VT Neoburg.* ‖ 14 *sq.* ℞ XXXI. De dispositione *V* ‖ 22 ueniat *V* ‖ 29 dicentem *VT* ‖ 34 *sq.* proconsularitate onorauimus *Neoburg.*] proconsultantem rauimus *V*, proconsularitate — 236, 3 competens est *om. T*

ἀνθυπατείᾳ τετιμήκαμεν, ἧς Ἀκάκιος προέστηκεν ὁ μεγαλοπρεπέστατος, σπεκταβιλλίαν τε ἀποφήναντες τὴν ἀρχὴν καὶ πάντα δόντες αὐτῇ ὁπόσα προσῆκόν ἐστιν ἀνθυπατείαν ἔχειν· στολῇ τε γὰρ αὐτὴν κατεκοσμήσαμεν ἀνθυπάτου καὶ πάντα ἀκόλουθα τούτοις ἔχειν διετυπώσαμεν. καὶ πόλεις αὐτῇ δεδώκαμεν Θεοδοσιούπολίν τε, ἣν καὶ πρότερον εἶχε, Σάταλάν τε καὶ Νικόπολιν καὶ Κολώνειαν ἐκ τῆς πρώην πρώτης Ἀρμενίας καλουμένης λαβόντες, Τραπεζοῦντά τε καὶ Κερασοῦντα ἐκ Πόντου τοῦ πρώην Πολεμωνιακοῦ καλουμένου, χωρίσαντες αὐτῶν τὰς μὲν τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος τὰς δὲ τοῦ περιβλέπτου μοδεράτωρος, ἑπτά τε πόλεσι τὴν ὅλην ἐπαρχίαν περιστήσαντες καὶ ὁπόσα τῆς περιοικίδος ἐστὶν αὐτῶν.

1 *Δευτέραν δὲ ἐτάξαμεν Ἀρμενίαν τὴν ἔμπροσθεν πρώτην καλουμένην, ἧς ἡγεῖται Σεβάστεια, πόλεις αὐτῇ προσνείμαντες τήν τε τῶν Σεβαστοπολιτῶν ἣν καὶ πρότερον εἶχε, καὶ πρός γε Κόμανά τε ἐκ τοῦ καλουμένου πρώην Πολεμωνιακοῦ Πόντου καὶ Ζῆλαν ἐκ τοῦ Ἑλενοπόντου, καὶ μὴν καὶ Βρίσαν, ὥστε ἐν πέντε πόλεσιν εἶναι τὴν ἐπαρχίαν ταύτην, καὶ τὴν ἀρχὴν ἡγεμονίαν οὖσαν καταλιπόντες ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῆς οὐδενὶ κοσμήσαντες ὀνόματι μείζονι, ἀλλ᾽ ὃ πρότερον εἶχε τοῦτο αὐτῷ*
2 *καταλιπόντες. Ἐπὶ τούτοις τε τρίτην Ἀρμενίαν κατεστησάμεθα τὴν πρότερον δευτέραν, ἧς ἡγεῖται Μελιτηνὴ πόλις ἀρχαία, πόλις ἐπίσημος, ἐν καλῷ τε γῆς καὶ ἀέρος κειμένη καὶ οὐδὲ πόρρω διεστῶσα τῶν τοῦ Εὐφράτου ῥευμάτων. ταύτην ᾠήθημεν δεῖν κατὰ τὸ παρὸν αὐξῆσαι καὶ εἰς τὸ τῶν σπεκταβιλίων μεταστῆσαι σχῆμα, τόν τε ἄρχοντα ταύτης Ἰουστινιανὸν ὀνομάσαι κόμητα, δοῦναί τε αὐτῷ καὶ ὑπὲρ σιτήσεων* solidos septingentos *καὶ τῷ γε αὐτοῦ παρέδρῳ* solidos septuaginta duo *καὶ τῇ γε αὐτοῦ τάξει* solidos sexaginta, *ἅπαντά τε ἔχειν ὁπόσα τῶν τοιούτων ἐστὶν ἴδια θρόνων. τούς τε πρώην ὀνομαζομένους ταξεώτας πάντα μὲν πράττειν ὁπόσα καὶ ἔμπροσθεν, καὶ μάλιστα περὶ τὴν δημοσίαν εἴσπραξιν ἠσχολῆσθαι, εἰς δὲ τὴν τῶν κομιτιανῶν προσηγορίαν μεταβαλεῖν, πάν-*

honoravimus, cui Acacius praefuit magnificus, spectabilemque declarantes administrationem et omnia dantes ei quae competens est proconsularitatem habere. Stola quoque eam decoravimus proconsulis et omnia quae haec sequuntur habere disposuimus, et urbes ei dedimus Theodosiopolim, quam etiam prius habuit, et Satalam et Nicopolim et Coloniam ex prima dudum Armenia nuncupata sumentes Trapezuntaque et Cerasuntem ex Ponto dudum Polemoniaco nuncupato, secernentes earum alias quidem a clarissimo provinciae iudice, alias autem a spectabili moderatore, septem civitatibus totam provinciam statuentes et quodammodo confinium est earum.

1 Secundam vero ordinavimus Armeniam prius Prusam nuncupatam, cui praeest Sebastiopolis, ei tribuentes et Sebastiopolitarum quam etiam prius habuit, insuper et Comana ex appellato pridem Polemoniaco Ponto et Zelam ex Helenoponto nec non et Bersam, ut in quinque civitatibus sit provincia haec, et administrationem praesidalem existentem relinquentes in priori figura et iudicem eius nullo decorantes nomine potiori, sed quod prius habuit hoc ei relinquentes.

2 Ad haec autem tertiam Armeniam constituimus, prius et secundam, cui praeest Melitene civitas antiqua, civitas mediocris, in bona terra et aëre posita nec procul distans a fluctibus Euphratae. Hanc aestimavimus oportere in praesenti augere et in spectabilium mutare figuram, iudicemque eius Iustinianum nominare comitem, et dare ei et pro annonis solidos septingentos et eius assessori solidos septuaginta duo officioque eius solidos numero trecentos sexaginta, et omnia habere quae talium propria sunt sedium; et pridem nominatos officiales omnia quidem agere quaecumque et prius, et maxime circa publicam exactionem vacare, in comitianorum vero appellationem mutari, omnibus eis ita servan-

ravimus, cui Acacius praefuit magnificentissimus, cum et ut spectabilis sit magistratus effecerimus et omnia ei dederimus quae proconsulatum habere par est: stola enim proconsulis eum decoravimus et ut omnia quae his consectaria sunt habeat constituimus. Et urbes ei dedimus Theodosiopolim, quam etiam prius habebat, et Satalam et Nicopolim et Coloniam ex priore quae antea fuit Armenia assumptas, et Trapezunta et Cerasunta ex Ponto qui antea vocabatur Polemoniaco, earum aliis a clarissimo provinciae praeside, aliis a spectabili moderatore separatis, ut septem urbibus et quae in vicinia earum sunt univer-
1 *sam provinciam circumscriberemus. Secundam autem instituimus Armeniam, quae antea prima vocabatur, cuius caput est Sebastia, urbes attribuentes ei et Sebastopolitanorum quam etiam prius habebat, et praeterea Comana ex Ponto qui olim vocabatur Polemoniaco et Zelam ex Helenoponto atque Brisam quoque, ita ut quinque urbibus haec provincia constet, et potestate, quae praesidalis erat, in priore forma relicta et praeside eius nullo nomine ampliore ornato, sed eo quod ante habebat ipsi relicto.*
2 *Praeterea tertiam Armeniam constituimus, quae prius secunda erat, cuius caput est Melitene urbs antiqua, urbs insignis, in bono solo et aëre sita nec procul distans ab Euphrate fluvio. Hanc existimavimus in praesentia augendam et ad spectabilium formam transferendam esse, eiusque praesidem Iustinianum comitem nominandum, dandosque ipsi pro annonis solidos septingentos et assessori eius solidos septuaginta duos et officio eius solidos sexaginta, denique omnia ei tribuenda quaecumque eiusmodi sedium propria sunt. Atque officialibus qui olim vocabantur omnia quidem agenda esse quae etiam antea, et maxime eos circa publicam exactionem occupandos, in comitianorum vero appellationem esse mutandos, omnibus eis per-*

2 *σπεκταβιλλίαν τε M*] *περίβλεπτόν τε LB* ‖ 4 *αὐτὸν L* ‖ 5 *ἀνθυπάτου* — 6 *διετυπώσαμεν om. L* ‖ 8 *κωλώνειαν L κολώνιαν Theod.* ‖ 9 *καὶ om. L* ‖ 10 *πολεμωνικοῦ B^c* ‖ 11 *αὐτὸν B^c* ‖ 13 *περιστείλαντες B* ‖ 14 *ὁπόσα*] quodammodo ς ‖ 16 *πρώτην Haloander*] *πρώην MLB* Prusam ς ‖ **Σεβάστεια, πόλεις*] *σεβάστεια πόλις MLB* sebastiopolis ς ‖ 17 *τῶν om. BL* ‖ 18 *κομανά τε L, κώμανά τε M κόμανάν τε B (Theod.)* ‖ 19 *Ζῆλαν B* ‖ 20 *Βρίσαν*] *βέρισσαν Theod.* Bersam ς (*Βηρίσση, Βιρίσση, Βιρήσση audit in Notitiis metrop.* 3, 170. 8, 285. 9, 194 *Parthey*) ‖ 24 *αὐτῷ*] *αὐτὸ L* ‖ 25 *τε*] autem ς ‖ 26 *μελιτινὴ B^c (Theod. Ath.)* ‖ 27 *ἐπίσημος*] mediocris ς ‖ 30 *σπεκταβιλίων M*] *περιβλέπτων LB* ‖ 31 *ἄρχον ταύτης L* ‖ 33 solidos septingentos (solidassertingentios *M σολιδας σοπτιγέντος L*) *MLς (Iul.)*] *νομίσματα τ′ B Theod., s. v. ML* ‖ *προέδρῳ B (σύνεδρος Theod.)* ‖ solidos septuaginta (sertuaginta *M*) duo *Mς (Iul.)*] *σολίδας σεπτουαγιτα δύο L νομίσματα (om. L) οβ′ B Theod., s. v. ML* ‖ 34 solidos sexaginta *M (Iul.)*] *σόλιδος (νομίσματα s. v.) τρακέντος σεξαγιντα L (ς) νομίσματα ξ′ (ἑξήκοντα B) M s. v., B Theod.* ‖ 35 *τε om. L* ‖ 39 *κομητιανῶν M*

3 ei *om. VT* ‖ 4 stolam *libri* ‖ eam] enim *V* eum *Neoburg.* ‖ 7 habuerit *VT* ‖ satalem *V* ‖ 8 thrapezeunt aque *V^a* thrapezuntaque *V^b* ‖ 9 cerassintem *V* ‖ polemoniā conuncupatur *V* polemoniā eo nuncupatur *T* ‖ 10 *sq.* alias — iudice *om. V* ‖ 12 totum *V* ‖ 13 quodammodo] quodcunque *vulg.* ‖ 15 secundum *V* secunda *T* ‖ 16 seuastiopolis *V* ‖ 17 sebstiopolitarum *V* sebstiopolitanorum *Neoburg.* sebestopolitorum *T* ‖ 18 polemonia conponto *V al.* ‖ 19 zesam *T* ‖ elenoponto *V* ‖ 22 nullo *vulg.*] nullum *V al.* ‖ 23 potioris *libri* ‖ quod] qui *V* ‖ habuerit *V* ‖ 24 relinquentis *V* ‖ 26 et *om. vulg.* ‖ meletine *V* melecine *T* ‖ civitas antiqua *om. V* ‖ 27 mediocris] insignis *vulg.*, non mediocris *Osenbrüggen* ‖ terram *V* ‖ aëre] ere *V* agere *T* ‖ 28 eufrate *VT* ‖ 30 matare *V^a* ‖ 31 nomine *libri* ‖ 36 quaecumque] quidem *V^a* ‖ 38 mutare *V*

των αὐτοῖς οὕτω φυλαττομένων ὡς ἡνίκα ταξεῶται καθεστήκεσαν. Πόλεις δὲ ὑπεκλίναμεν αὐτῇ τοῦτο μὲν Ἄρκαν καὶ Ἀραβισσόν, τοῦτο δὲ Ἀριαράθειαν καὶ Κόμανα ἑτέραν (καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ Χρυσῆν) καὶ Κουκουσόν, ἃς καὶ πρότερον εἶχεν ἐν ἓξ πόλεσι συνεστῶσα.

3 *Συνεστησάμεθα δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν, ἣ πρότερον οὐκ εἰς ἐπαρχίας συνέκειτο σχῆμα, ἀλλὰ τῶν τε ἐθνῶν ἦν καὶ ἐκ διαφόρων συνείλεκτο βαρβαρικῶν ὀνομάτων, Τζοφανηνή τε καὶ Ἀνζητηνὴ ἢ Τζοφηνὴ καὶ Ἀσθιανηνὴ ἢ καὶ Βαλαβιτηνὴ καλουμένη καὶ ὑπὸ σατράπαις οὖσα· ἀρχῆς δὲ τοῦτο ὄνομα ἦν οὐδὲ Ῥωμαϊκὸν οὐδὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ἀλλ' ἐξ ἑτέρας πολιτείας εἰσενηνεγμένον. κἀκείνην τοίνυν ἀρχῆς πολιτικῆς ἐκοσμήσαμεν σχήματι, ἄρχοντά τε πολιτικὸν ἐγκαταστήσαντες καὶ πόλιν τε αὐτῇ τὴν τῶν Μαρτυροπολιτῶν καὶ τὸ Κιθαριζὸν δόντες φρούριον· καὶ αὐτὴ δὲ ἐν τῷ τῶν ὀρδιναρίων ἀρχῶν κατέστη σχήματι κονσουλαρία παρ' ἡμῶν γενομένη. ὥστε τεσσάρων Ἀρμενιῶν οὐσῶν δύο μὲν εἶναι σπεκταβιλίας, τήν τε τοῦ ἀνθυπάτου τήν τε τοῦ κόμητος, καὶ ἀνθύπατον μὲν εἶναι τὸν τῆς πρώτης ἡγούμενον Ἀρμενίας, κόμητα δὲ τὸν τῆς τρίτης, τὸν δὲ τῆς δευτέρας καὶ τετάρτης ὀρδιναρίους καθεστάναι. Καὶ ἐπειδήπερ τοῦτο ἡμῖν διεσπούδασται, ὥστε τὰς ἄχρι τῶν πεντακοσίων νομισμάτων ἐκκλήτους οὐχὶ πρὸς ταύτην φέρεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς σύνεγγυς σπεκταβιλίους ἄρχοντας, καὶ τοῦτο διατυποῦμεν, ὥστε τῷ μὲν ἄρχοντι τῆς πρώτης Ἀρμενίας, τουτέστι τῷ ἀνθυπάτῳ, τὰς ἐκ τῆς δευτέρας Ἀρμενίας ἐκκλήτους φέρεσθαι, τουτέστι τὰς κατὰ Σεβάστειαν, τῷ δὲ τῆς τρίτης Ἀρμενίας κόμητι, τῷ κατὰ Μελιτηνήν φαμεν, τὰς ἐκ τῆς τετάρτης Ἀρμενίας ἐκκλήτους μέχρι τοῦ ῥηθέντος ἀνήκειν ποσοῦ.*

dis sicut dum officiales sunt constituti. Civitates autem subcumbere quidem ei tam Arcam et Arabissum quam Ariarathiam et Comana altera (vocant autem eam etiam Crisin) et Cucusson, quas et prius habuit in sex urbibus constituta.

3 Statuimus autem et quartam Armeniam, quae prius non in provinciae iacebat imagine, sed et gentium erat et diversorum complicita barbaricorum nominum, Zopanene et Anzitene vel Zopene et Asathenia et Balbitene appellata et sub satrapis constituta: administrationis autem hoc nomen erat neque Romanae neque nostrorum progenitorum, sed ex alia republica introductum. Et illam igitur administrationis civilis schemate decoravimus, et iudicem civilem statuentes et civitatem ei Maripolitanorum et Citharizon dantes castrum. Et haec autem inter ordinariarum constituta ⟨est⟩ figuram, consularia a nobis facta. Quocirca quattuor Armeniis existentibus duas quidem esse spectabiles, eam quae proconsulis et eam quae comitis ⟨est⟩, et proconsulem quidem esse primae praesidentem Armeniae, comitem vero tertiae, secundae autem et quartae ordinarios esse. Et quoniam hoc nobis studii est, ut usque ad quingentorum solidorum appellationes non ad hanc referantur felicissimam civitatem, sed ad vicinos spectabiles iudices, et hoc disponimus, ut iudici quidem primae Armeniae, hoc est proconsuli, ex secunda Armenia appellationes deferantur, hoc est secundum Sebastiam, tertiae vero Armeniae comiti, secundum Melitenem dicimus, ex quarta Armenia appellationes usque ad memoratam competant quantitatem.

---

inde servatis ac dum officiales erant constituti. Urbes autem ei subiecimus tam Arcam et Arabissum quam Ariarathiam et Comana alteram (vocant autem eandem etiam Chrysen) et Cucusum, quas etiam prius habebat sex urbibus constans. **3** *Constituimus vero etiam quartam Armeniam, quae prius in provinciae formam redacta non erat, sed gentium erat et ex diversis nominibus barbaris collecta, et Tzophanene et Anzetene vel Tzophene et Asthianene vel etiam Balabitene vocata, et sub satrapis constituta: hoc autem magistratus nomen neque Romanum erat neque maiorum nostrorum, sed ex aliena republica introductum. Itaque illam quoque civilis administrationis forma ornavimus, cum et civilem magistratum constitueremus et urbem ei Martyropolitanorum et castrum Citharizon daremus; atque in ordinariorum magistratuum formam ipsa quoque redacta est consularis a nobis facta: ita ut, cum quattuor sint Armeniae, duae quidem sint spectabiles et quae proconsulis et quae comitis est, et proconsul sit qui primae Armeniae praeest, comes qui tertiae, secundae vero et quartae praesides ordinarii sint. Et quoniam hoc omni studio sectati sumus, ut appellationes usque ad quingentos solidos non ad hanc felicem urbem, sed ad proximos spectabiles magistratus deferantur, etiam hoc constituimus, ut ad magistratum primae Armeniae, hoc est proconsulem, appellationes ex secunda Armenia deferantur, hoc est quae in Sebastia fiunt, ad tertiae vero Armeniae comitem, eum dicimus qui est in Melitene, ex quarta Armenia appellationes usque ad dictam quantitatem pertineant.*

---

2 *καθειστήκεισαν B* ‖ *ὑπεκλίναμεν*] succumbere quidem (*i. e. ὑποκλῖναι μὲν*) ς ‖ 3 *ἄρκαν M Theod.*] *ἀρκὰν LB* ‖ *ἀραβισὸν Theod.* ‖ *ἀριαράθειαν MB*] *ἀριάρσάθειαν L ἀριαρωθείαν Theod.* ‖ 4 *κόμανα L*(ς)] *Κόμαναν B κώμαναν M Theod.* (*Κόμανα Hierocl. synecd.* 703, 11. *Notit. metrop.* 9, 208, *Κώμανα Notit.* 8, 299 *Parthey*) ‖ *χρυσην M Χρυσὴν B χρυσὶν Theod. χρούσην L* Crisin ς ‖ 5 *κουακουσόν Theod. κουκουσόν B[c]* Cucusson ς ‖ 6 *συνεστῶσαν B[c]* ‖ 7 *ἣ LB*] *ἢ M* ‖ 8 *sq. καὶ ἐκ διαφόρων συνείλεκτο — ὀνομάτων*] et diversorum complicita — nominum ς ‖ 9 *τζοφανηνή τε M*(ς)] *τζοφανὴν ἦτε B[c] τζοφάνην ἢ τὲ L* (*τὸ φαινίνιν pro ζοφανηνήν Theodori cod.*) ‖ *ἀνζητηνὴ ML*] Anzitene ς *Ἀνζητινὴ B* (*ἀνζητίνιν Theod. cod.*; *κλίμα Ἀνζιτινῆς notatur Notit. episc. p.* 90 *Parth.*) ‖ 10 *ἢ Τζοφηνὴ*] *ἡ τζοφανὴ MB καὶ ὀφήνη L* (Zopene ς *ζοφάνιν Theod. cod.*; *κλίμα Σοφηνῆς Notit. l. c.*) ‖ *ἀσθιανηνὴ M* (*cf. Procop. de aed.* 3, 3)] *Ἀσθειανινὴ B ἀσθειανείνη L* Asathenia ς (*ἀσιανίνην Theod. cod.*; *κλίμα Ἀστιανικῆς Notit. l. c.*) ‖ *ἢ*] *ἡ B vulg., om. L*(ς) ‖ *βαλαβιτηνὴ M*] *βαλαβιτινὴ L* (*Theod.*) Balbitene ς *γαλβιτινὴ B[c]* (*Βελαβιτίνη Procop. de aed.* 3, 1; *κλίμα Βιλαβιτηνῆς Notit. l. c. In Theodori codice βιτίνιν non est nisi correctio ad nomen quod infra sequitur βαλαμιτίνιν pertinens*) ‖ 11 *τοῦτο ὄνομα LB*ς] *ὄνομα τοῦτο M* ‖ 12 *leg. οὔτε — οὔτε?* ‖ *ῥωμαϊκῶν L* romanae (*i. e. ῥωμαϊκῆς*) ς ‖ 13 *sq. cf. Procop. de aed.* 3, 1 *extr.* 2 *in.* ‖ 14 *σχήματι*] *καὶ σχήματι L* ‖ 15 *αὐτῇ τὴν ML*] *αὐτὴν B* ‖ *τῶν LB*] *om. M* ‖ 16 Maripolitanorum ς ‖ *κιθαριζὸν M Theod.* (ς)] *κιθαρίζην L κυθαριζὸν B[c]* cytaridion *Iul.[b]* cythariozon *Iul.[w]* cythariorum *Iul.[v]* (*Κιθαριζῶν Notit. l. c.*; *Κιθαρίζων Procop. de aed.* 3, 2. 3) ‖ 17 *αὐτῆ L* ‖ *ἀρχῶν*] *ἄρχων L om.* ς ‖ 18 *κονσουλαρία* (*ἤτοι υπατικη M s. v.*) *ML ὑπατικὴ B* ‖ 19 *ἀρμενίων L* ‖ 19 *sq. εἶναι — ἀνθύπατον μὲν om. B[c]* ‖ *περιβλέπτους LB* ‖ 23 *ὀρδιναρίους*] *ἐν τάξει ὀρδιναρίου B* ‖ 24 *ταῦτα L* ‖ 27 *περιβλέπτους LB* ‖ 30 *τὰς*] *τῆς Haloander* ‖ 31 *sq. κόμητι — Ἀρμενίας om. L*

---

1 *dum] dudum *libri* ‖ 3 ariarathana *V[a]* ariarathiana *V[b]* ariarabitiam *T* ‖ commana *V* Comanam *vulg.* ‖ alteram *vulg.* ‖ 4 cucuson *T* ‖ 6 *post* Statuimus *unius fere vs. spatium vacuum est in V* ‖ 8 eat *V* ‖ 9 vel *om. V* ‖ 10 sutrapis *V* ‖ 12 sed *vulg.*] sed et *VT* ‖ 14 ciuili *V* ‖ 15 Martyropolitanorum *vulg.* ‖ 17 ordinariarum *V*] ordinariorum *T* ‖ est *om. libri* ‖ consularia] consulariuam (consolariuam *V*) *libri* ‖ 19 spectabiles — 21 esse *om. V* ‖ 20 proconsulis — comitis *om. T* ‖ est *addidi* ‖ proconsules *T* ‖ 23 ut] et *V om. T* ‖ 24 quingentos solidos *vulg.* ‖ 28 secunda *V* ‖ 29 sebustiam *T* sebustia *V* ‖ comitis *T* comitius *V* ‖ 30 meletine *libri* ‖ 31 competant *vulg.*] competit *libri*

CAPUT II.

Τούτων τοίνυν οὕτως ἡμῖν διατεταγμένων κἀκεῖνο προσδιορίσαι δίκαιον ἔτι νομίζομεν, ἐφ᾽ ᾧ προστῆσαι τῆς τρίτης Ἀρμενίας ἄνδρα σεμνόν, ὑπουργηκότα τε ἡμῖν ἤδη καὶ ἄξιον τοῦ τῆς ἀρχῆς ὄγκου καὶ προσχήματος. Εὑρόντες τοίνυν Θωμᾶν τὸν μεγαλοπρεπέστατον ἤδη μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων ἀνύσαντα χώρας, καὶ τἆλλα δὲ ἄνδρα χρηστὸν καὶ γνησίως ἡμῖν ὑπηρετησάμενόν τε καὶ ὑπηρετούμενον, αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης προβαλλόμεθα διοικήσει, ὥστε τέως μὲν τῆς ἐπαρχίας ταύτης ἡγεῖσθαι κατὰ τὸ ῥηθὲν ἡμῖν σχῆμα, προνοεῖν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσα ἂν αὐτῷ [ἢ] διὰ θείων ἐπιτρέψαιμεν commonitori*ων εἴτε ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἣν αὐτῷ παραδεδώκαμεν εἴτε καὶ ἐπ᾽ ἄλλαις· ὅπερ καὶ πεπράχαμεν θεῖα πρὸς αὐτὸν πεποιημένοι* commonitoria *περὶ πολλῶν καὶ διαφόρων πράξεων, ἅπερ αὐτὸν καὶ εἰς ἑτέρας χώρας προσῆκόν ἐστιν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν.* 1 *Τὰ μέντοι περὶ τὰς ἱερωσύνας, καθὰ πολλάκις εἰρήκαμεν, μένειν κατὰ τὸ πρότερον βουλόμεθα σχῆμα, οὐδὲν οὔτε περὶ τὸ μητροπολιτικὸν δίκαιον οὔτε περὶ τὰς χειροτονίας τοῦ πράγματος ἀμειβομένου ἢ καινιζομένου, ἀλλὰ τῶν πρότερον χειροτονούντων καὶ νῦν ἐχόντων τὴν τῆς χειροτονίας ἐξουσίαν, καὶ τῶν προτέρων μητροπολιτῶν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων τάξεως, ὥστε μηδὲν τό γε ἐπ᾽ αὐταῖς καινισθῆναι.*

His igitur sic a nobis ordinatis illud quoque determinare iustum ad haec putamus, ut praeponamus tertiae Armeniae virum nobilem et qui ministravit nobis iam et dignum fastigio cinguli et figurae. Invenientes igitur Thomam magnificentissimum qui iam quidem administrationes in Armeniorum egit provincia, et in aliis quoque virum optimum et qui integre nobis ministravit et ministrat, hunc in administrationis huius constituimus regimine, ut interim quidem provinciae isti praesideat secundum dictam a nobis figuram, provideat autem etiam aliorum quaecumque ei per sacra iniunxerimus commonitoria sive in provincia quam commisimus sive etiam in aliis; quod et egimus sacra ad eum facientes commonitoria de multis et diversis actibus, quos eum etiam in alia provincia competit ad effectum perducere.
1 Quae tamen de sacerdotiis sunt, sicut saepe diximus, manere secundum prius volumus schema in nullo neque de metropolico iure neque de ordinationibus causa mutata aut innovata, sed his qui prius ordinabant etiam nunc habentibus ordinationis potestatem, et prioribus metropolitis in suo manentibus ordine, ut nihil quantum ad has innovatum sit.

CAPUT III.

Ἐκεῖνο μέντοι τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς ἐπειδήπερ τὸν τῆς τρίτης Ἀρμενίας κόμητα οὐ πολιτικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ στρατιωτικὸν πεποιήκαμεν ἄρχοντα, ἀναγκαίως ἔχειν καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτῷ τοὺς κατ᾽ αὐτὴν ἱδρυμένους ὑποκεῖσθαι, ἄδειαν ἔχοντι, καθὰ τοῖς στρατιωτικοῖς ἄρχουσιν ἐφεῖται, καὶ πρὸς ὄνομα καλεῖν αὐτοὺς καὶ ἐπιζητεῖν καὶ προνοεῖν τῶν σιτήσεων αὐτῶν καὶ ἐπεξιέναι τοῖς κατ᾽ αὐτούς, εἴπερ ἀδικοῖεν, καὶ μή τι συγχωρεῖν τοῖς στρατιώταις ἀδικεῖν τοὺς ὑπηκόους, εἰ δέ τι πράξαιεν σφοδρότερον, καὶ ἐγκληματικῶν ἀκροᾶσθαι δικῶν, κἂν εἰ στρατιῶται καθεστήκοιεν, καὶ ἅπαντα πράττειν ὁπόσα τοῖς στρατιωτικοῖς δεδώκαμεν ἄρχουσιν. καὶ ὥσπερ τῷ τε Ἰσαυρίας κόμητι τῷ τε τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας καὶ πρός γε τοῖς πραίτωρσι Λυκαονίας τε καὶ Πισιδίας

Illud quoque palam est ut, quia tertiae Armeniae comitem non civilium solum, sed etiam militarium fecimus iudicem, necessario habeat et milites in ea provincia collocatos sibi subiectos, licentiam habens, sicut militaribus iudicibus conceditur, et ad nomen vocare eos et requirere et providere annonis eorum et exequi quae contra eos sunt, si laeserint, et neque permittere milites nocere subiectis; si tamen aliquid egerint et vehementius, etiam criminales audire causas, si militares sint, et omnia agere quaecumque militaribus dedimus iudicibus. Et sicut Isauriae comiti et Pacatianae Phrygiae nec non et praetoribus Lycaoniae et Pisidiae et Thraciae et militarem

---

II. *His igitur ita a nobis dispositis illud quoque praeterea definire satius ducimus, ut praeficiatur tertiae Armeniae vir gravis et qui nobis iam operam praestiterit et dignus sit potestatis pondere et specie. Cum igitur Thomam virum magnificentissimum invenerimus iam in Armeniorum regione magistratibus functum, et in ceteris virum bonum et qui integre nobis inservierit et inserviat, eum ad huius magistratus administrationem promovemus, ut is interim huic provinciae secundum eam quae a nobis dicta est formam praesit, prospiciat autem reliquis quoque quaecumque ipsi per sacra commonitoria commiserimus sive in provincia, quam ei tradidimus, sive etiam in aliis: quod quidem iam egimus sacris ad eum commonitoriis datis de multis et diversis actionibus, quae eum in aliis quoque regionibus ad effectum perducere par est.* 1 *Quae vero ad sacerdotia pertinent, sicuti saepe diximus, manere in priore forma volumus, ne res ullo modo neve quod ad ius metropoliticum neve quod ad ordinationes mutetur vel innovetur, sed qui prius ordinabant nunc quoque ordinandi potestatem habeant, et priores metropolitae in suo ordine maneant, ita ut nihil quantum ad illa innovetur.*

III. *Illud tamen in confesso est, quoniam tertiae Armeniae comitem non civilem solum, sed etiam militarem magistratum fecimus, necesse esse ut milites quoque qui in ea collocati sunt ei subiecti sint, habeatque potestatem, sicuti militaribus magistratibus concessum est, et nomine eos vocandi et inquirendi et annonis eorum prospiciendi et persequendi quae ad eos pertinent, si delinquant, neque permittendi militibus ut ullam iniuriam faciant subditis, si quid vero gravius commiserint, etiam criminales causas audiendi, licet milites sint, omniaque agendi quaecumque militaribus magistratibus dedimus. Et quemadmodum et Isauriae comiti et Pacatianae Phrygiae et praeterea praetoribus et Lycaoniae et Pisidiae et*

---

2 *πρὸς διώρισται L* ‖ *ἔτι*] *ἔστι B^c* ‖ 3 *τρίτης MBς*] *πρώτης L* ‖ *τε*] *τόν τε L* ‖ 7 *τὰ ἄλλα L* ‖ 12 *αὐτῷ*] *αὐτῶν* (*sic*) *L* ‖ *ἢ MLB, om. ς* ‖ commonitor*ίων, s. v. τουτέστι γραμμάτων M κομμονιτορίων L γραμμάτων B* ‖ 13 *αὐτῷ om. ς* ‖ 15 comonit*ωρια M κομμονητορηα L γράμματα M s. v., B* ‖ 16 *ἅπερ ML*] *ἅσπερ B*(*ς*) ‖ *εἰς ἑτέρας χώρας*] in alia provincia *ς* ‖ 17 *Τὰ*] *τὰς L* ‖ 19 *sq.* **οὐδὲ — οὐδὲ libri* ‖ *μιτροπολικὸν L*(*ς*) ‖ 21 *ἀμειβόμενοι ἢ καινιζόμενοι B^c sec. Hombergk.* ‖ 23 *πρότερον Haloander* ‖ 26 *ὁμολογημένων L* ‖ 27 *sq. πολιτικὸν — στρατιωτικὸν* (*στρατικὸν L*) *MLB*] civilium — militarium (*i. e. πολιτικῶν — στρατιωτικῶν*) *ς* ‖ 33 *τοῖς κατ᾽ om. L* ‖ 34 **καὶ μή τι*] *καὶ μήτε libri. An deleto καὶ leg. μηδὲ?* ‖ 35 *σφοδρότερον*] et vehementius *ς* ‖ 36 *κἂν εἰ*] si *ς* ‖ 38 *sq. cf. Nov. XXVII. VIII c. 2. XXV. XXIV. XXVI* ‖ 39 *καπατιανῆς ML*

---

2 proponamus *libri* ‖ 3 ministrabit *VT* ‖ 5 tomam *V* ‖ quidem qui iam *V* ‖ 8 ministrabit *libri* ‖ et ministrabat *V* ‖ 12 commonitoria — 14 facientes *om. V* ‖ 13 quam] ei *add. vulg.* ‖ quod et] que *T* ‖ 15 quos *vulg.*] quas *libri* ‖ 21 ordinabat *V* ‖ 26 arminie *V* ‖ 28 habet *libri* ‖ 29 licentia *V* ‖ 31 eos] eo *V* ‖ 32 contra *VT*] circa *vulg.* ‖ 33 per milites mittere *V* ‖ 34 et *om. vulg.* ‖ 36 his aurie *V* hisaurire *T* ‖ 37 frigie *libri* ‖ 38 tracie *VT*

καὶ Θρᾴκης καὶ τὸ στρατιωτικὸν ὑπεκλίναμεν, οὕτω καὶ αὐτῷ μὴ μόνην εἶναι τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων τάξιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν στρατιωτικῶν ἐξουσίαν τε καὶ ἀρχήν, καὶ εἶναι σεμνὸν αὐτὸν στρατιώταις τε καὶ ἰδιώταις κελεύοντα καὶ πάντα πράττοντα, ὡς μιᾶς δὴ τῆς ἀρχῆς καθεστώσης· καὶ μίαν τίθεσθαι πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἔγκλημα κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἁμαρτάνεσθαι, ἀλλὰ καὶ σωφρονισμοῖς ὑποβάλλεσθαι τοῖς προσήκουσι. ταύτης δὲ δὴ τῆς ἐξουσίας οὐκ ἀφαιρούμεθα παντελῶς αὐτὸν ἐπ' οὐδενὶ προσώπῳ τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ὄντων, εἴτε ἰδιωτικῷ εἴτε στρατιωτικῷ εἴτε ταμειακῷ· μίαν γὰρ καὶ συνεχῆ τὴν εἰρήνην ἐν ἅπασι τοῖς ὑπηκόοις τοῖς ἡμετέροις φυλάττεσθαι βουλόμεθα, οὐ τῇ διαφορᾷ τῶν προσώπων τὴν κατὰ τῶν νόμων εἰσάγοντες καταφρόνησιν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ κατὰ τὴν τῶν τεσσάρων Ἀρμενιῶν διατύπωσιν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν τῆς τρίτης, ἧς κατὰ πρόφασιν τὸν παρόντα θεῖον ἐποιήσαμεν νόμον, νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον φυλάττεσθαι σπευσάτω, πάντων πραττομένων καὶ ἐγγραφομένων ταῖς μερικαῖς διατυπώσεσι τῶν ὁμοθρόνων τῶν σῶν, ὁπόσα δίδοσθαι καθ' ἕκαστον ἔτος προσετάξαμεν.

Dat. xv. k. April. CP. post consul. Belisarii v. c. [*a.* 536]

manum subdidimus, ei et ipsi non solum esse civilium causarum ordinem, sed etiam militarium potestatem et cingulum, et esse honoratum eum militibus et privatis, iubentem cunctaque agentem, utpote uno cingulo existente; et unam ponere providentiam, ut nullum crimen in provincia committatur, castigationibus subdere competentibus. Hac igitur potestate non privamus penitus eum in nulla persona quae in provincia sunt, sive privata seu militari sive aerarii: unam enim et continuam pacem in omnibus subiectis nostris servari volumus, non differentia personarum contra leges introducentes contemptum.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo secundum quattuor Armeniarum dispositionem, et maxime secundum tertiae cuius occasione praesentem sacram fecimus legem, nunc et futuro omni tempore custodiri festinet, omnibus agentibus et inscribentibus secundum particulares dispositiones sedibus tuis, quaecumque dari annis singulis ordinavimus.

Dat. xv. kal. April. CP. p. c. Belisarii v. c.

ΛΒ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗΔΕΝΑ ΔΑΝΕΙΖΟΝΤΑ ΓΕΩΡΓΩΙ ΚΡΑΤΕΙΝ ΤΗΝ ΕΚΕΙΝΟΥ ΓΗΝ, ΚΑΙ ΠΟΣΟΝ ΟΦΕΙΛΟΥΣΙ ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ ΤΟΚΟΝ ΑΠΟ ΤΩΝ ΓΕΩΡΓΩΝ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἀγερωχίῳ τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι Αἱμιμόντου τῆς Θρᾴκης.

⟨Προοίμιον.⟩ Πρᾶγμα δεινὸν καὶ πάσης ἐπέκεινα καὶ ἀσεβείας καὶ πλεονεξίας γινόμενον συνείδομεν νόμῳ θεραπεῦσαι κοινῷ, οὐκ ἐπὶ τῆς παρούσης μόνον ἀνάγκης, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον πολι-

Nov. XXXII Graece extat in ML, item in A f. 224 (*τίτλος ἑνδέκατος*), *cap.* 1 *in B* 23, 3, 76. — *Latinum exemplar exhibet nov. XXXIV.* — *Epit. Iohannis Schol. coll. LXXXVII cap.* 21 (*inde Nomoc. L tit.* 14; *Anon. Bodleianus in Zachariae Ἀνέκδ. p.* 213), *Theod.* 32 (*inde* B^{Σ} 23, 3, 76), *Ath.* 16, 1. *Iulian. const. XXXIII.*

Thraciae etiam militares copias submisimus, ita ipse quoque non solum civilium rerum ordinationem, sed etiam militarium potestatem et imperium habeat, sitque ipse honorandus et militibus et privatis, cum imperet omniaque agat, quippe cum unus iam factus sit magistratus; atque unam habeat curam, ne crimen ullum in provincia committatur, quin castigationi convenienti subiciatur. Hac vero eum potestate in nulla omnino quae in provincia est persona privamus, sive privata sive militaris sive tamiaca est. Unam enim et perpetuam pacem inter omnes subditos nostros servari volumus neque ex personarum discrimine legum contemptum introducimus.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt tua sublimitas secundum quattuor Armeniarum discriptionem, et maxime tertiae cuius causa praesentem sacram legem tulimus, et nunc et in omne futurum tempus observare studeat, ut omnia agantur et particularibus dispositionibus collegarum tuorum inscribantur, quaecumque singulis annis dari iussimus.

XXXII.

NE QUIS MUTUUM DANS AGRICOLAE TENEAT ILLIUS TERRAM, ET QUANTAM USURAM AB AGRICOLIS ACCIPERE DEBEANT.

Imp. Iustinianus Augustus Agerochio clarissimo praesidi Haemimonti Thraciae.

Praefatio. Rem gravem et quae ultra omnem impietatem et avaritiam fit lege communi sanare visum est, quae non solum in praesenti necessitate, sed etiam in omne futurum tempus exerceri possit.

---

1 *στρατιωτικὸν* — 3 *τὴν τῶν bis scr. M* ‖ *οὕτω καὶ αὐτῷ*] ei et ipsi *ϛ* ‖ 2 *αὐτῇ L* ‖ 6 *τῆς om. B* ‖ *καὶ μὴ ἀντίθεσθαι* B^c ‖ 7 *μηδὲ B* ‖ 8 *ἀλλὰ καὶ om. ϛ* ‖ 9 *δὲ om. B* ‖ 12 *εἰρημένην* B^c ‖ 13 *πᾶσι L* ‖ 15 *κατὰ τὸν νόμον LB* ‖ 17 *τὴν om. L* ‖ 21 *καὶ ἐγγραφομένων om. L* ‖ 22 *ὁμοθρόνων M*] *θρόνων Lϛ prob. Zachariae* ‖ 24 xv k. April. (arri. *M*) *Mϛ Ath., μηνὶ ἀπριλλίῳ Theod., om. Iul.* ‖ rost consul. Bilisario uc. conss. *M*, *μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod. Ath.* (dat. post cons. uelisarii *Iul.*[b] dat. bil. cons. *Iul.*[vw]) ‖ 27 *πόσην* L^1 ‖ 28 *ἀπὸ τῶν γεωργῶν om. A* ‖ 29 *Αὐτοκράτωρ A*] *Ὁ αὐτοκράτωρ M*(*Ath.*) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς αὐτοκράτωρ L* ‖ *ἀγεροχίω* L^1, *Ath. cod. unus, ἀγερουχίῳ A Ath. cod. Paris.* (agerutio *nov. XXXIV codd. ϛ*) ‖ *ἀμιμόντου τῆς θρᾴκης M*, *αἱμίμων των θράκης L ἀμιμων A θρᾴκης Ath.* (*τῆς Θρᾴκης om. ϛ*) ‖ 31 *ἑξῆς om. A*

---

1 subdimus *V* ‖ eis *T* ‖ 4 agente *V* ‖ utpute *V* ‖ 6 prouinciam *T al.* ‖ committatur] sed et *add. vulg.* ‖ 22 annonis *V al.* ‖ 24 CP. *T Neob.*] *om. V* ‖ pc. *V*] *om. T Neob.* ‖ bilisiario (*ita V*, bilis. *T Neob.*) v. c. con. *libri*

τεύεσθαι δυναμένῳ. ἔγνωμεν γὰρ ὥς τινες ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἧς ἄρχεις ἐτόλμησαν ἐπιλαβόμενοι τοῦ καιροῦ τῆς ἀφορίας τοῦ σίτου δάνεισμα πρᾶξαι πρός τινας ἐπ' ἐλαχίστῳ μέτρῳ καρπῶν καὶ τὴν αὐτῶν λαβεῖν γῆν ἅπασαν ἀντ' αὐτοῦ, ὥστε τοὺς μὲν τῶν γεωργῶν φεύγειν, τοὺς δὲ διαφθαρῆναι λιμῷ, δεινήν τε γεγενῆσθαι φθορὰν οὐδὲν τῆς βαρβαρικῆς ἐπιδρομῆς ἐλάττονα.

CAPUT I.

Θεσπίζομεν τοίνυν ἅπαντας τοὺς δανείσαντας ὁσονδήποτε μέτρον τῶν οἱωνδήποτε ξηρῶν καρπῶν τοῦτο ἀπολαμβάνοντας νῦν χωρὶς τῆς οἱασοῦν προσθήκης ἀποδοῦναι τὰ γήδια τοῖς γεωργοῖς, μηδενὸς παντελῶς θαρροῦντος γῆν κατέχειν προφάσει τῶν εἰρημένων δανεισμάτων, εἴτε ἔγγραφα εἴτε ἄγραφα εἴη, κομιζομένους δέ, εἰ μὲν οἱ δανεισθέντες εἶεν καρποί, ὀγδόην τοῦ μοδίου μοῖραν ἐφ' ἑκάστῳ μοδίῳ εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον, εἰ δὲ νομίσματα τὰ δανεισθέντα εἴη, ἐφ' ἑκάστῳ νομίσματι ἐνιαύσιον κεράτιον ἐν προφάσει τόκου. τοῦ λοιποῦ δὲ τοὺς δανειστὰς ἀρκουμένους ὀγδόῃ μοδίου μοίρᾳ ἐφ' ἑκάστῳ μοδίῳ εἰς ἐνιαυτὸν ἕνα (ἢ ἐφ' ὅσον μένει τὸ δάνεισμα κατὰ τὴν ἀναλογίαν ταύτην) ἢ τῷ κερατίῳ ἀποδιδόναι πάντως, εἴτε γῆν εἴτε ἄλλο τι λαβόντες τύχοιεν ἐνέχυρον, βόας τυχὸν ἢ πρόβατα ἢ ἀνδράποδα. καὶ τοῦτον εἶναι τὸν νόμον κοινὸν ἅπασι, φιλάνθρωπόν τε ἅμα καὶ εὐσεβῆ καὶ τήν τε χρείαν θεραπεύοντα τοῖς δεομένοις τοῖς τε δανεισταῖς φέροντα μετρίαν παραψυχήν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ λαμπρότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω· εἰδότος τοῦ δανειστοῦ, ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πρᾶξαι θαρρήσειε, τῆς εἰσπράξεως ἐκπεσεῖται, καὶ ὁ λαβὼν εἶτα ἀδικούμενος ἕξει παραψυχὴν τὸ αὐτὸς μὲν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, τὸν δανειστὴν δὲ ἰδεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ζημιούμενον. Dat. xvii. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

XXXIII. Auth. XXXV. Coll. IV tit. 4

℞ UT NULLUS MUTUANS AGRICOLAE TENEAT EIUS TERRAM ℞

Idem A. Dominico viro illustri praefecto praetorio per Illyricum.

Propter avaritiam creditorum, qui angustia temporum abutentes terrulas infelicium agrestium sibi adquirunt pro pauco frumento omnem illorum substantiam retinentes, legem posuimus, quam primo quidem in Thraciam et totas eius provincias, in praesenti autem in Illyricianas patrias direximus. Cuius exemplarium subdi etiam praesenti legi praecipimus, ut ne privati quidem homines putent legem contra se solummodo esse positam, milites autem altiore nitentes fastigio legem contra se non esse prolatam existiment. Ut igitur et tua magnitudo sciat, quod communis lex posita est et provincialibus et militibus et omni cingulo, nulla excusatione cuidam competente, ideo et ad tuam sublimitatem praesentem legem destinavimus, scituris militibus qui praesenti legi non esse oboediendum existiment, quod cingulo denudati inter privatos habeantur, poenis quas in anteriore lege posuimus prius nihilominus subiugandi.

Dat. xvii. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

Nov. XXXIII. XXXIV (Authent. XXXV. XXXVI = Coll. IV tit. 4. 5: *gloss.) Latine tantum extant (cf. ad nov. XXXII). Nov. XXXIV habetur etiam in appendice Iuliani (Iul.*[b] *f.* 151[v] *cons. CXXVIIII Kp. DLXXXIIII, Iul.*[v] *Kp. DLXXXVI, Iul.*[w] *Kp. DLXXXII, Iul.*[c] *i. e. Coloniensis X* 8 *olim Wallrafianus saec. XII). — 'νεαρὰ λγ' περὶ τοῦ μηδένα δανείζοντα γεωργῷ κρατεῖν τὴν ἐκείνου γῆν, εἴτε στρατιώτην εἴτε ὅντιναουν δήποτε ἰδιώτην: καὶ αὕτη οὐχ ευρέθη. ὁμοίως καὶ ἡ λδ' οὐχ ευρέθη' M. — Epit. Theod.* 33. 34 *(inde L), Athan.* 16, 3. 2. *(Iulian. const. XXXIII.)*

Novimus enim quosdam in provincia cui praees opportunitate frugum sterilitatis captata fenus cum quibusdam exercere et minima fructuum mensura mutuo data pro ea omnem eorum terram auferre ausos esse, adeo ut colonorum alii aufugerint, alii fame perierint, et gravis pestis evaserit barbarorum incursione nequaquam minor.

I. *Sancimus igitur omnes qui quantamcumque mensuram aridorum qualescumque sunt fructuum mutuum dederint, ea recepta sine ulla accessione terrulas agricolis reddere, nec quemquam audere terram detinere sub praetextu dicti mutui, sive id scriptis sive sine scriptis factum est: sed si quidem fructus mutuo dati sint, octavam modii partem pro singulis modiis per integrum annum percipere, sin autem pecunia credita sit, usurae nomine pro singulis solidis singulas siliquas annuas. In posterum vero creditores octava modii parte pro singulis modiis in annum unum (aut quamdiu mutuum manet, secundum hanc proportionem) vel siliqua contentos omnino reddere, sive terram sive aliud quid, veluti boves vel oves vel mancipia pignori acceperint. Et hanc legem omnibus communem esse humanam simul et piam quaeque tam necessitati egentium medeatur quam creditoribus mediocre solacium afferat.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt tua claritas operi effectuique tradere studeat: sciatque creditor, si quid contra haec agere ausus sit, exactione se privatum iri, atque eum qui acceperit ac deinde iniuriam passus sit hoc solacium habiturum esse, ut ipse quidem liberetur negotiis, creditorem vero in suis rebus iacturam facere videat.

---

1 *δυνάμενον LA* ‖ 2 *sq. ἅπασαν γῆν ἀντ' αὐτῶν A* ‖ *γεγενῆσθαι M] γενέσθαι LA* ‖ 5 *τοὺς δανειστὰς A* ‖ 8 *δέ om. A* ‖ *εἰ] οἱ M* ‖ *οἱ δανηθέντες L*[1] *τὰ δανεισθέντα B* ‖ 9 *τὰ om. L* ‖ *ἐνιαυσιαῖον B* ‖ *ἓν] ἐν A* ‖ 10 *μοδίου om. A* ‖ *ἢ om. A* ‖ 11 *ἀλλ' ὅτι M* ‖ 12 *βόας καὶ τυχὸν ἢ L* ‖ *κοινὸν om. L* ‖ 13 *ἅπασί τε φιλάνθρωπον ἅμα A* ‖ 16 *τι om. A* ‖ 18 *ζημιούμενον] λήμμασιν add. A* (in suis pecuniis patientem iacturam ϛ) ‖ *subscr.* dat. xv. k. uul. pp^{τρ} (*i. e. πραιτωρίων, err. pro* CP.) bilis. uc. conss. *M*, *ἐγράφη πρὸ ιζ' καλ. ἰουλίων* (*al. ἰουλίου*) *ὑπατείας Βελισαρίου Ath., quem recte sequitur Zachariae*; *ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*, dat. cons. uelisarii đ NN. octobris *Iul.*[bw] (dat. cons. uilisarii *Iul.*[v])

20 terram ℞ · XXX · V *V* ‖ 21 *Δωμινίκῳ Ath.* ‖ praetorio per *om. R* ‖ illiricum *V* yliricum *R* ‖ 22 *initium* prauaritia *citat L* (prae avaricia *Haloander*) ‖ 23 quidem (qui *R*[1]) et in *R* ‖ 24 traciam *R*[3]*T* terciam *R*[1] thratia *V* ‖ autem] aut *R*[1] ‖ in *VR*] et in *vulg.* ‖ patrias] provincias *Contius* ‖ 25 ne] non *T* ‖ 26 altiores *R* ‖ fatigio *R*[1] ‖ 27 et tua] et *om. R*[1] ‖ 28 cuiquam *vulg.* ‖ competentem *R*[1] ‖ 29 existiment *V*] existimant *R vulg.* ‖ 30 habebuntur *vulg.* ‖ anteriori *V* ‖ lege *om. R*[1] ‖ 31 *subscr.* dat. vii k. iul. cp. bilis. uic. consule *T* dat. bilisiario *V*, *om. R al.* *ἐγράφη πρὸ ιζ' καλάνδων ἰουλίων ὑπατείας Βελισαρίου Ath.* *ἐξεφωνήθη καὶ αὐτὴ μηνὶ ἰουλίῳ ὑπατείᾳ Βελισαρίου Theod.*

XXXIV. Auth. XXXVI. Coll. IV tit. 5

℞ NULLUM CREDENTEM AGRICOLAE TENERE ILLIUS TERRAM, ET QUANTAM DEBEAT USURAM DARE ℞

Idem A. Agerochio v. c. praesidi Haemimontis.

Rem duram atque inhumanam et quae ultra omnem impietatem et avaritiam fit perspeximus lege saluberrima sanare et communem omnibus deponere medicinam non tantum in praesentis necessitatis tempore, sed etiam in omni aevo futuro. Venit enim ad nostras aures quosdam in Mysia secunda provincia quam administras avare temporum necessitate captata ad quosdam feneraticios fecisse contractus, et paucam mensuram fructuum dantes totas terrulas eorum abstraxisse, et ex hac causa quosdam colonorum fugae latebras petisse, alios fame esse necatos, et tristissimam pestem homines invasisse incursione barbarica non minorem.

CAPUT I.

Sancimus itaque omnes huiusmodi creditores, quantumcumque modum vel tritici vel hordei vel aliae speciei quae in fructus aridos est dederint, hoc reddito in praesenti cum parte modii octava pro singulo modio in unoquoque anno praestanda terrulas colonis restituere; nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione feneraticiae cautionis, sive in scriptis sive sine scriptis credita sunt contracta; si autem pecunias dedit, nihil amplius quam unam siliquam pro singulo solido annuam praestare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, ex praesenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem aevum modis omnibus observandam, ut si quando fuerit vel triticum vel hordeum feneratum vel alii aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes quam pro usuris octavam modii partem annuam pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido (et secundum hunc modum in quantum fenus permanserit) percipientes, sive terrulas sive aliud pignus acceperunt, boves forte vel pecora vel mancipia, haec modis omnibus reddere; et hanc legem communem omnibus esse, humanitate et pietate gaudentem et omnibus egenis consulentem et creditoribus mediocre solacium adferentem.

⟨E p i l o g u s.⟩ Haec igitur quae a nobis statuta sunt claritas tua in omni provincia quae tuo moderamine gubernatur observare festinet: scituris omnibus creditoribus quod, si aliquid praeter haec commiserint, exactione cadant, et cui fenus ablatum est hoc habebit solacium, ut ipse quidem securus degat, avarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam.

Dat. XVII. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

---

1 ℞ XXX·VI. Nullum *cet. V* ‖ 2 *sq. in appendice Iuliani rubrica est* Ut nulli liceat mutuanti (multuanti *Iul.*^{v}) agricolae terram ipsius tenere et quantam usuram accipiat (quartam usuram accipiat *Iul.*^{v} quantum usurae accipiat *vel* accipiant *Iul.*^{wc} *al.*, in *Iul.*^{b} *verba inter* agriculae *et* (acc)ipiant *margine detrito deleta sunt*) ‖ 4 *inscr. om. app. Iul.* ‖ agerutio *libri* ‖ v. c.] uicario *R* c̃ (*antea spat. vac.* 4 *litt., in quo* ˥ *scripsit V*^{2}) *V*, uic. *al.* ‖ praesidi emimontis *V al.* praesidie minoris *R* ‖ 5 dura atque inhumana *Iul.*^{c} duram ////////////////am *Iul.*^{b} ‖ et quae — avaritiam fit] et auaritiae (abaritiae *Iul.*^{b} auaritia *Iul.*^{v}) plenam *Iul.*^{bvw} ‖ inpietate *R*^{1} ‖ sit *R* ‖ lege saluberrima (legem saluberrimam *Iul.*^{v}) perspeximus, *omisso v.* sanare *app. Iul.* ‖ 6 cummunem *Iul.*^{b} commune *Iul.*^{wc} ‖ praesentis] praesenti *VR*(²) *Iul.*^{v} ‖ praesenti — 8 fecisse *scr. R*^{2} *in ras.* 3 *vv.* ‖ necessario *app. Iul.* ‖ 7 omni aevo] omne uero *V*^{1} ‖ in misia *RV*] inmissi ad *Iul.*^{bv} amissa *Iul.*^{c} ‖ secundam *Iul.*^{v} ‖ provincia quam administras *om. app. Iul.* ‖ 8 aministrans *R* ‖ auare *RTV*^{3}] auare uel adire *V*^{1} audere (*om. Iul.*^{c}) *app. Iul.* ‖ necessitate temporum *Iul.*^{c} ‖ necessitatem *Iul.*^{vw} ‖ capta *Iul.*^{bv} captam *Iul.*^{w} ‖ quosdam] quos *app. Iul.* ‖ feneratiquos *Iul.*^{v} ‖ contractos *Iul.*^{bvw} ‖ pauca *V*^{1} ‖ pauca mensura *Iul.*^{c} de pauca mensura *Iul.*^{w} ‖ 9 fructum *Iul.*^{bvw} fructu non *Iul.*^{c} ‖ totas *app. Iul.*] *om. RVT vulg.* ‖ tota terrula *Iul.*^{c} ‖ adtraxisse *Iul.*^{v} ‖ ex *om. app. Iul.* ‖ hec *Iul.*^{vwc} ‖ 10 alios] et alios *V* ‖ fames *Iul.*^{w} ‖ nocitos *Iul.*^{b} nectitos *Iul.*^{v} ‖ et *om. Iul.*^{c} ‖ tristissima peste *Iul.*^{vc} ‖ homines pestem *V* ‖ incussione *Iul.*^{bw} ‖ barbaricae *Iul.*^{b} barbaricam *Iul.*^{vwc} (*in hoc verbo des. Iul.*^{v} *foliis aliquot deperditis*) ‖ 11 minore *R*^{1} *Iul.*^{bc} ‖ 12 quantocumque *Iul.*^{c} ‖ modum (modo *Iul.*^{c}) *app. Iul.*] *om. RVT vulg.* ‖ ordei *libri* ‖ aliam *R* ‖ 13 specie *R Iul.*^{w} ‖ quae] que *R*^{1} si que *V om. Iul.*^{w} ‖ in fructus (fructos *Iul.*^{bc1}) aridos *libri*] in fructibus aridis *vulg.* inter fructus aridos *coni. Contius* ‖ est] continentur (al. est *s. v. V*^{2}) *V*, *om. Iul.*^{bc1} ‖ dederunt *R* dederit *al.* ‖ credito *Iul.*^{bw} ‖ partem modii *Iul.*^{c} partem hodii *Iul.*^{b} patre medii *V*^{1} ‖ octauo *R*^{1} ‖ 14 anno *om. V* ‖ praestanda *cet.*] nda terrulas — 16 et hanc *scr. R*^{2} *in ras.* 4 *lin.* ‖ coloni *Iul.*^{bw} ‖ audeant *Iul.*^{c} ‖ 15 detinere] et tenere *Iul.*^{b} ‖ cautiones *Iul.*^{w} ‖ in *om. Iul.*^{b} ‖ siue sine scriptis *post* contracta *coll. Iul.*^{c} ‖ si *V Iul.*^{bc}] sin *R*(²) *vulg.* et *Iul.*^{w} ‖ 16 per singulos solidos *Iul.*^{c} ‖ annuo *Iul.*^{bw} ‖ 17 praesentis *Iul.*^{c} ‖ accipiente *Iul.*^{b} ‖ omne autem aevum] omni autem euo *Iul.*^{b} omni aeuo *Iul.*^{c} o *cum spatio* 7 *fere litt. R* ‖ 18 fuerint *Iul.*^{b} ‖ ordeum *libri* ‖ funeratum *R*^{1} ‖ arridi *V* andri *R*^{1} ‖ aridi — 19 tam *et* m pro usuris octa *in Iul.*^{b} *margine detrito deleta sunt* ‖ 19 derunt *Iul.*^{c1} erunt *Iul.*^{w} ‖ octaua modii parte *app. Iul.* ‖ annua *Iul.*^{c} annuam *om. R*^{1} ‖ 20 siliquas *Iul.*^{c} si aliquam *V*^{a} ‖ solido] sing *cum spatio* 2 *litt. V*^{1} ‖ farnus permanserint *Iul.*^{b} ‖ 21 acciperunt *Iul.*^{b} acciperint *Iul.*^{w} ‖ forte] q̊q̊ (ss) *Iul.* ‖ peccora *V* pecoras *Iul.*^{wc} ‖ mancipias *Iul.*^{c} ‖ 22 hanc] hec *Iul.*^{bc1} ‖ cummunem *Iul.*^{b} ‖ humanitatem *Iul.*^{w} ‖ 24 in omnes prouincias *et* 25 gubernantur *app. Iul.* ‖ moderamine *om. Iul.*^{w} ‖ 25 festinent *Iul.*^{c} ‖ quod si] ut si forte *app. Iul.* ‖ haec] hoc *R Iul.*^{b} ‖ comiserint *Iul.*^{b} miserit *Iul.*^{c} ‖ 26 exactione *Contius*] et actione (actionem *R*^{1} accidē *V*^{a}) *libri* ‖ cadat *Iul.*^{w} cadent *Iul.*^{b} *vulg.* ‖ cui] cō *Iul.*^{c} ‖ fenus] penitus *app. Iul.* ‖ solutum *R*^{1} ‖ ut] ut et *R* ‖ securus degat auarum *V vulg.*] secutus delat (degat *c*^{2}) auarum *Iul.*^{bc} secutus delata uero *Iul.*^{w} degat securus auarum (delatarum *R*^{2} aurum *T*^{1}) *RT* ‖ 28 *subscr.* die XVIII. k. iul. *Iul.*^{w}, dat. v. kal. mart. constant. bilisario uiro clar. c. *T*, *om. cett.*, *ἐξεφωνήθη δὲ ὡσαύτως μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*, *om. Ath.* (*cf. p.* 240, 18. 31)

XXXV. Auth. XXXVII

℞ DE ADIUTORIBUS QUAESTORIS ℞

Idem A. Triboniano quaestori.

Inter viros devotos memoriales tam sacri nostri scrinii memoriae quam epistolares nec non libel-
lenses et adiutores viri excelsi pro tempore quaestoris multas dubitationes scimus esse emersas temporibus
Thomae gloriosissimae recordationis, cum is quaestoriam nuper tam sacri scrinii memoriae quam episto-
larum gubernabat censuram, adiutoribus quidem asserentibus in scrinio quidem memoriae duodecim esse
antiquitus adiutores, in aliis autem duobus scriniis, id est sacrarum epistolarum et sacrorum libellorum,
in unoquoque septenos numero; sed postea sic effusam esse licentiam, ut innumerabiles paene adiutores
extarent temporibus Iohannis viri magnifici quaestoris, cum per prolixum tempus tale gessisset officium;
1 et Proculum excelsae memoriae de confusione adiutorum imperiali culmini suggessisse, et divino nutu
sacram constitutionem esse promulgatam, qua cavetur antiquo, id est XXVI, numero tantummodo quae-
storis adiutores concludi et non licere alium subrogari, donec in praedictum numerum agmen adiutorum
redigatur, omnibus superfluis paulatim deminutis: licentia primatibus tantummodo adiutoribus data in sua
loca alios subrogandi, id est in scrinio quidem memoriae tertium [primum] locum optinenti et laterculensis
nomen ineunti, in aliis autem duobus scriniis, id est epistolarum et libellorum, in secundum gradum ve-
nientibus et melloproximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam haberent alium sibi subrogare.
2 Posteaque eundem prudentissimae memoriae virum bene existimasse multos inveniri, qui non possint propter
varias difficultates quae humano generi positae sunt per se divina ministeria peragere, et iterum verbo ad
imperiale fastigium suggessisse, et pragmaticam subsecutam esse sanctionem, quatenus liceret et eis alium
in suum locum subrogare hominem idoneum ad tale ministerium peragendum et condignum quaestoris
3 electione atque a pro tempore quaestore eandem licentiam accipientem. Et haec quidem esse subsecuta
temporibus Proculi magnificae memoriae; verum opus quaestorium transivisse, et tunc ex altercationibus
quorundam memorialium eandem licentiam per aliam constitutionem esse sublatam, ut nemini liceat in suum
locum alium subrogare, ne quasi venalitas et sordidum mercimonium versari videretur inter homines qui
sacrae vocis nostrae ministri esse noscuntur: tribus tantummodo exceptis quibus supradicta constitutio
huiusmodi praestitit licentiam.
4 Cum igitur in praesenti comperimus eos, qui confectioni legum a nobis elimatarum et in ordinem
per tuam excellentiam digestarum suum ministerium praebuerunt, dignos esse fungi adiutoris officio, quam-
vis cordi nobis est praedictum adiutorum numerum in sua stabilitate decurrere, tamen eos idoneos con-
5 stitutos huiusmodi spe defraudari nullo modo iustum esse aestimamus. Pragmaticam itaque sanctionem,
quae a Proculo quidem excelsae memoriae rite est inventa et ad imperiale culmen relata est et ex hoc
promulgata, postea autem per quorundam contentiosam instantiam sublata, renovamus et licentiam damus
omnibus XXVI adiutoribus in sua loca alios subrogare, idoneos tamen et quos pro tempore quaestor
sacrosanctis evangeliis propositis elegerit et mandata eis in scriptis praestiterit, ut centenis solidis tantum-
modo datis habeant licentiam homines praedicto opere digni iudicati in deficientium vel alio modo desi-
stentium loca pervenire et adiutoris officium peragere. His qui in tribus gradibus, id est in scrinio quidem
memoriae laterculensis, in aliis autem duobus melloproximi ascenderint, etiamsi inter viginti et sex ad-
6 iutores taxati non fuerint, licentiam habentibus in sua loca adiutores inferre: ita tamen, ut tam latercu-
lensis quam melloproximi licentiam habeant quanti potuerint tanti loca sua vendere, cum iniquum est his
quibus nihil a nobis additum est aliquid derogare; nam et ante hanc legem permissum erat eis suum offi-
cium in alios transferre. Hi itaque et venditionis ius habeant et quanti potuerint pacisci tanti et vendant:
aliis autem, quibus ius venditionis praestitimus, non ultra centum solidorum summam hoc facere liceat.
7 Sive autem laterculenses sive melloproximi sive alii quibus ex hac lege hoc concessum est suum officium
in alios transponere maluerint, is qui subrogetur talis ordinandus sit, qualem quaestoria censura elegerit,
nec ex huiusmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore gloriosissimi quaestoris administratio
cadat. Si enim dignas sua industria mercedes homines quos iam enumeravimus accipiant, numerus ad-

Nov. XXXV (= Authent. XXXVII) Latine tantum extat. ʽ*οὔτε ἡ λε′ περὶ τῶν βοηθῶν τοῦ κοιαίστωρος· καὶ αὐτὴ οὐχ ευρέθη:*ʼ *M.* — *Epit. Theod.* 35 (*inde L et B* 6, 6, 16), *Athan.* 22, 4. *Iulian. const. XXVI.*

2 *rubr.* De auditoribus quaestoris ℞ *t* (*in R novellae XXXV* [*Auth. XXXVII*] — *XXXVIII* [*Auth. XL*] *omissae sunt*) De adiutoribus quaestoris V^2 *in mg., rubricator cod. V errore rubricam novellae XXXIX* [*Auth. XLI*] *inscripsit* De restitutionibus et ea que parit in decimo mense post uiri mortem ‖ 3 tribuniano *libri* (*Ath.*) ‖ 4 *initium* inter uros deutos *citat L* ‖ nostri *om. V* ‖ quam] que *V* ‖ 5 quaestores Vt^1 ‖ scimus] scrinius *t* ‖ 6 his *V* ‖ quaestoriam] quaestor iam *libri, vulg.* ‖ nuper tam *Zachariae*] gubernatam *libri* ‖ epistolares *t* ‖ 7 quidem] quidam *t* quedam *V* ‖ aserentibus *V* ‖ quedam *libri* ‖ 8 id est] idem *Vt* ‖ 9 septonos V^a ‖ numeros *libri* ‖ post eam *V* ‖ licentiam ut] licen et *V* ‖ 10 iohanni uiri magni *V* ‖ 11 Proculum] *cf. Io. Lydus de mag.* 3, 20 ‖ imperialis *t* ‖ culmini suggessisse et *vulg.*] culminis ut gessisset (gessisse *V*) *t V* ‖ diuino nutu *V*] nuto ūnt (ūnt *del.*) diuino *t* ‖ 12 constitutionem] *Cod.* 12, 19, 13 ‖ id est] idem *t* (*et sic* 15. 16. 37) ‖ tantummodo — 13 numerum *om. V* ‖ 13 et non *Neob.*] et tamen *t* nec tamen *vulg.* ‖ 14 licentiam *V* ‖ primatibus] partibus *libri* ‖ 15 scripnio *V* ‖ primum *om. Neob.* ‖ 16 ineunt *libri* ‖ 17 ingredientibus] ut ingredientibus *V* ‖ hii *V* ‖ habeat *V* ‖ subrogarent *t* ‖ 18 inuenire *V* ‖ 19 uacuas t^1 ‖ humani *V* ‖ generi *om. V* ‖ ministeria *V* ‖ 20 sanctionem] *cf. Cod.* 12, 19, 15 § 2 ‖ liceret *vulg.*] licet *Vt* ‖ aplium *t* ‖ 21 misterium *V* ‖ et *om. t* ‖ dignum *V* ‖ quaestoris (*cf. Iulian.*)] quaestori *t* quaestioni *V* quaestoria *vir doctus in marg. Pithoeanae* ‖ 22 atque *V*] *om. t vulg.* ‖ subsecutam *V* subsequutam *t* ‖ 23 quaestiorum *V* quaestionum *t* ‖ transivisse et *Zachariae*] transiuit *libri. Nisi plura exciderunt* ‖ ex *om. t* ‖ 24 alia *V* ‖ constitutionem] *Cod.* 12, 19, 15 ‖ locum suum *V* ‖ 25 uenditas *V* ‖ uersati *V* ‖ inter homines *V*] *om. t vulg.* ‖ 28 legi *V* ‖ 29 digestorum *t* ‖ 30 praedicatum *libri* ‖ adiutorum *Osenbrüggen*] adiutorium *libri* ‖ numerum *V al.*] meum *t vulg.* ‖ decurre *V* ‖ 31 spe *om. t vulg.* ‖ existimavimus *vulg.* ‖ 32 quae] sue *libri* ‖ 33 aut *V* ‖ sublatam *Vt* ‖ 34 et quos] et *om. V* ‖ 35 praepositis *V* ‖ 36 habeat *libri* ‖ iudicato *V* ‖ 38 melloproxima *V* ‖ 39 fuerit *Vt* ‖ ut cum laterculinsis *V* ‖ 40 habeat *Vt* ‖ uenire *V* ‖ 41 aditum *Vt* ‖ 42 alios] aliis *libri* ‖ hii *V, om. t vulg.* ‖ ius] suis *V* ‖ habeat *t* ‖ pascisci *V* ‖ uendatur *t* uendat *V* ‖ 43 summa *V* ‖ 44 aut *V* ‖ hoc *om. vulg.* ‖ suum] siue *t* ‖ 45 maluerit his qui *V* ‖ quaestori accensure legerit *V* quaestori accessure elegerit *t* ‖ 46 ne *t* ‖ 47 *si] sic *libri* ‖ digna *V* ‖ mercedis *V* ‖ enumeramus *V* ‖ accipiant *t*] accipiat *V* accipient et *vulg.*

8 iutorum sine ulla confusione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocumque modo
loca eos taxari, qui in legum confectione tuae sublimitati suum ministerium praebuerunt, id est Theodo-
sium et Epictetum et Quirillum et Sabbatium et Perigenen, hoc eis donamus, ut offerentes centenos solidos
ante alios omnes in loca adiutorum qui sua sponte recedere maluerint subeant, scilicet unusquisque ex his
9 quinque memorialibus in scrinium suum officium adiutoris impleturus. Illo etiam observando ut, etsi quis
ex viginti sex adiutoribus ab hac luce fuerit subtractus, in suos heredes vel liberos, licet heredes non sint,
huiusmodi beneficium transmittat, ut in locum eius alius adiutor subrogetur, centenis quidem solidis ab eo
offerendis, pro tempore autem sublimissimo quaestore electionem eius qui subrogetur secundum quod su-
10 perius dictum est faciente. Praerogativam autem, quam quinque memorialibus speciali dedimus beneficio,
ita eis donamus, si ille qui deficiat non habuerit filium iam utilem, iam idoneum ad peragendum adiutoris
officium et a pro tempore gloriosissimo quaestore aptissimum secundum praedictam observationem iudica-
tum; talem enim filium sperni et ad alium advenam pervenire satis durum atque inhumanum est. Aliis
videlicet omnibus si quae in praedictis constitutionibus continentur in suo robore durantibus.

11 Quae igitur nostra sanxit aeternitas, sinceritas tua scriniis quorum ⟨interest⟩ manifestare festinet, quatenus sciant et quae a nostra maiestate disposita sunt et quantum eis accessit ex tua suggestione nostraque liberalitate.

Dat. x. kal. Iun. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

XXXVI. Auth. XXXVIII

℞ UT HI QUI IN AFRICA SUNT INTRA QUINQUENNIUM COMPETENTES SIBI RES USQUE AD CERTUM GRADUM DEBEANT VINDICARE ℞

Idem A. Salomoni pp. Africae.

Omne infinitum et perperam effusum merito et incivile et incompositum esse credentes certis finibus nostras actiones limitare censemus. Nuper itaque in Africa nostra, quam deus Romanae dicioni nostris vigiliis subiugavit, sacram pragmaticam sanctionem promulgavimus, ut omnes quae iam Uuandalicis temporibus amiserunt ea possint a detentatoribus iniustis tam abstrahere quam sibimet vindicare, et quinquennale spatium statuimus intra quod liceret hoc facere. Quam sanctionem in suo quidem robore manere volumus, sed cum certo moderamine certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annositate elapsa et antiquis generibus paene deletis calumnias veteres resuscitare et invicem sibi molestias ingerere et in tanta pace bella gerere intestina.

1 Per hanc itaque legem sancimus, si quis praetendat res vel ad se vel ad patrem suum vel ad avum
pertinere et inique contra leges nostras ab aliis detineri, posse eas recuperare, scilicet antea legi cognitis
probationibus praestitis, vel ab instrumentis legitimis recitandis vel a testibus idoneis educendis et quorum
gravitas iudicibus acceptabilis sit, videlicet cognitionali certamine agitato: et extendi hanc nostram con-
2 stitutionem tantummodo ad patres et avos, non autem ad alium gradum superiorem. Et hoc in utrumque
videlicet sexum sancimus, ut quod suum vel ad patrem vel matrem vel avum vel aviam quisque eius mas-
culus sive femina pertinuisse ostenderit, hoc ab iniustis detentatoribus abstrahat, ulteriore requisitione pe-
nitus quiescente, ⟨ne⟩ quis proavum suum vel abavum vel atavum, vel proaviam vel abaviam vel ataviam
inducens miserae posteritati calumniae cumulum ingerat. Hocque et in transversa linea observari praeci-
pimus, ut usque ad tertium gradum tantummodo stetur, id est ad fratres et germanas, ad patruos et amitas,
3 et avunculos et materteras, non autem ad alios superiores agnationis seu cognationis gradus. Et si quis
huiusmodi quaestionem deferre sit paratus, non alibi, sed ad iudicium sublimitatis tuae vel praesidum pro-
vinciarum et insularum stricto iudicio celebrato huiusmodi praebeat probationes, et non ex una parte neque
in aliis provinciis vel in hac florentissima civitate, sed tantummodo in Africa dioecesi, praesentibus adver-

Nov. XXXVI (= *Authent. XXXVIII*) *Latine tantum extat.* — *Epit. Theod.* 36 (*inde L et B* 45, 6, 2), *Athan.* 19, 2.

2 legum] locum uel legum *t* ‖ sublimitatis suum misterium *t* ‖ 3 epictectum *V* epicteum *t vulg.* ‖ quurillum *V* ‖ sabbatium *V*] sabatium *Neob.* sabacium *t vulg.* ‖ perigenen *V Neob.*] perigeneri *t* ‖ 4 in *om. t vulg.* ‖ malucrit *t* ‖ his *om. t vulg.* ‖ 5 in scrinio suo *malit Zachariae* ‖ impleturos *libri* (unoquoque — impleturo *malit Zachariae*) ‖ 7 ut *om. V* ‖ alius *V*] *om. t vulg.* ‖ 8 aut *t* ‖ questorem *V* ‖ electione *t* ‖ secundum eius (ius *corr.* V^b) quod *V* ‖ 9 fatientem V^a ‖ 10 habuerit *V*] habuit *t vulg.* ‖ 11 pro tempore] praetore *t* ‖ aptissimum] est *add. t* (esse *add. vulg.*) ‖ iudicatum *vulg.*] iudicandi *V t* iudicanti *Neob.* ‖ 12 advenam] aduenìam *t* uenam *V* ‖ 14 interest *add. vulg.* ‖ 15 suggessione *V* ‖ 16 libertate *V* ‖ 17 *subscr. om. V* ‖ x kal. iun. (iunius *Neob.*) *t Neob.*] xvi kal. iunias *Iul.*[b] (*om. Iul. codd. cett.*) *πρὸ ι′ καλανδῶν ἰουλίων Ath.*, *μηνὶ ἰουλίῳ Theod.*, v kal. Iun. *vulg.*, xv kal. Iun. *Zachariae* ‖ CP.] cap. *t* ‖ bilisa. uc. con. *t Neob.* (cons. uilisarii *Iul.*[bw] *ὑπατίας Βελισαρίου Ath.*)] *μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.* ‖ 18 *rubr. om. V in spat.* 4 *versuum* (*περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ διαδόχων Theod.*, *περὶ τοῦ τοὺς ἐν Ἀφρικῇ μέχρι πενταετίας τὰ ἀφαιρεθέντα ὑπὸ τῶν Βανδήλων πράγματα αὐτῶν εἴσω ῥητῶν βαθμῶν ἐκδικεῖν Ath.*) ‖ hii *t Neob.* ‖ affrica *t* ‖ competentem *t* ‖ 19 res usque *vulg.*] rebusque *libri* ‖ certum (*cf. Ath.*)] tertium *vulg.* ‖ 20 iudicare *libri* ‖ 21 salomon p̄p̄o *V* ‖ affrice *V t* (*et sic passim*) ‖ 23 nostras actiones *vulg.*] nos transactiones *libri* ‖ limitare *Osenbrüggen*] militare *t* militari *Val.* ‖ affrica *V t* ‖ deus romanae *Zachariae*] diu rome *V* diuae memoriae *t vulg.* ‖ 24 sacram *V*] nostram *t vulg.* ‖ sanctionem] *non servatur* ‖ qui *t* ‖ uuandalicis *V*] uandalicis *t* ‖ 25 ammiserunt *t* ‖ amiserunt captos sint ad temptatoribus *V* ‖ uendicare *t* ‖ 26 liceret *V Neob.*] liceat *t vulg.* ‖ robore manere] robore V^a roborare V^b ‖ 27 cum] eum *t* ‖ diffinitione *t Neob.* ‖ afrīs *t* ‖ anositate *V* animositate *t* ‖ 28 *sq.* et in — gerere *om. V* ‖ 30 ad se *t*] a se *Neob.* se *V* ‖ ad avum] ad alium *V* auunculum *t* ‖ 31 inique *V*] in quae *t Neob.* ‖ nostras *V*] *om. t vulg.* ‖ detineris *V* ‖ 32 probationis *V* ‖ 33 cog̃itionali t^1 (cognationali *vulg.*) ‖ 34 et avos] ad auos *t* ‖ ad superiorem alium gradum *V* ‖ hoc] in hoc *V* ‖ 35 sexsum *V* ‖ quod] qui *vulg.* ‖ quisque *t Neob.*] quisquam *V* ‖ 36 sive] suum *V* ‖ pertenuisse *V* ‖ 37 ne *add. vulg.* ‖ attauum *et* attauiam *t* ‖ 38 induces *V* ‖ misere *V Neob.*] miscere *t vulg.* ‖ posteritati *V*] pietati *t vulg.* ‖ et in] et *t* in *V Neob.* ‖ lineia *V* ‖ 39 stetur *V Neob.*] stet *t vulg.* ‖ germanas *V*] germanos *t vulg.* ‖ ad patruos] et ad patruos *Neob.*; *leg.* et patruos? ‖ 40 abunculos *V* ‖ agnationis] ad agnitionis *V* ‖ 41 deferre *V*] differre *t Neob.* ‖ 42 insularum stricto] insulae Sardiniae (*cf. Cod.* 1, 27, 1 § 12. 2 § 32) *coni. Zachariae* ‖ probationis *V* ‖ 43 diocesi *libri*

4 sariis suis, et tunc mereat nostri numinis nostraeque constitutionis auxilium. De fide enim generis pro-
bationes praestari ex una parte nullo concedimus modo, et si quis huiusmodi acta ostenderit quasi in hac
florentissima civitate confecta vel in alio loco, ea non esse audienda censemus, licet antea hoc fuerit per-
missum. Inventa etenim circa tales requisitiones summa calliditate respuendas esse huiusmodi concinnitates
5 sancimus, ne dum sua reddere cuidam cupimus, alienas ei substantias dolose accipere concedamus. Rerum
autem requisitionem secundum antelatum modum apud sublimitatem tuam vel praesides provinciarum intra
definitum tempus nostrae sanctioni fieri volumus, id est in quinquennium, anno qui iam transactus est ex
prioris pragmaticae sanctionis editione in quinquennium computando, ut actor reliquum habeat quadrien-
nium ad huiusmodi inquisitionem, scilicet si temporis computatio legitimas exceptiones excedit. Huiusmodi
enim quadriennii metas praeterire nullo patimur modo, ne immortalis fiat iudiciorum completus.
6 Quae igitur pro securitate Africae mea sanxit aeternitas, haec sublimitas tua per edicta sua in om-
nem Africanum tractum proponenda manifestare cunctis civibus Africanis deproperet, ut omnes quod in
transactis annis observari oporteat scientes hoc observare festinent. De cetero enim si quis casus talis
emerserit, successiones omnes et temporales cursus sic procedere disponimus quemadmodum in omnibus
terris nostro orbe inclusis sacratissima iura disponunt, et sint et descendentium et ascendentium et ab
utroque latere venientium gradus omnes et temporales cursus intacti, quemadmodum generales nostri nu-
minis leges eos omnibus tradiderunt.

Dat. kal. Ian. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

XXXVII. Auth. XXXIX

DE AFRICANA ECCLESIA.

Idem A. Salomoni pp. Africae.

Venerabilem ecclesiam nostrae Carthaginis Iustinianae ceterasque omnes Africanae dioeceseos sacro-
sanctas ecclesias imperialibus beneficiis relevare noctu dieque festinamus, ⟨ut⟩, postquam nostrae reipublicae,
1 per dei praesidium a tyrannis abreptae, sociatae sunt, nostras etiam sentiant liberalitates. Cum igitur Re-
paratus vir sanctissimus sacerdos eiusdem nostrae Carthaginis Iustinianae, qui venerando concilio totius
Africae sanctissimarum ecclesiarum praeesse dignoscitur, una cum ceteris eiusdem provinciae reverentissimis
episcopis litteris propriis per Theodorum virum religiosum diaconum et responsalem eiusdem venerabilis
ecclesiae civitatis Carthaginis Iustinianae destinatis nostram deprecati sunt maiestatem possessiones eccle-
siarum totius Africani tractus tyrannico quidem tempore ablatas eis, post victorias autem caelesti praesidio
nobis ⟨contra⟩ Uuandalos praestitas per nostri numinis piam dispositionem eis redditas, salva in quocum-
que loco constituta videlicet tributorum solutione, firmiter possidere secundum legis tenorem quae iam super
hac causa promulgata est, petitionibus eorum prono libentique animo duximus annuendum.
2 Ideoque iubemus sublimitatem tuam suis disponere praeceptionibus, ut praedictas possessiones, salva
prout dictum est tributorum ratione, venerabiles ecclesiae tam nostrae Carthaginis Iustinianae quam om-
nium civitatum Africanae dioeceseos firmiter possideant et sine ulla concussione, a nullo penitus abstra-
3 hendas. Si quas autem alias possessiones sive domus sive ecclesiarum ornamenta apud aliquos vel Arianos
vel paganos vel alias quaslibet personas detineri probatum fuerit, ea quoque omnimodo sine aliqua di-
latione avelli et sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei adsignari, nulla prolixitate temporis his qui easdem
res inique detinent uti concedendis, sed earum restitutionem omni explosa machinatione facere compellen-
dis, quia non patimur sacratissima vasa vel ornamenta venerabilium ecclesiarum aut alias possessiones
apud paganos vel alias personas detineri; et lex quae nobis antea prolata est sat abundeque huiusmodi
4 capitulo consultum fecit. Alterius etiam nostrae constitutionis praerogativa, quam pro ecclesiasticis feci-
mus rebus et possessionibus, Africae quoque venerabiles ecclesias perpotiri censemus, et secundum eius

Nov. XXXVII (= Authent. XXXIX; eadem in parte codicum Nomoc. XIV tit. 4, 13. 8, 10. 9, 25 *citatur ἡ ριβ' νεαρά) Latine tantum extat. — Epit. Theod.* 37 (*inde L et B* 1, 1, 49–52), *Athan.* 2, 6 (*inde Coll. const. eccl.* 3, 2, 6).
§ 2. 3 *summarium exhibet Nomoc. XIV tit.* 8, 10.

---

1 nunc *V* ‖ nostraque *V* ‖ probationis *V* ‖ 2 ex una parte praestari *t vulg.* ‖ 3 praemissum *V* ‖ 4 concinnitatis *t* concinationis *V* comunicationis *Neob.* ‖ 5 substantias *V Neob.*] subiectas *t* ‖ reum *t* ‖ 7 id est *V Neob.*] *om. t vulg.* ‖ anno *Zachariae*] annum *libri* ‖ qui] quod *V* ‖ iam] tam *t* ‖ 8 editione] seditionis *V* ‖ quinquennio V^{a} ‖ auctor *V* ‖ 9 excede *V* excedat *vulg.* ‖ 10 quadriennii metas *Heimbach*] quadriennium etas *V* quadriennii etas *t* ‖ patitur *t* ‖ ne *t*] *om. V Neob.* ‖ 11 mea sanxit] me anxit *V* ‖ dicta *V* ‖ 12 affricanam V^{a} ‖ tractatum *t* ‖ deperet *V* ‖ quod *V Neob.*] qui *t* quid *vulg.* ‖ 13 hoc] hac *V* haec *t* ‖ 14 emerscere *V* ‖ temporales *V Neob.*] temporis *t vulg.* ‖ sic] si *V* ‖ 15 disponunt *Beck*] disponi ut *V t* ‖ et ascendentium *om. t vulg.* ‖ 16 generalis *V* ‖ 17 tradiderunt omnibus *t vulg.* ‖ 18 *subscr. om. V, Ath.* ‖ kal. ian. *Neob.*, kal. iãn. (*sic*) *t* *μηνὶ ἰαννουαρίῳ Theod.* ‖ cap. *t* ‖ bilis. (libis. *Neob.*) uc. con. (contra *t*) *Neob. t*, *μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.* (*sed cf. Zachariae edit. p.* 17 *n.* 6) ‖ 20 *rubr. om. V in spatio vac. — Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν Theod. Ath.* (*Ἡ ... περὶ τῶν ἐκκλησιῶν Ἀφρικῆς ... λζ* [*ριβ' codd. aliquot*] *νεαρά Nomoc. XIV tit.* 4, 13. 9, 25) ‖ 21 salomon ppo *V* ‖ 22 cartaginis (*et sic fere constanter*) *V t* ‖ affrice *t* ‖ dioeciseos *V* dioceseos *t* ‖ 23 ut *add. vulg.* ‖ 24 abrepte *V*] direptae *t vulg.* ‖ sotiate *V*, societate *Neob.* societates *t vulg.* ‖ Reparatus *Pithoeus* (*cf. Procop. de bello Vandal. II* 26, *al. ap. Mansi Concil. coll. VIII p.* 841. 848. 850)] separatus *libri* ‖ 25 uir *V*] ut *t vulg.* ‖ qui *t vulg.*] quae *V* ‖ consilio *V* conscilio *t* ‖ 26 ecclesiarum *om. V* ‖ una *V*] iura *t Neob.* ‖ provinciae *om. V in spat. vac.* 2 *litt.* ‖ 27 litteris *V*] *om. t vulg.* ‖ diaconem *V* ‖ numerabilis *t* ‖ 28 cartaginis ciuitatis *t vulg.* ‖ 29 ablatias *V* ‖ eius *t* ‖ 30 contra *add. vulg.* ‖ praestitam *libri* ‖ nostris *V t* ‖ numinis *om. t vulg.* ‖ 31 constitutas *libri* ‖ legis] *non servata est* ‖ 32 haec *libri* ‖ prono] pro non *t* ‖ 34 tam *vulg.*] cum *libri* ‖ 35 diociseos *t* dioecis con *V* ‖ 36 quas] quis *t vulg.* ‖ arrianos *t* ‖ 38 auelli *V*] *om. t vulg.* ‖ 41 detinere (decinere *t*) *libri* ‖ ante *V* ‖ sat *dedi* (satis *Zachariae in add.*)] sit *libri* sic *vulg.* ‖ habundeque *t* ab eundem quae *V* ‖ 42 capitulum *V* ‖ etiam] et *V* ‖ constitutionis] *Cod.* 1, 2, 21 (*cf. nov. VII c.* 8). 23 ‖ prorogatiua V^{a} praerogatam *t* ‖ 43 africam *Neob.* affricane *V* affricã de *t* ‖ uenerabilis *V* ‖ perpatri *V* ‖ eius *om. V*

tenorem licentiam eis damus res proprias et possessiones recuperandi a quacumque persona per provinciam
occupatas, ut possint quicquid ad eas pertinens ablatum est vel fuerit ab iniquis detentatoribus vindicare.
5 Curae autem erit tuae sublimitati, quatenus neque Arianis neque Donatistis nec Iudaeis nec aliis qui
orthodoxam religionem minime colere noscuntur aliqua detur communio penitus ad ecclesiasticos ritus, sed
omnimodo excludantur a sacris et templis nefandi, et nulla eis licentia concedatur penitus ordinare vel
episcopos vel clericos aut baptizare quascumque personas et ad suum furorem trahere, quia huiusmodi
sectae non solum a nobis, sed etiam ab anterioribus legibus condemnatae sunt et a sceleratissimis nec
6 non inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem haereticos secundum leges nostras quas imposuimus
publicis actibus amoveri, et nihil penitus publicum gerere concedantur haeretici nec aliquam administratio-
nem quibuslibet subire ambitionibus, ne videantur haeretici constituti orthodoxis imperare, cum sufficit eis
vivere, non etiam sibi aliquam auctoritatem vindicare et ex hac orthodoxos homines et dei omnipotentis
7 rectissimos cultores quibusdam afficere detrimentis. Rebaptizatos autem militiam quidem habere nullo
modo concedimus, paenitentiam autem eorum, si ad orthodoxam fidem mente purissima venire maluerint,
non respuimus, sed damus eis licentiam hoc faciendi, quia et deo omnipotenti nihil ita est acceptabile ut
peccantium paenitentia. Iudaeis insuper denegamus servos habere Christianos, quod et legibus anteriori-
bus cavetur et nobis cordi est illibatum custodire, ut neque servos orthodoxae religionis habeant neque, si
8 forte catechumenos accipiant, eos audeant circumcidere. Sed neque synagogas eorum stare concedimus,
sed ad ecclesiarum figuram eas volumus reformari. Neque enim Iudaeos neque paganos neque Donatistas
neque Arianos neque alios quoscumque haereticos vel speluncas habere vel quaedam quasi ritu ecclesiastico
facere patimur, cum hominibus impiis sacra peragenda permittere satis absurdum est.
9 Privilegia insuper sacrosanctae ecclesiae nostrae Carthaginis Iustinianae omnia condonamus quae
metropolitanae civitates et earum antistites habere noscuntur, quae etiam Codici nostro in primo eius libro
segregata sacrosanctis ecclesiis suum honorem praestare noscuntur: ut civitas quam nostri numinis cogno-
10 mine decorandam esse perspeximus imperialibus etiam privilegiis exornata florescat. Confugas etiam, qui
ad venerabiles ecclesias et earum fines convolare festinant et suae saluti prospicere, nulli penitus licere
sacrilegis manibus ab his abstrahere, sed eos venerabilibus locis debita reverentia perpotiri, nisi tamen
homicidae sint vel virginum raptores aut Christianae fidei violatores: illos etenim qui talia facinora com-
mittunt nullis esse dignos privilegiis quis non confiteatur? cum non potest sacrosancta ecclesia et ho-
11 mines iniquos adiuvare et hominibus laesis suum adiutorium praestare. Sin quid praeterea sacrosanctae
ecclesiae saepe dictae nostrae Carthaginis Iustinianae vel aliis venerabilibus ecclesiis Africanae dioeceseos
a quacumque persona pro suae salute animae oblatum est vel fuerit quocumque modo legitimo seu in pos-
sessionibus seu in aliis quibuslibet speciebus, et hoc apud easdem venerabiles ecclesias manere firme, nullius
iniquis manibus abstrahendum, cum homines qui tam laudabiles tamque deo acceptabiles actus et pias fa-
cere oblationes deproperant satis et nos laudamus et dei caelestis remuneratur clementia.
12 Haec igitur omnia quae ad honorem sacrosanctarum dedimus ecclesiarum totius Africanae dioeceseos
per praesentem piissimam et in perpetuum valituram legem, quam omnipotenti deo dedicandam esse per-
speximus, sublimitas tua cognoscens firma illibataque custodire festinet et omnibus prout solitum est mani-
festare edictis ubique proponendis, ut nostra iussa summae pietatis rationem habentia ex omni parte in-
mutilata serventur; temeratoribus eorum poena decem librarum auri subdendis, aliaque gravissima nostri
numinis indignatione plectendis omnibus qui nostram dispositionem quocumque modo vel tempore violare
temptaverint vel violare concesserint.

Dat. kal. Aug. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

§ 6—8 *citat Nomoc. XIV tit.* 4, 13. 9, 25.

---

1 *sq.* recuperandi — possit *V*] *om. t vulg.* ‖ provinciam] pām *V* ‖ 2 possint *Heimbach*] possit *V* ‖ iniquis *V*] antiquis *t vulg.* ‖ uendicare *t* ‖ 3 arrianis *V t* ‖ 4 aliqua *V*] alia *t Neob. vulg.* ‖ detur *V Neob.*] detur omnino *t vulg.* ‖ communo *V* ‖ ecclesiasticus *V* ‖ 5 nefandi] et nefandi *libri* ‖ 6 ad *t*] a *Neob., om. V* ‖ quia] qua *V* ‖ 7 interioribus *V* ‖ condempnati *V* ‖ 8 nostras leges *V. Cf. Cod.* 1, 5, 12. 18 § 5. 10 ‖ 9 ammoueri *V* ‖ et *om. V* ‖ haeretici *om. V* ‖ nec aliquam — 10 haeretici *V Neob.*] *om. t vulg.* ‖ 11 orthodoxi *V Neob.* ‖ 12 afficere *V*] affrice *t* ‖ 13 penitentia *V* ‖ maluerit *t* ‖ 14 respuerint *V* ‖ hec *Neob.* ‖ 15 delegamus *t* ‖ 16 cordi esse illabatum *V* ‖ 17 cathecuminos *t* cathecuminus *V* ‖ accipiebant *t vulg.* ‖ audeant *om. t vulg.* ‖ 18 eas *V*] eos *t vulg.* ‖ 19 arrianos *V t* ‖ quadam *t* ‖ 20 sacre *V* ‖ peragendi *libri* ‖ promittere *t* ‖ 21 Priuilegia *V*] *om. t Neob. vulg.* ‖ 22 earum *Zachariae*] eorum *libri* ‖ etiam *V*] *om. t vulg.* ‖ Codici] 1, 2 ‖ 23 honore *V* ‖ nostris *V* ‖ 24 qui] quid *V* ‖ 25 conualere *V* ‖ *soluti *V* uoluntati *t Neob. vulg.* ‖ prospicere *V*] proficere *t Neob. vulg.* ‖ 26 sacrilegiis *t* sacris legis *V* ‖ 27 uel] nobis *t* ‖ aut *ex corr. V* ‖ 28 nullus *V* ‖ esse] causae esse *t*[1] ‖ quis] qui *V t* ‖ potest (poτ̄ *V* p̄ with τ above *t*) *libri*] poterunt *Heimbach* possint *vulg.* prosit *Zachariae in add.* ‖ *sacrosanctae ecclesiae *libri* ‖ 29 adiubare *V* ‖ Sin] In *V* Si *t vulg.* ‖ 30 dioceseos *V t* ‖ 32 easdem *V*] *om. t vulg.* ‖ 33 iniquis *V t*] in quibus *Neob.* ‖ 34 deproperare *t*[1] deproperari *t*[2] ‖ remuneratur *V Neob.*] remunerat *t* ‖ 35 dioceseos *libri* ‖ 37 et *V*[b] *t*] *om. V*[a] *Neob.* ‖ solitum *t*] solutum *V Neob.* ‖ 38 rationem *om. t vulg.* ‖ 39 temeratoribus *Pithoeus*] demetatoribus *libri* ‖ auri] a· *t* ‖ aliaque *V*] aliqua *t Neob.* ‖ grauissima *V*] graui *t vulg.* ‖ nostra *V*[a] ‖ 40 nostra dispositione *V* ‖ violare *Zachariae*] uiolari *V*, violare temptaverint vel *om. t vulg.* ‖ 41 *leg.* violari? ‖ 42 kal. aug. *V t Neob., Ath., μηνὶ αὐγούστῳ Theod.*; XVII kal. Aug. *malit Zachariae* ‖ bilisiario uc. con. *V* bilis. uc. contra *t* bibilis. uc. con. *Neob.*; *ὑπατείας Βελισαρίου* (*v. l. Βασιλείου*) *Ath., μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*

ΛΗ

ΠΕΡΙ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ ΩΣΤΕ ΕΝΝΑΟΥΓΚΙΟΝ ΚΑΤΑΛΙΜΠΑΝΕΙΝ ΤΟΙΣ ΕΑΥΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΑΙΣ ΠΑΙΣΙΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Οἱ τὴν πολιτείαν ἡμῖν πάλαι καταστήσαντες ᾠήθησαν χρῆναι κατὰ τὴν τῆς βασιλευούσης πόλεως μίμησιν ἀθροῖσαι καθ' ἑκάστην πόλιν τοὺς εὖ γεγονότας καὶ ἑκάστῃ σύγκλητον δοῦναι βουλήν, δι' ἧς ἔμελλε τά τε δημόσια πράττεσθαι ἅπαντά τε γίνεσθαι κατὰ τάξιν τὴν προσήκουσαν. οὕτω τοίνυν τὸ πρᾶγμα ἤνθησεν, οὕτως ἐφάνη λαμπρόν, ὡς τὰς μεγίστας τε καὶ πολυανθρωποτάτας οἰκίας βουλευτῶν εἶναι, πλήθους μὲν ὄντος τοῦ βουλεύοντος, τῆς δὲ δοκούσης εἶναι τῶν λειτουργημάτων βαρύτητος οὐδενὶ παντελῶς ἀφορήτου καθισταμένης· τῷ γὰρ εἰς πλῆθος διῃρῆσθαι τὸ βάρος ἀνεπαίσθητον σχεδὸν τοῖς τοῦτο ὑπομένουσιν ἦν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ μέρος ἤρξαντό τινες ἑαυτοὺς ἐξαιρεῖν τῶν βουλευτικῶν λευκωμάτων καὶ ἐξευρίσκειν προφάσεις δι' ὧν πως ἐλεύθεροι τούτων ἔσονται, εἶτα κατ' ὀλίγον ἠλαττώθη τὰ βουλευτήρια μυρίων ἐπινοηθεισῶν προφάσεων, ἐξ ὧν ἔμελλε τὰ μὲν ἴδια καλῶς ἕξειν, τὰ δὲ κοινὰ καὶ δημόσια διὰ πάντων ἐλαττοῦσθαι. διὰ τοῦτο εἰς ἄνδρας ὀλίγους περιστάντα τὰ λειτουργήματα κἀκείνοις τὰς οὐσίας κατέσεισε καὶ τὰς πόλεις οὕτως ἠλάττωσεν, ὥστε ὑπὸ τούτους εἶναι τοὺς ὀλεθρίους μισθωτὰς οὓς δὴ βίνδικας καλοῦσι. συμβέβηκεν οὖν τὸ πολίτευμα μεστὸν μὲν ἐλλειμμάτων, μεστὸν δὲ πάσης ἀδικίας γενέσθαι.

1 *Ταῦτα ἡμεῖς πολλάκις ἀνερευνώμενοι ᾠήθημεν χρῆναι θεραπείαν*

XXXVIII. Auth. XL

R DE NATURALIBUS IN CURIAM DEPUTANDIS VEL DE DISTRIBUENDA FACULTATE CURIALIUM IN FILIOS MASCULOS SEU FILIAS VEL SI SINE FILIIS FUERINT CURIALES IN QUOTAM PARTEM SUCCEDANT R

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. per Orientem.

⟨Praefatio.⟩ Qui rempublicam olim nobis disposuerunt, aestimaverunt oportere secundum regiae urbis instar adunare in unaquaque civitate nobiles viros et unicuique senatus dare curiam, per quam debuissent agi quae publica sunt atque omnia fieri secundum ordinem competentem. Sic namque res floruit, sic apparuit clara, ita ut magnae et populosae domus curialium essent, multitudine quidem existente curialium, quod autem functionum videbatur esse onus nulli omnino intolerabile existebat: nam quod in multitudinem dividitur onus insensibile propemodum facit eis, qui hoc sustinent. Quoniam autem per partes quidam coeperunt se eximere albo curiae et occasiones invenire per quas liberi harum efficerentur, sic paullatim deminutae sunt curiae innumeris excogitatis occasionibus, per quas potuissent specialia quidem bene habere, communia autem et publica deminui per omnia. Propterea ad paucos viros redactae functiones et illorum facultates commoverunt, et civitates ita deminutae sunt, ut sub istos perditos conductores quos vindices vocant redacta curia plena quidem defectibus, plena vero omni iniustitia fieret.

1 Haec nos saepe perscrutantes aestimavimus oportere medelam rei adhibere; et quantum nos in hoc

Nov. XXXVIII (= Authent. XL: gloss., cf. Biener Gesch. der Nov. p. 447) Graece extat in ML. — Epit. Theod. 38, Athan. 8, 1. Iulian. const. XXXV.

XXXVIII.

DE DECURIONIBUS UT FILIIS SUIS DECURIONIBUS RELINQUANT NOVEM UNCIAS.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Qui rempublicam nobis olim constituerunt, ad imitationem urbis regiae in unaquaque civitate viros nobiles colligendos existimarunt et unicuique senatum dandum per quem et publica negotia conficerentur et omnia recte atque ordine fierent. Atque ea res adeo floruit, adeo splendida apparuit, ut maximae essent et populosissimae domus curialium, cum et magna esset copia curialium neque munerum quod esse videbatur onus cuiquam omnino intolerabile esset; eo ipso enim quod inter magnum numerum dividebatur onus fere non grave erat iis qui id sustinebant. Ubi vero singuli eximere sese ex albo curiali coeperunt causasque reperire per quas forte ab eo liberarentur, tum paulatim deminutae sunt curiae sescentis causis excogitatis, ex quibus ut privatae quidem res bene se haberent, communes vero et publicae omnino deminuerentur evenit. Propterea ad paucos viros redacta munera et illorum ipsorum bona everterunt et civitates adeo imminuerunt, ut perditis istis mercennariis, quos quidem vindices vocant, subicerentur. Inde contigit, ut respublica cum defectibus tum omni iniustitia
1 *repleretur. Haec nos dum saepius perscrutamur, medicinam ei rei adhibendam reputavimus; et quo*

---

9 *ἐπάρχῳ L Ath.*] *ὑπάρχῳ M* ‖ 10 *αἰώας* L^1 ‖ 12 *ἡμῖν MLς*] *ἡμῶν cit. Theod. Ath.* ‖ 13 *ᾠήθημεν* L^1 ‖ 15 *ἑκάστῃ* L^2*ς*] *ἑκάστην M*L^1 ‖ 20 *οἰκείας L* ‖ 23 *τῷ Scrimger*] *τὸ MLς* ‖ 26 *λευκωμάτων*] *λειτουργημάτων* L^2 ‖ 28 *ἐπινοηθεῖς* L^1 ‖ 29 *ἤμελλεν L* ‖ 33 *ὥστε*] *ὥστε τοὺς L ὥστε αὐτοὺς Haloander* ‖ 34 *συμβέβηκεν οὖν τὸ πολίτευμα*] redacta curia *ς haec prioribus continuans* ‖ 37 *θεραπείας* L^1

---

4 distributoria *V* ‖ 6 si *om. V t* ‖ 7 fuerit *V* ‖ in quota parte *V* ‖ 8 succedunt V^a ‖ 16 qua *t* ‖ 16 *sq.* secundum ordinem fieri *t* ‖ namque] itaque *vulg.* ‖ re *t* ‖ 18 aperuit *V* ‖ 19 domos curiali autem essent *V* ‖ quidem] quod *t Neob.* ‖ 20 cūrialium *V* ‖ uidebatur *V*] uideatur *Neob.* debeant *t* ‖ 21 esse honus *V, om. t Neob.* ‖ intollerabile *V* ‖ 22 multitudine *V* ‖ honus *libri* ‖ 23 facit] *leg.* fuit *vel* fit? ‖ 24 quidam coeperunt *vulg.*] quidem ceperunt *t Neob.* qui deceperunt *V* ‖ 25 invenire *om. V* ‖ liberi] *in hoc vocabulo deficit t (f. 86ʳ)* ‖ 26 deminuta *V* ‖ sunt *om. V* ‖ 27 *quas] qua *Neob.* quae *V* ‖ 28 speciali *V* ‖ autem *om. V* ‖ 29 ad] et *libri* ‖ 30 uiros sed acte functionis *V* ‖ 31 ita *om. Neob.* ‖ 33 defacultatibus *V* ‖ 34 iustitie *V*

ἐπαγαγεῖν τῷ πράγματι· καὶ ὅσῳ περὶ τοῦτο ἡμεῖς πονούμεθα, τοσούτῳ πᾶσαν ἐξεῦρον οἱ βουλευταὶ τέχνην κατὰ τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως νενομοθετημένων καὶ κατὰ τοῦ δημοσίου. ἐπειδὴ γὰρ εἶδον ἀναγκαζομένους ἑαυτοὺς πᾶσι τρόποις τῇ βουλῇ φυλάττειν τὸ τέταρτον, καὶ τοῦτο μόλις ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν νόμοις ἀποτεθέν, ἤρξαντο διασπᾶν τὰς οὐσίας αὐτῶν, ὥστε ἄποροι τελευτᾶν καὶ οὐχὶ τὸ τέταρτον μέρος, ἀλλ' ὅλην ἐφεξῆς τὴν ἀπορίαν τῇ βουλῇ καταλιμπάνειν. εἶτα ἐπειδὴ καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἀποστερῆσαι τὸ βουλευτήριον ἔγνωσαν, ἤδη καὶ πρᾶγμα πάντων ἀσεβέστατον ἐπενόησαν, γάμων ἀπεχόμενοι νομίμων, ὥστε αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἄπαιδες τό γε ἐπὶ τῷ νόμῳ τελευτᾶν ἢ καὶ τῷ γένει καὶ τῇ βουλῇ χρήσιμοι φαίνεσθαι. καὶ αὖθις κατεπράξαντο πρώην τεθῆναι νόμον, ὃς δεκρέτου χωρὶς ἐπέτρεπεν αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δωρεῖσθαι, καίτοιγε τὴν πρᾶσιν μετὰ δεκρέτου γίνεσθαι τοῦ νόμου βουλομένου· ὁ δὲ οὕτως ἦν θαυμαστός, ὥστε μόνην τὴν πρᾶσιν ὑπάγειν τῇ τοῦ δεκρέτου προσθήκῃ καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἀνάγκαις, τἆλλα δὲ πάντα αὐτοῖς ἐφιέναι πράττειν καθ' ὃν ἠβούλοντο τρόπον. ταῦτα μετέστησε τὰς βουλευτικὰς οὐσίας εἰς ἕτερα καὶ ἕτερα πρόσωπα, οὐδὲν τῆς βουλῆς ἐντεῦθεν ἐχούσης. τοιγαροῦν εἴ τις ἀριθμήσειε τὰ τῆς ἡμετέρας πολιτείας βουλευτήρια, ἐλάχιστα εὑρήσει, τὰ μὲν οὔτε ἀνδρῶν εὐποροῦντα οὔτε χρημάτων, τὰ δὲ ὀλίγων μὲν
2 *ἴσως ἀνθρώπων, χρημάτων δὲ οὐδαμῶς. Ἤδη μὲν οὖν κατὰ μέρος ἐθήκαμεν νόμους ἡμεῖς τοὺς βουλομένους καὶ τὰς πράσεις καὶ τὰς δωρεὰς τὰς ἁπλᾶς καὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἐκποίησιν ἔχουσαν βουλευτικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ὑποκεῖσθαι δεκρέτῳ μετὰ τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ νόμῳ κειμένης παρατηρήσεως γινομένῳ. Εἶτα ὕστερον ἐπειδὴ μετὰ ψευδῶν αἰτιῶν ἐποιοῦντο τὰς δωρεάς, καὶ αὐτὸ καθάπαξ ἀνείλομεν τὸ δωρεὰν ἁπλῆν ποιεῖσθαι βουλευτὴν εἰς οἱονδήποτε πρόσωπον· ἐξείλομεν δὲ εἰκότως τὰς προγαμιαίας δωρεάς, ἐπειδὴ μηδὲ δωρεαὶ καθάπαξ εἰσίν, ἀλλὰ συναλλάγματός τε εἶδος ἐν ταύταις ἔγκειται καὶ παιδοποιΐας εἰσάγουσιν εὐπορίαν, ὅπερ ἡμῖν καὶ μάλιστα εἰς βουλευτὰς περισπούδαστόν ἐστιν. Ἔπειτα ὁρῶντες καὶ περὶ αὐτὸ*

laboramus, tantum omnem adinvenerunt curiales artem adversus ea quae recte iusteque sancita sunt et contra fiscum. Dum enim vidissent compelli se omni modo servare curiae quartam partem, et hoc vix per nostras leges impositum, coeperunt discerpere proprias facultates, quatinus minus idonei deficerent et non quartam portionem, sed omnem continuum paupertatem suam curiae derelinquerent. Deinde quoniam et ipsis corporibus fraudare curiam voluerunt, iam et rem omnium impiissimam adinvenerunt, a nuptiis legitimis abstinentes, ut eligerent magis sine filiis quam sub lege deficere aut generi suo vel curiae utiles apparere. Et rursus egerunt dudum poni legem, quae praeter decretum iubebat eis donare propria, cum quando venditionem cum decreto fieri eadem lex volebat: sed haec ipsa erat mirabilis, quae solam venditionem subiciebat adiectioni decreti et aliis exhinc necessitatibus, alia vero omnia derelinquebat eis agere secundum quem voluissent modum. Haec transtulerunt curialium facultates ad alias ⟨et alias⟩ personas, nihil exinde habente curia. Denique si quis denumerat nostrae reipublicae curias, attenuatas inveniat, alias quidem neque virorum neque rerum copias habentes, alias autem paucorum forsan hominum, rerum autem nihil penitus.

2 Igitur olim per partes nos protulimus sanctiones quasdam quippe volentes et venditiones et donationes simplices et omnem actum alienationem habentem immobilium rerum curialium subicere decreto cum observatione facta quae in illa lege posita est. Deinde post haec quia sub falsas causas faciebant donationes, et hoc omnino abrogavimus donationem simplicem facere curialem in quacumque persona: excepimus autem competenter antenuptiales donationes, eo quod neque donationes omnino sunt, sed contractus species in eis inserta est et filiorum procreandorum copiam introducunt, quod nobis et maxime in curialibus studii est. Post haec conspicientes et de hoc ipso circumscriptiones multas fieri, legem

magis nos in eo laboramus, eo magis curiales omnis generis artificia contra ea quae recte et iuste sancita erant et contra fiscum reppererunt. Cum enim viderent se omnibus modis cogi curiae quartam partem servare, idque vix in legibus a nobis latis esse positum, coeperunt bona sua dissipare, ut inopes decederent ac non quartam partem, verum omnem deinceps inopiam curiae relinquerent. Deinde cum etiam corporibus curiam privare animum inducerent, iam rem omnium impiissimam excogitarunt: qui a matrimoniis legitimis abstinuerunt, ut ita mallent sine liberis quod ad legem attinet decedere quam et generi et curiae utiles esse. Ac deinde effecerunt, ut nuper lex ferretur, quae sine decreto donare res suas ipsis permitteret, tametsi venditionem cum decreto fieri lex vellet; ea autem lex adeo mira fuit, ut solam venditionem adiectioni decreti et necessitatibus inde oriundis subiceret, reliqua vero omnia ipsis quem ad modum vellent agere permitteret. Haec fuerunt, quae bona curialia ad alias atque alias personas transferrent, ita ut nihil inde ad curiam redundaret. Quapropter si quis reipublicae nostrae curias numeraverit, admodum exiguas inveniet, cum aliae neque viris abundent neque pecuniis, aliae paucos forte homines, pecunias vero habeant
2 *nullas. Ac nos quidem iam singulas leges tulimus, quae et venditiones et donationes simplices et omnem actum qui alienationem rerum curialium immobilium contineret, decreto subici iuberent secundum observationem quae in lege illa scripta est faciendo. Postea cum ex falsis causis donationes facerent, id ipsum quoque plane vetuimus donationem simplicem conferre curialem in quamlibet personam: excepimus autem merito antenuptiales donationes, quoniam ne donationes quidem omnino sunt, sed contractus quaedam species in iis posita est et procreationis liberorum copiam praestant, quod quidem vel maxime in curialibus curae nobis est. Postea cum videremus hac quoque in re circumventiones multas fieri, legem scripsimus,*

4 *Ὑποκείσθω τοίνυν, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, ἡ ἡμετέρα διατύπωσις τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ, ἧς τὸ ἰσότυπον ἀποκείσεται ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἅμα τῷδε τῷ νόμῳ πρὸς αὐτὴν καταπεμπόμενον. Τοὺς μέντοι κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτους ὑπάτους θεσπίζομεν ἐκ μόνου τοῦ σοῦ δικαστηρίου τὸ ἰσότυπον τῆς ἀπογραφῆς λαμβάνειν τῆς τῷδε ὑποτεταγμένης τῷ νόμῳ, ὥστε κατ᾽ αὐτὴν ἅπαντα διδόναι. τὴν γὰρ ἀπογραφὴν διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ δίδοσθαι βουλόμεθα, ἵνα μήτε αὐτοῖς ἐξῇ παραβαίνειν μήτε τοῖς καλουμένοις βρεβιάτορσι νοθεύειν τι τῶν παρ᾽ ἡμῶν διατεταγμένων, ἀλλὰ κινδύνῳ τῶν φυλαττόντων ταύτην τὴν ἀπογραφὴν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ἐνδοξότητος δίδοσθαι τὸ ἰσότυπον αὐτῆς μεθ᾽ ὑποσημειώσεως τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος ταύτην, ἧπερ νῦν αὐτὸς ἐφέστηκας, ἵνα διὰ πάντων ἀνόθευτα ἡμῖν ᾖ τὰ παρ᾽ ἡμῶν διατεταγμένα. Δυσχεραινέτω δὲ μηδεὶς τῶν εἰς τὴν ὕπατον παριόντων τιμήν, εἰ μεμετρημένην οὕτως ποιησάμενος δαπάνην ὄνομα τῷ χρόνῳ γενήσεται. καὶ γὰρ δὴ πᾶν ὅσον*

ea die in ebrietatibus et potationibus omnia expendentes; si vero forsan spe lucri maioris etiam praeexpendisse contigit, postea vero aut nihil aut minus excipiat, etiam damnum et debitum habebit, et plagis et vulneribus et ex hoc malis incurrere cogitur. Si autem mediocre sit quod spargitur, nec vehementer contendent nec quaestus expectantes abundantiam vulnera et plagas alterutris ultra mensuram dabunt. Ideoque communem providentiam introducimus ex hac lege et communi reipublicae figurae, quatenus tempus habeat post imperium et consulis iugem memoriam atque vocabulum in gloriosissimis nostris iudicibus et qui ex maxima curia sunt, eo quod honorare nobis placet dignos non expendentes inmense; ⟨et⟩ decentem damus consolationem et nostro populo et aliis omnibus licet desperantibus iam causam, propterea quod superfluum est auferentes, ut consulatum inmortalem reipublicae statuamus.

4 Subiaceat igitur, sicuti praediximus, nostra dispositio huic legi, cuius exemplaria recondentur in foro tuae celsitudinis cum hac lege, quam apud eam direximus. Per tempora tamen gloriosissimos consules sancimus ex solo tuo foro exemplar descriptionis accipere huic subditae legi, ut secundum eam omnia dentur. Descriptionem namque ideo a sede tua dari volumus, ut nec ipsis liceat praevaricari nec his qui vocantur breviatores adulterari aliquid horum quae a nobis disposita sunt, sed periculo custodientium hanc descriptionem in foro tuae gloriae dari exemplar eius cum subscriptione cingulum habentis hoc cui nunc ipse praesides, ut per omnia inadulterata maneant quae a nobis disposita sunt. Difficultatem vero nullus habebit horum qui ad consulatus veniunt honorem, si mediocrem ita faciens expensam nomen tempori fiet. Etenim omne quicquid hactenus con-

ebrietatibus et potationibus omnia consumere; quodsi quid forte spe maioris lucri etiam antea expenderunt, deinde vero aut nihil aut parum accipiant, vel damnum insuper pati et cogi in verbera et vulnera et quae inde oriantur mala incidere. Si vero modicum sit quod spargitur, non vehementer contendent neque quaestus copiam expectantes vulnera et verbera sibi invicem praeter modum inferent. Quare communem providentiam ex hac lege etiam communi reipublicae formae statuimus, ut temporis designatio post imperatorem etiam consulis perpetuo habeat memoriam et appellationem inter gloriosos nostros magistratus quique ex magno senatu sunt, quoniam ex eo numero licet dignos honore afficere nec praeter modum expensas facturos; et idoneum solacium damus populo nostro et ceteris omnibus atque ipsis, qui iam rem desperarunt, cum propterea supervacanea sustulerimus, ut consulatum reipublicae immortalem efficiamus. 4 *Subiaceat igitur, sicut antea diximus, huic nostrae legi dispositio nostra, cuius exemplar in iudicio tuae sublimitatis recondetur una cum hac lege ad eam transmittendum. Gloriosissimos autem pro tempore consules sancimus ex solo iudicio tuo exemplar descriptionis huic legi subiectae accipere, ut secundum eam omnia dent. Descriptionem enim propterea a sede tua dari volumus, ut neque illis violare neque breviatoribus qui vocantur adulterari liceat quicquam eorum quae a nobis constituta sunt, sed periculo eorum qui hanc descriptionem in iudicio tuae gloriae custodiunt, exemplar eius detur cum subscriptione eius qui magistratum hunc cui tu nunc praees habiturus est, ut per omnia incorrupta maneant quae a nobis constituta sunt. Nemo autem eorum qui ad consulatus dignitatem perveniunt aegre ferat, si ita moderato sumptu facto nomen tempori dabitur. Etenim omne quidquid usque adhuc qui*

2 *τι M*] *τινες L, om.* ϛ ‖ 4 *ἢ οὐδὲν*] *ἢ om. L* ‖ *λάβοιεν καὶ ζημίαν προσοφλισκάνειν*] excipiat etiam damnum et debitum habebit ϛ ‖ 7 *ἦ*] *ἢ L* ‖ *φιλονικήσουσιν M* ‖ 8 *τὸ om. L* ‖ *τραύματα Zachariae ex* ϛ] *πρᾶγμα ML* ‖ 9 *καὶ L*ϛ] *om. M* ‖ 13 *ἐνδόξοις ML*] *ἐνδοξοτάτοις ex* ϛ *Haloander, vulg.* ‖ 14 *τῆς μεγάλης*] *τῆς με ex τούτων corr. L* ‖ 15 *ἐξ αὐτῶν πάρεστι*] nobis placet ϛ ‖ 16 *τῷ ἡμετέρῳ δήμῳ*] et nostro populo ϛ ‖ 19 *καταστήσομεν M* ‖ 23 *ἅμα τῷδε ex* ϛ *Zachariae*] *ἅμα δὲ ML* ‖ *καταπεμπόμενον*] quam — dereximus (*i. e. καταπεμπομένῳ*) ϛ ‖ 25 *σοῦ om. L* ‖ *τὸ*] *τοῦ* L^a ‖ 29 *sq.* **μηδὲ* *μηδὲ ML* ‖ *αὐταῖς ἔξει L* ‖ 34 *ὑποσημειώσασθαι* L^a *ὑποσημειω*| (*sic*) *M* ‖ 35 *ἐφέστηκεν L* ‖ 36 *ἡμῖν ᾖ M*] *ἡμῖν εἴη L* maneant (*i. e μείνῃ*) ϛ ‖ 37 *μηδ᾽ εἷς M, οὐδὲ εἷς L* ‖ *περιόντων* (*περιϊόντων* L^1) *ML, corr. Haloander*

1 ebritatibus R^1 ‖ 2 si vero] siue *T* ‖ etiam *om.* T^1 ‖ 4 excipiat *VT*] accipiat *R vulg.* ‖ etiam] et R^1 ‖ et debitum] aut debitum *T* ‖ 5 et vulneribus] et *om.* R^1 ‖ incurre T^1 ‖ 6 fit *T* ‖ quod] quidem T^1 ‖ 7 nec] ne *T* ‖ abundantiam] habundantia *RVT* ‖ 8 uuluem R^1 ‖ mensura R^1 ‖ 9 introducimus *V*] introduximus *RT vulg.* ‖ 10 comunis *T* ‖ tempus habeat *vulg.*] tempus habeant *RV* habent tempus *T* ‖ 11 iugem (iugere V^1) *V vulg.*] *om. RT* ‖ 12 in] et *RT* ‖ 13 qui *om.* R^1 ‖ 14 non] ne R^1 ‖ inmense *VT*] mense *R*; immensa *malit Osenbrüggen* ‖ *et *addidi* ‖ 15 dicente R^1 decentem *om.* T^1 ‖ 16 disperantibus R^1T ‖ causa R^1 ‖ propterea] propter T^1 propter-eaque V^3 ‖ 17 auferentem *V* ‖ 18 inmortale *T* ‖ 20 Subiacebat V^1 ‖ 23 direximus] nostra dispositio *add.* R^1 ‖ tm̄ *R* ‖ 24 sanctissimus *R* ‖ suo T^1 ‖ discretionis T^1 ‖ 25 leg• V^1 ‖ 26 discriptionem *T* (*id.* 30) ‖ 27 praeuaricare *VT* ‖ qui] quia R^1V ‖ 34 habebit] ab R^1 ‖ que R^1

μέχρι τοῦ νῦν οἱ τὴν ὕπατον ἔχοντες τιμὴν ἔκ τε τοῦ δικαστηρίου τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἔκ τε τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἐπάρχων καὶ ἀλλαχόθεν ποθὲν κατὰ φιλοτιμίαν ἡμετέραν ἐκομίζοντο, τοῦτο καὶ νῦν αὐτοῖς ἐπιδώσομεν, τὴν μὲν παρ' αὐτῶν γινομένην δαπάνην συστείλαντες, τὴν δὲ παρ' ἡμῶν φιλοτιμίαν οὐκ ἐλαττώσαντες. Πάντων δὲ δὴ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἡ βασιλέως ἐξῃρήσθω τύχη, ᾗ γε καὶ αὐτοὺς ὁ θεὸς τοὺς νόμους ὑπέθηκε νόμον αὐτὴν ἔμψυχον καταπέμψας ἀνθρώποις· διότι τῷ μὲν βασιλεῖ διηνεκὴς ὕπεστιν ὑπατεία πᾶσι πόλεσί τε καὶ δήμοις καὶ ἔθνεσι καὶ ἐφ' ἑκάστης τὰ δοκοῦντα διανέμοντι, προσέρχεται δὲ ἡνίκα αὐτὸς νεύσειεν ἡ στολή, ὡς καὶ ἡ τῆς βασιλείας ὑπατεία διὰ πάντων ἔσται ἀκολουθοῦσα τοῖς σκήπτροις.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τόνδε ἡμῶν παραλαβοῦσα τὸν νόμον διηνεκῶς αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ μένειν ἰσχύος παρασκευαζέτω κατὰ πᾶσαν τὴν αὐτῷ περιεχομένην δύναμιν. Legatur.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Λογγίνῳ τῷ λογιωτάτῳ καὶ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως.

Dat. v. k. Ian. CP. ⟨imp. dn. Iustiniani Aug. anno XI.⟩ pc. Belisarii vc. ⟨anno II⟩. [*a.* 537]

sulatus habentes honorem et ex foro tuae celsitudinis et ex gloriosissimis nostris praefectis aut etiam aliunde per munificentiam nostram percipiebant, et nunc eis dabimus, ab eis quidem faciendas expensas adbreviantes, a nobis autem largitatem non minorantes. Omnibus enim a nobis dictis imperatoris excipiatur fortuna, cui et ipsas deus leges subiecit, legem animatam eum mittens hominibus: eo quod imperatori quidem iugis indesinens ⟨est⟩ consulatus omnibus civitatibus et populis gentibusque in singulis quae placent distribuenti, advenit autem cum ipse annuerit trabea, ideoque et imperii consulatus per omnia sit sequens sceptra.

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur celsitudo hanc nostram suscipiens legem perpetue eam in sua manere fortitudine procuret secundum omnem quae in ea continetur virtutem. Legi.

Scripta a pari Iohanni pp. Orientis.

Scripta a pari Longino praefecto felicissimae urbis.

Dat. v. kal. Ian. CP. pc. Belisarii vc. [*a.* 536]

ΡϚ

ΠΕΡΙ ΝΑΥΤΙΚΩΝ ΤΟΚΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β', ⟨ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίων καὶ πατρικίῳ.⟩

⟨Προοίμιον.⟩ Μηνύσεως ἠκούσαμεν τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ἧς τὴν πρόφασιν ἡμεῖς αὐτοὶ παρεσχόμεθα. ἐδί-

CVI. Auth. CXXIX. Coll. IX tit. 11

℞ DE USURIS NAUTICIS ℞

Idem Aug. Iohanni pp. Orientis.

⟨Praefatio.⟩ Nuntium audivimus a tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi praebuimus. Docuisti

Nov. CVI (Authent. CXXIX = Coll. IX tit. 11: *gloss.) Graece extat in M. — Epit. Theod.* 106, *Athan.* 17, 1. *Iulian. const. XCIX.*

consulis honorem habent et a iudicio tuae sublimitatis et a gloriosissimis nostris praefectis et aliunde per munificentiam nostram percipiebant, id etiam nunc iis dabimus, qui expensas quidem ab illis faciendas contraxerimus, munificentiam autem a nobis praestandam non minuerimus. Ceterum ab omnibus quae a nobis dicta sunt imperatoris fortuna exempta esto, cui etiam ipsas leges deus subiecit, cum vivam legem ipsum ad homines mitteret: quandoquidem imperatori perpetuus consulatus praesto est omnibus et civitatibus et populis et gentibus vel quotidie quae ipsi videntur distribuenti, toga autem accedit quando ipse adnuerit: unde etiam imperatoris consulatus per omnia manebit sceptra secuturus.

Epilogus. Tua igitur sublimitas hac lege nostra suscepta efficiat ut ea perpetuo in suo robore maneat secundum omnem quam complectitur vim. Legatur.

Scriptum est exemplar Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio iterum, ex consule et patricio.

Scriptum est exemplar Longino prudentissimo et gloriosissimo praefecto huius felicis urbis.

CVI.

DE NAUTICO FENORE.

Idem Augustus Iohanni praefecto praetorio iterum ⟨ex consule ordinario et patricio⟩.

Praefatio. Nuntium accepimus a tua sublimitate, cuius occasionem nos ipsi praebuimus. Rettulisti

3 *ὑπάρχων *ML* ‖ καὶ] aut etiam (*i. e.* ἢ καὶ) ϛ ‖ 4 τοῦτο *om.* ϛ ‖ 7 δὲ δὴ] enim ϛ ‖ 9 ὑπέθηκε *ex* ϛ *corr. Zachariae praeeunte Haloandro* (*qui* ὑποτέθεικε)] ἐπέθηκε *M* ἐπέθεικε L^b ἐπέτυχεν L^a ‖ αὐτὴ? L^a ‖ 10 διηνεκῶς ὕπεστιν *L* iugis indesinens ϛ ‖ 12 ἔθνεσι *om. L* ‖ καὶ *om.* ϛ ‖ τὰ *om.* L^a ‖ διανέμονται *L* ‖ προέρχεται *malit Zachariae non recte* ‖ 13 αὐτὸς *ex* ϛ *Haloander* (*idem non recte proponit* τῇ στολῇ)] αὐτοῖς *ML* ‖ 14 ἔσται] sit ϛ ‖ 17 προλαβοῦσα *L* ‖ 19 παρεχομένην *L* ‖ legatur *Scrimger*] legatu· *M* λεγάτον *L* legi ϛ *quod praefert Cuiacius in expos.* (*cf. Biener Gesch. d. Nov.* 23) ‖ 20 *ὑπάρχῳ *ML* ‖ 22 καὶ πατρικίων *L*, *om. M* ‖ 23 Λογγίνῳ *om. ML*, *ex* ϛ *add. Haloander* ‖ 24 ὑπάρχῳ *L* ‖ 25 *subscr. om. Iul.*, dat. *om. rell. M* ‖ v. k. Ian. CP. ϛ] καλανδῶν Ἰανουαρίων *Ath.* μηνὶ ..... καὶ (*sic*) *Theod.* ‖ imp. — XI.] βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ια' *Ath.*, ἔτει ια' βασιλείας Ἰουστινιανοῦ *Theod.*, *om.* ϛ (*cf.* 506, 12 *unde sequitur constitutionem post nov. XLVII datam esse*) ‖ 26 pc. — anno II.; μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου τὸ β' *Ath.*] pc. Belisarii vc. ϛ, μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου *Theod.* ‖ *post subscr. non servatur notitia de qua agitur* 500, 35. 503, 5. 506, 20 ‖ 28 *rubr.* Περὶ ναυτικῶν τόκων *Theod.* Περὶ τόκων ναυτικῶν *Ath.* (De nautico fenore *Iul.*)] Περὶ των αυτικῶν (*sic*) δανείων *M* (ταύτην ἀναιρεῖ ἡ ρι *schol. M*) ‖ 30 ἀπὸ ὑπάτων — πατρικίῳ *om. M*

1 et ex] uel ex *T*, et *om.* R^1 ‖ 2 ex *om. T* ‖ 4 fitiendas T^1 ‖ abreuiantes *R* ‖ 6 enim *RVT*] autem *vulg.* ‖ imperatoribus R^1 ‖ 7 et *om. V* ‖ 8 eum mittens] committens T^2 *al.* ‖ imperatoribus *T* ‖ 9 iugis *om. Neoburg. m.* 1 ‖ *est *addidi* ‖ 10 quae *om.* R^1 ‖ 11 aut R^1 ‖ aduenerit *V* ‖ 12 ideoque] que *del.* T^2 ‖ fit *T* ‖ 16 hanc — 20 iohanni *scr.* R^2 *in ras.* 2 *vv.* ‖ 17 perpetua *V* ‖ ea *VT* ‖ manere in sua *V* ‖ 19 legi] legis *VT* ‖ 20 apari T^1 api *V* appari RT^2; exemplaria *Contius* ‖ 23 apari T^1 appari RVT^2; exemplaria *Contius* ‖ longnino *T* ‖ felicissimo T^a ‖ 25 *subscriptionem dedi ex VT* ‖ CP.] const. *T*, *om. V* ‖ pc.] pc. consulis *V* consulis *T* ‖ bilasarii *T* biliario *V* ‖ vc.] vir. clari. *T* vi. *V* ‖ 28 *rubr. om.* V^1, *adscr.* V^3 ‖ 31 celsitudinis V^1 ‖ 32 docuisti *Cuiacius Obss.* 27, 37] duo isti RT^1 duos istos VT^2

δαξας γάρ, Πέτρον καὶ Εὐλόγητον ἱκετεῦσαι τὸ θεῖον ἡμῶν κράτος καὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἀφηγουμένους εἰπεῖν, ὡς εἰώθασι ναυκλήροις ἤτοι ἐμπόροις δανείζειν χρυσίον, καὶ μάλιστα τοῖς ἐν θαλάττῃ τὰς πραγματείας ποιουμένοις, καὶ ταύτην ἔχειν τοῦ βίου τὴν πρόφασιν τὰ τοῖς θαλαττίοις ταῦτα δανείσματα, ἃ καλεῖν ὁ καθ' ἡμᾶς εἴωθε νόμος traiecticia, *δεδοικέναι δὲ αὐτοὺς ὡς ἀμφισβητήσεων ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἀνισταμένων, καὶ δεῖσθαι διὰ τοῦτο γενέσθαι φανερὸν τὸ κρατοῦν καὶ ἐπὶ τούτοις ἔθος, ὥστε καὶ θείαν ἡμῶν ἐπὶ τούτῳ προελθεῖν κέλευσιν τὴν τὸ ἔθος εἰς σαφέστατον ἄγουσαν τύπον. τοιγαροῦν ἡμᾶς ἐγκελεύεσθαί σοι τὴν τῆς ἀμφισβητήσεως φύσιν μαθεῖν καὶ ταύτην εἰς ἡμᾶς ἀγαγεῖν, ὥστε φανερᾶς ἡμῖν γενομένης τὸ δοκοῦν νόμῳ περιλαβεῖν διηνεκεῖ· καὶ τὴν σὴν ἐνδοξότητα ταῦτα πρᾶξαι παρ' ἡμῶν κελευσθεῖσαν συναγαγεῖν τοὺς ναυκλήρους, οἷς δὴ τὰ τοιαῦτα τῶν δανεισμάτων μέλει, καὶ πυθέσθαι ποῖόν ποτε τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἦν· τοὺς δὲ καὶ ὅρκον προσεπιτιθέντας μαρτυρεῖν τρόπους εἶναι ποικίλους τῶν τοιούτων δανεισμάτων, καὶ εἰ μὲν δόξειε τοῖς δανεισταῖς, ἐφ' ἑκάστῳ νομίσματι τῶν χρημάτων ἅπερ ἂν δοῖεν ἕνα σίτου μόδιον ἢ κριθῆς ἐμβαλεῖν τῇ νηΐ, καὶ μηδὲ μίσθωμα τοῖς δημοσίοις παρέχειν ὑπὲρ αὐτοῦ τελώναις, ἀλλὰ τό γε ἐπ' αὐτοῖς ἀτελώνητα πλέειν τὰ σκάφη, καὶ τοῦτον ἔχειν καρπὸν ὧν ἐδάνεισαν χρημάτων, καὶ πρός γε καὶ κατὰ δέκα χρυσοῦς ἕνα κομίζεσθαι μόνον ὑπὲρ τόκων [καθ' ἑκάστην δεκάδα χρυσίου], αὐτοὺς δὲ τοὺς δανειστὰς ὁρᾶν τὸν ἐκ τῶν ἀποβησομένων κίνδυνον· εἰ δὲ οὐχ ἕλοιντο τὴν ὁδὸν ταύτην οἱ δανείζοντες, τὴν ὀγδόην μοῖραν λαμβάνειν ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος ὀνόματι τόκων οὐκ εἰς χρόνον τινὰ ῥητὸν ἀριθμουμένων, ἀλλ' ἕως ἂν ἡ ναῦς ἐπανέλθοι σεσωσμένη· κατὰ τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα συμβαίνειν ἴσως καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἐκταθῆναι τὸν χρόνον, εἴπερ τοσοῦτον ἔξω διατρίψειεν ἡ ναῦς ὡς καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ἢ πέρας λαβεῖν ἢ καὶ ὑπερβῆναι, θᾶττόν γε*

enim Petrum et Eulogium supplicasse sacrae nostrae potestati et per se explanasse dicentes, quia consueverunt naucleris seu negotiatoribus mutuare aurum et maxime in mari negotia facientibus, et hanc habere vitae occasionem (ipsa vero marina credita vocare nostra consuevit lex traiecticia), et metuere eos utpote dubitationibus hinc eis exortis; oportere propterea fieri manifestum, quae valeat super his consuetudo, ut et sacra nostra in hoc procederet iussio quae consuetudinem ad certissimam duceret formam. Itaque nos delegasse tibi dubitationis naturam cognoscere et hanc ad nos deducere, quatenus manifesta nobis facta quod videretur lege comprehenderetur perpetua; tuamque gloriam haec a nobis agere iussam convocasse naucleros quibus haec mutua curae sunt, et interrogasse, quae aliquando antiqua consuetudo fuit; illos autem et iusiurandum adicientes testimonium perhibuisse, modos esse varios talium mutuorum, et si quidem placuerit creditoribus, in singulis solidis pecuniarum quas dederint unum tritici modium aut hordei imponere, neque mercedem publicis praebere pro eo teloneariis, sed quantum ad ipsos sine teloneo navigare naves, et hunc habere fructum earum quas crediderunt pecuniarum, et insuper etiam per decem aureos unum percipere solum pro usuris, in ipsos autem creditores respicere ex eventibus periculum. Si vero non sumant hanc viam creditores, octavam partem percipere pro singulis solidis nomine usurarum non in tempus aliquod certum numerandam, sed donec naves revertantur salvae. Secundum hoc autem schema contingit forsan et in annum extendi tempus, si tantum foris moretur navis ut et annum aut terminos sumat aut etiam transcendat, citius autem ea

enim Petrum et Eulogetum sacrae potestati nostrae supplicasse rebusque suis expositis dixisse se navicularii sive negotiatoribus aurum credere solere, inprimis iis qui maritimas negotiationes exerceant, atque hanc habere victus facultatem ipsa illa maritima credita, quae nostra lex traiecticia vocare solet, in metu autem versari, cum controversiae ipsis inde exortae essent, et propterea rogare ut consuetudo quae in his obtineat manifesta fiat, ita ut etiam sacra nostra iussio de ea re edatur, quae consuetudinem illam in certissimam formam redigat; itaque nos tibi imperasse ut controversiae naturam cognosceres deque ea ad nos referres, ut ea nobis manifesta facta quod videretur lege perpetua complecteremur; tuamque gloriam haec agere a nobis iussam congregasse navicularios, quibus quidem eiusmodi credita curae sunt, et quaesivisse, qualis tandem antiqua consuetudo fuerit; illos autem iureiurando insuper addito testatos esse varios esse eius generis creditorum modos, et si quidem creditoribus placuerit, in singulos solidos pecuniarum quas dederint singulos modios tritici vel hordei eos navi imponere, ac ne vectigal quidem pro eo publicis portitoribus solvere, sed quantum ad ipsos navigia sine portorio navigare, et hunc eos percipere fructum ex pecuniis quas crediderint, et praeterea etiam pro denis aureis singulos tantum usurarum nomine accipere [pro unaquaque auri decade], ad ipsos autem creditores spectare periculum ex iis quae eventura sint; si autem hanc viam creditores non delegerint, octavam partem pro singulis solidis percipere usurarum nomine non ad certum quoddam tempus numerandarum, sed donec navis salva redierit; secundum hunc vero modum contingere forte ut etiam in annum tempus extendatur, siquidem navis tam diu foris moretur ut adeo annum aut finem navigandi habeat aut etiam excedat, citius autem eadem redeunte tempus ad

1 *εὐλογητὸν M*] Eulogium ς ‖ 6 *τὰ τοῖς θαλαττίοις ταῦτα δανείσματα, ἃ καλεῖν*] ipsa vero marina credita vocare ς; *ἐπὶ ante τοῖς θαλαττίοις inseri malit Zachariae* ‖ 8 *post ἀνισταμένων verba quaedam deesse putat Hombergk sine causa* ‖ 9 *καὶ δεῖσθαι*] oportere ς ‖ 10 *καὶ ἐπὶ*] *καὶ om.* ς ‖ 23 *τῇ νηὶ om.* ς ‖ **μήτε M* ‖ 24 *παρέχειν*] quae — praeberent ς ‖ 27 *χρυσοὺς M* ‖ 28 *καθ' ἑκάστην δεκάδα χρυσίου M, om.* ς ‖ 29 *τὸν*] *τῶν M* ‖ 33 *ἀριθμουμένων*] numerandam (*i. e. ἀριθμουμένην?*) ς ‖ *ἡ ναῦς ἐπανέλθοι σεσωσμένη*] naves revertantur salvae ς ‖ 34 *συμβαίνειν Hombergk*] *συμβαίνει M*ς ‖ 37 *πέρας*] terminos ς

1 nostre potestati sacre *R* ‖ 2 et] etiam *R* ‖ explanantes *T* ‖ quia *V*] qui *R* quod *T vulg.* ‖ consueuerunt] consuerunt T^1, *om.* V^1 *in spat.* 3 *litt.* ‖ 3 nauclericis *R* naucheriis *T* ‖ aurum T^2] aut eorum (eorum *om. in spat. vac.* V^1) *RV* aut earum T^1 ‖ 6 lex *om.* V^1 *in sp. vac.* ‖ trahihaectutia T^1 ‖ 7 cis] ex cis *V* ‖ oportere] et oportere *Beck* ‖ 8 fieri] uel fieri *V* ‖ manifestari R^1 ‖ 9 et *om.* R^1T ‖ in hoc *om. R* ‖ praecederet *T* ‖ 11 delegantes T^2 al. declarantes R^2 *in marg.* ‖ cognoscet *V* ‖ 13 quo *T* ‖ 14 tuaque gloria *T* ‖ iussam *vulg.*] iussa *libri* ‖ 15 naucleris *RV* ‖ mutue V^a ‖ 16 interrogasses R^1 ‖ consuetudo antiqua *T* ‖ 17 *testimonio *libri* ‖ 18 uanos T^1 ‖ mutuarum T^1 ‖ 19 peccuniarum solidis *T* ‖ 21 neque *Beck*] quae *libri* ‖ praebere *Beck*] praeberet T^1 praeberent RVT^2 ‖ 22 eo *om. T* ‖ teolenariis *V* telonariis *RT* teloniariis *vulg.* ‖ telonio *vulg.* ‖ 23 earum *Osenbrüggen*] et aurum *RVT* (*cf. ad v.* 3) et harum *vulg.* ‖ 25 aureos] auiris V^1 ‖ percipere] quippe *T* ‖ *solum] solidum *libri* (*cf. ad* 509, 1. 11) ‖ 26 exeuntibus RT^1 ex uentibus T^2 ‖ 27 non *om. T* ‖ *sumant (*cf.* 509, 5)] rumpant (rumpatur R^1) *RT* erumpant *V vulg.*, ratam habeant R^3 *s. v.* ‖ hac R^1 ‖ 28 per singulos solidos *T* ‖ 29 tempore *libri*, *corr. vulg.* ‖ numerandam R^2T] numerandum R^1V *vulg.* ‖ 30 saluas V^1 ‖ 31 contingit *R vulg.*] contigit *VT* ‖ in annum] manum R^1 ‖ 32 tantam (*in marg.* tantum) R^2 tamen R^1T ‖ et *om. R* ‖ 33 titius *V* ‖ eam R^1V

μὴν ἐπανιούσης αὐτῆς τὸν χρόνον εἰς ἕνα μόνον ἢ δύο παρελκυσθῆναι μῆνας, καὶ ἐκ τῶν τριῶν κερατίων ὠφέλειαν ἔχειν, κἂν οὕτως βραχὺς διαγένηται χρόνος κἂν εἰ περαιτέρω παρὰ τῷ δανεισαμένῳ μένοι τὸ χρέος· ταὐτὸ δὲ τοῦτο κρατεῖν ἑτέραν πάλιν τῶν ἐμπορευομένων ἀποδημίαν αἱρουμένων, ὥστε καθ᾽ ἕκαστον φόρτον ὁρίζεσθαι τὸ σχῆμα καθ᾽ ὃ προσήκει τὸ δάνεισμα ἢ μένειν ἢ ἐναλλάττεσθαι κατὰ τὸ περὶ τούτου συνδοκοῦν τοῖς μέρεσι σύμφωνον· εἰ μέντοι μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς νηὸς σωθείσης καὶ μηκέτι πλεῖν διὰ τὸν καιρὸν δυναμένης ἐπανέλθοιεν, εἴκοσι καὶ μόνων ἡμερῶν προθεσμίαν δίδοσθαι παρὰ τῶν δανεισάντων τοῖς δανεισαμένοις, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τῶν ὀφλημάτων τόκου ἕνεκεν ἀπαιτεῖν, ἕως πραθῆναι συμβαίη τὸν φόρτον· εἰ δὲ μένοι περαιτέρω τὸ χρέος οὐκ ἀποδιδόμενον, τὸν ἐκ διμοίρου τῆς ἑκατοστῆς τοῖς κυρίοις τῶν χρημάτων διδόναι τόκον, καὶ μεταβάλλειν εὐθὺς τὸ δάνεισμα καὶ εἰς τὸν τῶν ἐγγείων μεταχωρεῖν τρόπον, οὐκέτι τῶν θαλαττίων κινδύνων τὸν δανειστὴν ἐνοχλούντων. καὶ ταῦτα ἅπαντας εἰπεῖν ἔνορκον ποιησαμένους τὴν μαρτυρίαν. ἅπερ εἰς ἡμᾶς ἐμήνυσας, ὥστε ἡμᾶς νομοθετῆσαι τὸ ἡμῖν δοκοῦν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἔφασκες ταῦτα τῷ ἡμετέρῳ προσαγγεῖλαι κράτει.

remeante tempus in unum solum aut duos trahi menses, et ex tribus siliquis utilitatem habere, vel si ita breve sit tempus vel si apud alterum extra debitorem maneat debitum. Hoc idem valere aliam rursus negotiatoribus profectionem assumentibus, et per unumquodque onus definiri schema secundum quod competat mutuum aut manere aut permutari secundum pactum quod ob hoc convenerit partibus. Si tamen post reversionem navis salvae et nequaquam navigare propter tempus valentis revertantur, viginti et solum dierum indutias dari a creditoribus debitoribus, et nihil pro debitis usurarum causa exigere, donec vendi contingat onus; parcentes apud alium esse debitum non reddendum, duas partes centesimae dominis pecuniarum dare usuras, et mutare mox mutuum et in terrenum transponere modum, nequaquam maritimis periculis creditorem molestantibus. Et haec omnes dixisse cum iureiurando perhibentes testimonium. Quae ad nos nuntiasti, ut nos sanciremus quod nobis videretur, et super his dicebas haec nostrae nuntiata potestati.

CAPUT I.

Ἡμεῖς τοίνυν καὶ αὐτοῖς ἐντυχόντες τοῖς πεπραγμένοις καὶ τὸ πρᾶγμα διδαχθέντες θεσπίζομεν κατὰ τὸ μεμαρτυρημένον ἐπὶ τῆς σῆς ὑπεροχῆς οὕτω νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον τὰ τοιαῦτα κρατεῖν, διότι μηδὲ τοῖς ἤδη τεθειμένοις μάχεται νόμοις· ὥστε δεῖν ἐκ τοῦ λοιποῦ κατά τινα ἰδικὸν νόμον ἐν ταῖς ναυκληρικαῖς ἤτοι ἐμπορικαῖς δίκαις ἐπὶ τῶν τοιούτων αἰτιῶν ταῦτα φυλάττεσθαι, καὶ κατὰ τὸν τρόπον τῶν εἰρημένων συμφώνων οὕτως γίνεσθαι τὰς ἀποβάσεις καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἔθη ὁπόσα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν μεμαρτύρηται παρὰ τῷ θρόνῳ τῷ σῷ, ὥστε κατὰ ἰδικὸν νόμον ταῦτα κρατεῖν ἐπὶ τῶν ναυκληρικῶν ἤτοι ἐμπορικῶν (τὸ γὰρ ἐν μακροῖς οὕτω πολιτευόμενον χρόνοις καὶ κρατῆσαν ἀπαραλλάκτως, καθάπερ αἱ μαρτυρίαι παρὰ τῇ σῇ ἐνδοξότητι διώρισαν, πῶς οὐκ ἔστι

Nos igitur et ipsa legentes gesta et causam edocti sancimus secundum quod testatum est coram tua celsitudine ita nunc et deinceps in omne tempus tenere, eo quod neque iam positis repugnant legibus, ut oporteat nunc et de cetero secundum quandam propriam legem in nauclericis aut negotiatoriis super talium causarum haec servari litibus, et secundum dictum modum praedictarum pactionum ita fieri etiam eventus et alia omnia quaecumque in prioribus testata sunt apud sedem tuam, unde secundum propriam legem teneant in nauclericis aut negotiatoriis. Quod enim longis ita servatum est temporibus et tenuit immutabiliter, sicut testimonia apud tuam gloriam defi-

unum solum vel duos menses trahi, atque e tribus siliquis utilitatem eos habere, etiamsi tam breve tempus transierit vel etiamsi ulterius apud debitorem debitum maneat; hoc idem autem valere, si negotiantes aliam rursus profectionem suscipiant, ita ut secundum unumquodque onus definiatur modus quo debitum vel manere vel mutari oporteat secundum pactum quod inter partes hac de re convenerit; quodsi post reditum navis quae salva sit et propter tempus non iam navigare possit, reverterint, viginti tantum dierum terminum a creditoribus dari debitoribus, nec quicquam usurae causa pro debitis exigi, donec onus vendi contigerit; si vero debitum ulterius maneat nec reddatur, tum usuram ex besse centesimae dominis pecuniae dari, ac statim mutari mutuum et in terrestrium usurarum speciem transire, maritimis periculis creditori non amplius instantibus. Atque haec omnes dixisse iureiurando testimonium firmantes. Quae nobis indicasti, ut quod nobis videretur sanciremus, et propterea dicebas te id potestati nostrae nuntiasse.

I. *Nos igitur et ipsis actis inspectis et re comperta sancimus, ut secundum testimonia apud tuam sublimitatem edita ita et nunc et in omne deinceps tempus illa valeant, quoniam haudquaquam pugnant cum legibus iam latis: ut in posterum secundum specialem quandam legem in naviculariorum seu negotiatorum litibus de eiusmodi causis haec observari oporteat et secundum modum praedictorum pactorum ita fieri escensiones ceterasque omnes consuetudines quaecumque prius apud sedem tuam testimonio firmatae sunt, ut per specialem legem haec in naviculariorum sive negotiatorum rebus valeant (quod enim per tam longum tempus usu venit et immutatum obtinuit, quemadmodum testimonia apud gloriam tuam definiverunt, quidni*

4 *περαιτέρω*] apud alterum *i. e. παρ᾽ ἑτέρῳ ς* ‖ 6 *ὥστε*] et *ς* ‖ 15 *εἰ δὲ μείνοι περαιτέρω M*, parcentes apud alium esse *i. e. φειδόμενοι παρ᾽ ἑτέρῳ ς*; *μένοι scripsi* ‖ 28 *τὰ τοιαῦτα om. ς* ‖ 30 *ἐκ τοῦ λοιποῦ*] nunc et (*i. e. νῦν τε καὶ*) de cetero *ς* ‖ 32 *κατὰ τὸν τρόπον*] secundum dictum modum *ς* ‖ 33 *τὰς ἀποβάσεις M*] etiam eventus *ς* ‖ 34 *ἔθη om. ς* ‖ 36 *ταῦτα om. ς* ‖ *ἐμπορικῶν Zachariae ex ς*] *ἐμπόρων M*

1 remeantem $R^1 V^a$ ‖ solidum V^a ‖ menses trahi *T* ‖ 2 siquis V^1 ‖ 3 tempus sit *V* ‖ 5 necogitatoribus *V* ‖ profectione R^1 ‖ 6 secundum *om.* R^1 ‖ 7 permutari *Beck*] permutare *RT* permutuare *V* ‖ 8 pactum *om.* R^1 ‖ ob co hoc V^1 ‖ euenerit R^1 ‖ pa͠rtibus (*sic*) *V* ‖ 9 tm̄ *R* ‖ reuersione *T* ‖ navis salvae *om.* T^1 ‖ 10 valentis *Osenbrüggen*] ualentes *RV vulg.* uolentes eas (eas *del.* T^3) *T* ‖ reuertentes V^a ‖ uinginti *V* ‖ 11 solidum dierum R^1 dierum solum (solidum T^1) *T* ‖ dari *vulg.*] dare *RVT* ‖ debitoribus et] et debitoribus *T*, debitoribus *lineola subducta del.* R^2 ‖ 12 causas *V* ‖ 13 parcientes T^2 ‖ 14 centisim̃ *T* ‖ 15 mutuare *T* ‖ 17 *molestandis *libri* ‖ 18 et omnes dixisse haec *T* ‖ omnis R^1 ‖ 19 Quae — ut *suppl.* V^b *in spatio vacuo* $\frac{1}{3}$ *vs.* ‖ nuntiastis *libri*, *corr. vulg.* ‖ 20 quod] quae *V* ‖ nobis] a nobis *T* ‖ uidentur R^1 ‖ 21 nostra V^1 ‖ nuntiatam V^a nuntatatiata T^a, nuntiare *vulg.* ‖ 25 legentes] lege T^1 ‖ causas *T* ‖ 26 coram] quorum *T* ‖ tuam (m *eras. V*) celsitudinem *VT* ‖ 27 deinceps] deceteroinceps R^a ‖ 28 repugnant *RV*] repugnat *T* ‖ 30 in *om. VT* ‖ nauclericis R^1] naucleriis $R^2 VT$ ‖ negotiatoriis *V*] negotiatoribusis (*sic*) R^1 negotiatoribus $R^2 T$ ‖ 32 etiam *om. R* ‖ 33 euenturus V^1 ‖ 34 legem propriam *T* ‖ 35 naucleriis *T* ‖ negotiatoriis *RV*] negotiatoribus *T* ‖ 36 ita longiis *T* ‖ *leg.* observatum? ‖ 37 sicut tua testimonia *T*

δίκαιον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κρατεῖν τῶν μετὰ ταῦτα ἐσομένων;), καὶ εἶναι ταύτην αὐτοῖς τῶν πραγμάτων τὴν διάλυσιν ἐξ ἰδικοῦ νόμου κρατοῦσαν καὶ ἑτέρας τινὸς διατυπώσεως μὴ δεομένην, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ναυκληρικῶν ἤτοι ἐμπορικῶν ἀφορμῶν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον κρατοῦσαν, ὡς γενικὴν οὖσαν νομοθεσίαν καὶ ἐπὶ τῶν ναυκληρικῶν ἤτοι ἐμπορικῶν συναλλαγμάτων κρατοῦσαν ὀφείλουσάν τε καὶ μέρος γενέσθαι τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν τεθειμένων νόμων, ὥστε καὶ τοὺς δικάζοντας πρὸς ταύτην ἀποβλέποντας ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις.

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλάττεσθαι σπευσάτω.*

Dat. VII. id. Sept. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. ⟨ann. XIV. Iustino⟩ vc. cons. [*a.* 540]

nierunt, quomodo non est iustum et in aliis omnibus valere quae postea erunt, et esse hanc eis rerum transactionem ex propria lege valentem et altera quadam dispositione non egentem, sed in nauclericis seu negotiatoriis occasionibus in omne tempus valentem, utpote generalem existentem legislationem et in nauclericis seu negotiatoriis contractibus expositam, et quae debet etiam pars fieri iam a nobis positarum legum, et iudicantes ad hanc respicientes proferre sententias.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis tua celsitudo iugiter servare festinet.

Dat. v. id. Sept. CP. imp. ⟨dn. Iustiniani Aug.⟩ anno ⟨XIV.⟩ Iustino ⟨vc.⟩ cons.

PZ

ΠΕΡΙ ΒΟΥΛΗΣΕΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΠΑΙΔΑΣ ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ.

CVII. Auth. CII. Coll. VIII tit. 3

℞ DE TESTAMENTIS INPERFECTIS A PARENTIBUS IN FILIOS FACTIS, ET DE DIVISIONE RERUM A FILIIS CORAM PARENTE DE EIUS FACULTATIBUS FACTA ET SUBSCRIPTA ℞

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Βάσσῳ τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητι τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων ἐπέχοντι τὸν τόπον Ἰωάννου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων ⟨ὀρδιναρίων⟩ καὶ πατρικίου.

Idem Aug. Basso magnificentissimo comiti domesticorum obtinenti locum Iohannis gloriosissimi praefecti sacrorum praetoriorum per Orientem.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Κωνσταντίνῳ τῷ τῆς θείας λήξεως νόμος γέγραπται τῆς παλαιᾶς ἐστοχασμένος ἁπλότη-*

⟨Praefatio.⟩ A Constantino divae memoriae lex scripta est per antiquae coniecturae simplicitatem,

Nov. CVII (*Authent. CII = Coll. VIII tit.* 3: *gloss.*) *Graece extat in ML* (*fuit in B* 35, 20, 2 *cf. index Reginae p.* 242 *Heimbach*), *cap. I. II* (511, 24 *Εἴ τις γράμματα ἐπιστάμενος* .....) *in Prochiro* 21, 12, *Epanagoge* 29, 18 (*ex Prochiro habet Harmenopulus* 5, 1, 25. 26, *cuius textum in Bas. l. l. recepit Heimbach*). — *Epit. Theod.* 107, *Athan.* 9, 8. *Iulian. const. C.*

par sit in reliquis quoque omnibus quae posthac futura sunt valere?), *sitque haec iis rerum decisio, quae ex speciali lege valeat neque alia ulla dispositione indigeat, verum in naviculariorum sive negotiatorum causis per omne tempus obtineat, quippe quae generalis sit constitutio et in naviculariorum seu negotiatorum contractibus valeat, atque etiam pars fieri debeat legum iam a nobis latarum, ut iudices quoque ad eam respicientes sententias ferant.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt tua sublimitas perpetuo servare studeat.

CVII.

DE ULTIMIS VOLUNTATIBUS IN LIBEROS FACTIS.

Idem Augustus Basso magnificentissimo comiti devotissimorum domesticorum locum obtinenti Iohannis gloriosissimi praefecti praetorio iterum, ex consule ⟨ordinario⟩ et patricii.

Praefatio. A Constantino divae memoriae lex scripta est antiquam sectata simplicitatem, at

---

4 *τινὰς M*[a] ‖ 8 *κρατοῦσαν*] expositam ς ‖ 10 *ὥστε om.* ς ‖ 14 *subscr. om. Iul.* ‖ d. *vπ. ιδ.* sept. *M*; dat. v. id. Sept. ς *ἐξεφωνήθη μηνὶ σεπτεμβρίῳ Theod.*, *ἐγράφη πρὸ καλάνδ.* (*sic*) *Ath.* ‖ CP. — cons.] cp. dn. iust. pp. aug. v. c. conss. *M* CP. imp. anno iustiniano cons. *cod.* ς *ἔτει ιδ' βασιλείας Ἰουστινιανοῦ Theod. κω. omissis reliquis Ath.* ‖ 17 *rubr. om. L in textu, Περὶ τῶν βουλήσεων τῶν εἰς παῖδας γενομένων index L, Περὶ βουλήσεων Theod. Περὶ βουλήσεως index Ath.* (*Περὶ τῶν βουλεύτων in textu Ath. cod.*); *εἰκότως ἐπιγέγραπται περὶ βουλήσεως· ὡς διαθήκη γὰρ οὐ κρατεῖ τὰ μὴ ἔχοντα διαθηκῶν παρατήρησιν, ὡς φησι βι. ς'* (*α' cod., corr. Zachariae*) *τοῦ κώδικος τί. κγ' διάτ. κγ'* (*scr. κα'*) *ἐν τέλει schol. M in marg.* ‖ 18 *γενομένων M, index L*] *γινομένων index M, index Reginae* ‖ 23 *inscr. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Βάσσῳ τοποτηρητῇ τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων Ath.* ‖ 24 *καθοσιωμένων δομεστήκων M* ‖ 25 **ἐπάρχου* (*cf. Ath.*)] *ὑπάρχου ML* ‖ 26 *ὀρδιναρίων addidi* (*ὀρδιναρίου add. Zachariae*) ‖ *πατρικίω ML, corr. Hombergk* ‖ 28 *νόμος*] *Cod.* 3, 36, 26 (*βι. γ' τοῦ κώδικος τί. λς' διάτ. κα' καὶ κς' schol. M*) ‖ 29 *τῆς παλαιᾶς ἐστοχασμένος ἁπλότητος*] per antiquae coniecturae (*i. e. στοχασμοῦ?*) simplicitatem ς

2 eius *T* ‖ 3 secundum propriam legem ualere *V* ‖ 4 quedam *T* ‖ egente *R*[2]*T* ‖ naucleriis *T* ‖ 5 negotiatoriis *R*[2]*V*] negociatoribusis (*sic*) *R*[1] in negotiatoribus *T* ‖ in omni tempore *R* ‖ ualentem *R*] ualente *VT* ‖ 6 utputa *R* ‖ generale existente legislatione *T* ‖ exigentem *V* ‖ et *om. R* ‖ 7 inauclericis *R* ‖ negotiatoriis *R*[2]*V*[3]*T*] negotiatoribusis (*sic*) *R*[1] negotiatoribus *V*[1] ‖ expositam *vulg.*] exposita (ex *suppl. V*[b] *in spat. vac.* 5 *litt.*) *R*[1]*V* et posita *R*[2]*T* ‖ 10 sententiam *V*[a] *T*[a] *vulg.* ‖ 14 *subscriptionem unus praestat Neoburgensis*: dat. v. id. sept. cap. imp. anno iustiniano consule ‖ 17 De] De in *R*[1] ‖ 18 a parentibus] apparentibus *V* ‖ 20 parente] parente factis *RV* ‖ 21 de] et de *R*[2] *vulg.* ‖ 23 magni centesimo comite *V* ‖ domesticorum] dom̄ īn̄ *V* dnm̄ m. *R* dn̄o n̄ tm̄ (*i. e.* domino non tantum) *T* ‖ 24 iohanni *R* ‖ gloriosissimo *VR* ‖ 25 praetoriorum orientem *V* praefectorum orientis *T* ‖ 27 A *om. V* ‖ 28 antiquem *R*[1] ‖ coniuncture *V*[1]

τος, ἡ δὲ τῶν πραγμάτων ποικιλία καὶ ἡ φύσις ταῦτα συχνῶς μεταβάλλουσα δεῖσθαι τὸν νόμον ἐκεῖνον ἐπανορθώσεως ἡμετέρας παρεσκεύασε. λέγει γοῦν ὁ νόμος δεῖν τὰς τῶν τελευτώντων βουλήσεις, ὅταν ὦσι γονεῖς, πᾶσι τρόποις μεταξὺ παίδων κρατεῖν, καὶ τοσοῦτον αὐτοὺς αἰσχύνεται γονεῖς ὄντας, ὅτιπερ αὐτοῖς καὶ τὴν ἀσαφῆ τῶν πραγμάτων συγχωρεῖ δήλωσιν, λέγων, εἰ καὶ μὴ ἐναργεῖς εἰσιν αἱ αὐτῶν διατυπώσεις, εἰσάγονται δὲ ἔκ τινων τεκμηρίων καὶ ἐναυσμάτων καὶ τῆς οἱασοῦν γραφῆς, καὶ οὕτω ταῦτα κρατεῖν· καὶ τοῦτο ἐπί τε σούων καὶ ἐμαγκιπάτων παίδων φησίν, καὶ πρός γε ἡ Θεοδοσίου προσδιορίζεται, οὐκ ἐπὶ πατέρων μόνων ταῦτα διατυποῦσα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μητέρων καὶ ἐπὶ ἀνιόντων ἑκατέρας φύσεως. ταύτης ἐπιλαβόμενοι τῆς ἀδείας ἄνθρωποι εἰς τοσαύτην ἀσάφειαν ἐξῆλθον, ὥστε μάντεων μᾶλλον ἢ ἑρμηνέων ταῦτα προσδεῖσθαι· τοιγαροῦν οὔτε πρόσωπα γράφοντες οὔτε πραγμάτων λέγοντες γνωρίσματα καὶ ἴσως οὐδὲ ποσὸν ὅμως ἀξιοῦσι στοχασμοῖς καὶ τῷ τῶν εἰκότων λόγῳ τὰ τοιαῦτα ἐπιτρέπειν.

porro causarum varietas et natura eas frequenter mutans egere leges illas emendatione nostra praeparavit. Dicit itaque lex oportere morientium voluntates, quando sunt parentes, omnibus modis inter filios tenere, et tantum eos erubescit parentes existentes, quia eis et claram rerum concedit significationem, dicens et si non manifestae sunt eorum dispositiones, aperiuntur autem ex quibusdam indiciis et coniecturis et qualibet scriptura, et sic eas valere: et hoc in suis et emancipatis filiis ait; insuper et Theodosii decernit, non in patribus solum haec disponens, sed etiam in matribus et ascendentibus utriusque naturae. Hanc adprehendentes licentiam homines in tantam egressi sunt obscuritatem, ut divinantibus magis quam interpretantibus haec egerent: itaque neque personas scribentes neque rerum dicentes notitias et forte nec quantitatem tamen dignantur coniecturis et verisimilium rationi talia permittere.

CAPUT I.

Ἡμεῖς τοίνυν πάντα σαφῆ τε καὶ ἀναπεπταμένα καθεστάναι βουλόμενοι (τί γὰρ οὕτως ἴδιον νόμων ὡς σαφήνεια, μάλιστα ἐπὶ ταῖς τῶν τελευτώντων διατυπώσεσι;) βουλόμεθα, εἴ τις γράμματα ἐπιστάμενος μεταξὺ τῶν αὐτοῦ παίδων βούλοιτο ποιήσασθαι διατύπωσιν, πρῶτον μὲν αὐτῆς προγράφειν τὸν χρόνον, εἶτα καὶ τὰ τῶν παίδων ὀνόματα οἰκείᾳ χειρί, καὶ πρός γε τοὺς οὐγκιασμοὺς εἰς οὓς γράφει κληρονόμους αὐτούς, μὴ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν σημαινομένους, ἀλλὰ δι' ὅλων γραμμάτων δηλουμένους, ὥστε πανταχόθεν σαφεῖς τε καὶ ἀναμφισβητήτους καθεστάναι. εἰ δὲ καὶ πραγμάτων βούλοιτο ποιήσασθαι διαίρεσιν ἢ τισι πράγμασι ῥητοῖς πάσας ἢ τινας τῶν ἐνστάσεων περιστῆσαι, καὶ τὰ τούτων ἐγγραφέτω γνωρίσματα, ὥστε τοῖς αὐτοῦ γράμμασιν πάντα δηλούμενα μηδεμίαν ἔτι φιλονεικίαν τοῖς παισὶ καταλιμπάνειν. εἰ μέντοιγε ἢ γαμετῇ ἢ ἐξωτικοῖς τισι προσώποις βούλεται καταλιπεῖν legata *ἢ* fideicommissa

Nos igitur omnia clara et aperta consistere volentes (quid enim sic proprium est legum sicut claritas, maxime super defunctorum dispositionibus?) volumus: si quis litteras sciens inter filios suos voluerit facere dispositionem, primum quidem eius praescribere tempus, deinde quoque filiorum nomina propria manu, ad haec uncias in quibus scripsit eos heredes, non signis numerorum significandas, sed per totas litteras declarandas, ut undique clarae et indubitatae consistant. Si vero etiam rerum voluerit facere divisionem aut quibusdam rebus certis aut omnes aut quasdam institutionum statuere, et harum inscribat [et] significationes, ut eius litteris omnia declarata nullam ulterius contentionem filiis derelinquant. Si tamen aut uxori aut extraneis aliquibus personis voluerit relinquere legata aut fideicommissa aut libertates, et

rerum varietas et natura quae eas saepe mutat effecit ut lex illa correctione nostra indigeret. Dicit igitur lex defunctorum voluntates, quando parentes sunt, omnibus modis inter liberos valere oportere, et in tantum eos reveretur qui parentes sint, ut iis etiam obscuram rerum declarationem permittat, cum dicit, etsi non manifestae sint eorum dispositiones, atqui ex indiciis quibusdam et elementis et qualicumque scriptura petantur, etiam sic haec valere; idque tam de suis quam de emancipatis liberis dicit, et insuper Theodosii quoque constitutio rem definit, quae non in solis patribus id praecipit, sed etiam in matribus et in ascendentibus utriusque sexus. Hanc licentiam amplexi homines in tantam obscuritatem egressi sunt, ut res vatibus potius quam interpretibus indigeat: siquidem neque personas scribentes neque rerum notas indicantes ac fortasse ne quantitatem quidem tamen coniecturis et probabilitatis rationi haec talia committere quaerunt.

I. *Nos igitur cum omnia clara et aperta esse velimus (quid enim adeo proprium est legum quam claritas, maxime in defunctorum dispositionibus?) volumus, ut si quis litterarum peritus inter liberos suos dispositionem facere velit, primum quidem ei inscribat tempus, deinde etiam nomina liberorum sua manu, et praeterea unciarum quantitates, in quas heredes eos scribit, non notis numerorum indicandas, sed per integras litteras declarandas, ut undique manifestae et dubitationis expertes sint. Quodsi etiam rerum distributionem facere vel certis quibusdam rebus omnes sive aliquas institutiones destinare velit, harum quoque notas inscribat, ut ipsius litteris omnia declarata nullam amplius contentionem liberis relinquant. Si vero vel uxori vel extraneis quibusdam personis legata vel fideicommissa vel etiam libertates relinquere*

2 *τὸν νόμον ἐκεῖνον*] leges illas ς ‖ 4 *τελευτῶν L*[1] ‖ *ὦσι M*] *εἰσὶ L* ‖ 7 *ἀσαφῆ*] claram *i. e. σαφῆ* ς ‖ 9 *εἰσάγονται*] aperiuntur ς ‖ *ἐναυσμάτων ML*] coniecturis ς ‖ 11 *σούων καὶ ἐνμανκιπάτων* (*ὑπεξούσιος et αὐτεξούσιος L*[2] *s. v.*) *L* ‖ 12 *ἡ Θεοδοσίου*] *Cod.* 6, 23, 21 § 3 (*cf. B*[s] *Δ* 13 *p.* 207 *Zach.*) ‖ 19 *ὅμως ex corr. L* ‖ 22 **τί* (quid ς)] *οὐ ML, οὐδὲν cum Haloandro vulg.* ‖ 23 *ταῖς om. L* ‖ 25 *αὐτοῦ*] *αὐτοῦ ML ἑαυτοῦ Proch. Epan.* ‖ 26 *αὐτῆς M Proch. Epan.* ς] *αὐτοῖς L* (*Proch. v. l.*) ‖ *γράφειν L* ‖ 28 *οἰκιασμοὺς L*[1] ‖ 29 *τὸν ἀριθμὸν σημαινομένοις Proch. codd. plerique* ‖ 31 *τε om. L* ‖ *ἀναμφισβήτοις L* ‖ 32 *καὶ om. L* ‖ 33 *πάσας*] *ἢ πάσας Proch.* ς ‖ 35 *αὐτοῖς Proch. v. l.* ‖ 37 *ἢ τῇ γαμετῇ Proch.* ‖ 38 *λεγάτα L Proch. Epan.* ‖ fidicomissa *M φιδεικόμισα L φιδικόμισσα Proch. φειδικόμισσα Epan.*

2 praeua*uit *T*[1] ‖ 4 quando] quae non *T*[1] ‖ 5 tamen *R* ‖ 6 quia] quam *R*[1] ‖ rerum] earum *T*[1] earum rerum *T*[2] ‖ concedat *R* ‖ 9 qualibus *T*[1] ‖ 10 haec *V* ‖ et in emancipatis *T* ‖ ait] At *T*[1] ut *R*[1] ‖ et *om. T*[1] ‖ 11 theodosii *R*[1]] theodosius *R*[2] *VT vulg.* ‖ hoc *T* ‖ 12 etiam *om. R* ‖ 14 securitatem *T* ‖ 15 hoc *R* ‖ egerunt *V* agerent *RT* ‖ 16 notitiam *R vulg.* ‖ 17 tm̄ *RT* ‖ dignatur *RV* ‖ coniectura *V* ‖ 18 rationi *Osenbrüggen*] ratione *libri* ‖ 24 suos filios *T vulg.* ‖ voluerit *om. T*[1] ‖ 25 *praescribere] praescriptione (positionem *T*[1]) *libri* ‖ 26 quoque filiorum *T vulg.*] filiorum quoque *R* uero filiorum *V* ‖ 27 eos *om. V*[1] ‖ 28 sed] et *T*[1] sed et *T*[2] ‖ 29 ut] et *R*[1] ‖ consistat *T* ‖ 30 etiam] et *V* ‖ 31 aut ex quibusdam *T*[3] ‖ quosdam (o *T*[2] *in ras.*) *T* ‖ 32 institutiones *R*[2] *T* ‖ et (etiam *R*[2]) *libri, om. vulg.* ‖ significationes *T vulg.*] signationes *RV* ‖ 33 ut et eius *R* ‖ 34 contemptionem *R* ‖ derelinquat *VT* ‖ tm̄ *R* ‖ 35 uxori aut] ******ut *R*[1]

ἢ καὶ ἐλευθερίας, καὶ ταῦτα οἰκείᾳ χειρὶ γραφόμενα λεγόμενά τε παρὰ τῶν διατιθεμένων ἐπὶ τῶν μαρτύρων, ὡς ἅπαντα ἐφεξῆς τὰ ἐν τῇ διατυπώσει κείμενα αὐτοὶ καὶ ἔγραψαν καὶ βούλονται κρατεῖν, ἔστω ἰσχυρά, μηδὲν ἐλαττούμενα ἐκ τοῦ δοκεῖν ἐν χάρταις γεγράφθαι τὴν λοιπὴν παρατήρησιν τῶν διαθηκῶν μὴ δεξάμενα, ἀλλὰ τούτῳ μόνον διαλλαττέτω τῷ τὴν αὐτοῦ δεξιάν τε καὶ γλῶτταν ἔχειν τὴν πᾶσαν ἰσχὺν τῷ χάρτῃ παρεχομένην.

haec propria scripta manu dictaque a testatoribus coram testibus, quoniam omnia consequenter in dispositione posita ipsi et scripserunt et volunt valere, sint firma, nihil minuenda eo quod videantur in carta scripta reliquam observationem testamentorum non suscipientia, sed hoc solum inmutetur, quod eius manus et lingua habet omnem virtutem cartae praebitam.

CAPUT II.

Καὶ εἴπερ μέχρι τελευτῆς μείνειε τοῦτο τὸ σχῆμα, οὐδεὶς ὕστερον παρέξει μαρτυρίας, ὡς ἠβουλήθη τυχὸν τὴν τοιαύτην γνώμην ἀμεῖψαι ἢ ἐναλλάξαι ἤ τι τοιοῦτο ποιῆσαι, ᾧ γε ἐξῆν διαρρῆξαι τὸ γενόμενον καὶ ἑτέραν ποιήσασθαι βούλησιν δηλοῦσαν τὴν τελευταίαν αὐτοῦ γνώμην, ἣν προσήκει κρατεῖν. τοῦτο γὰρ ἐφίεμεν αὐτῷ πράττειν αὐτὸ τοῦτο ῥητῶς ἐπισημαινομένῳ ἐπὶ παρουσίᾳ μαρτύρων ἑπτά, ὡς καὶ πεποίηταί τινα τοιαύτην βούλησιν, οὐ μὴν κρατεῖν αὐτὴν ἔτι βούλεται, ἀλλ᾽ ἑτέραν ποιήσασθαι. καὶ ταῦτα ἢ ἐν τελείᾳ διαθήκῃ ποιείτω πάντα τὰ τῶν διαθηκῶν ἐχούσῃ σύμβολα, ἢ ἐν ἀγράφῳ τελείᾳ βουλήσει, ὥστε ἐπ᾽ ἐγγράφῳ ἢ ἀγράφῳ βουλήσει δοκεῖν αὐτὸν τελευτῆσαι, τῶν προτέρων ἀκύρων ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ κατὰ τὴν τελείαν διαθήκην ἢ βούλησιν διατυπώσεως γινομένων.

Et si quidem usque ad mortem maneat hoc schema, nullus postea deducet testes, quia voluit forte talem voluntatem mutare aut convertere aut aliquid tale facere, cui licuit rumpere quod factum est, et aliam facere voluntatem declarantem perfectam eius sententiam, quam competit valere. Hoc enim concedimus ei agere, hoc ipsum expressim significantem sub praesentia testium septem, quia etsi fecit quandam talem voluntatem, non tamen valere eam ulterius vult, sed rursus vult aliam facere. Et hanc aut in testamento perfecto faciat omnia testamentorum habente signa, aut in non scripta perfecta voluntate videri eum defunctum esse, prioribus infirmis factis ex secunda eius secundum perfectum testamentum aut voluntatem dispositione.

CAPUT III.

Ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν τινὰς νεμήσεις ποιουμένους μεταξὺ τῶν οἰκείων παίδων καὶ παρασκευάζοντας αὐτοὺς ταύταις ὑπογράφειν, καὶ τὸ τοιοῦτο σχῆμα προσιέμεθα. εἰ γὰρ διανέμοι τις τὰ οἰκεῖα πράγματα καὶ αὐτοὺς τοὺς παῖδας προσκαλεσάμενος ποιήσειεν ὑπογράψαι ταῖς νεμήσεσιν αὐταῖς, καὶ κυρίας ταύτας ἡγήσασθαι, καὶ ὁμολογῆσαι ταῦτα κατὰ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον,

Quia vero novimus aliquos divisiones facientes inter proprios filios et praeparantes eos his subscribere, et hoc schema suscepimus. Si quis enim dividit proprias res et ipsos filios evocans faciat subscribere divisionibus ipsis, et ratas eas iudicare, et profiteri haec secundum hunc habere modum, sit et hoc fir-

cap. II in. summarium habet B^s Δ 13, 37 p. 210 Zach.

vult, haec quoque si propria manu scribantur atque coram testibus a testatoribus affirmetur se omnia deinceps quae in dispositione extent et scripsisse et valere velle, valida sint, neve ullo modo infirmentur propterea quod in chartis scripta esse videantur nec reliqua testamentorum sollemnitate praedita sint, sed eo tantummodo differant, quod dextra et lingua eius utantur quae omnem vim chartae praestet.

II. *Et si quidem usque ad mortem haec forma permanserit, nemo postea testimonia exhibebit, voluisse forte illum eiusmodi voluntatem commutare aut convertere aut eiusmodi aliquid facere, quippe cui licuerit id quod factum erat rumpere et aliam voluntatem facere declarantem ultimam eius sententiam quae valere debeat. Hoc enim ei agere permittimus, si id ipsum diserte praesentibus septem testibus designet, se eiusmodi voluntatem iam quidem fecisse nec tamen amplius valere velle, sed aliam facere. Atque haec aut in perfecto testamento faciat quod omnes testamentorum notas habeat, aut in non scripta perfecta voluntate, ut scripta aut non scripta voluntate relicta defunctus esse videatur, prioribus ex secunda eius dispositione per testamentum vel voluntatem perfectam irritis factis.*

III. *Quoniam autem scimus nonnullos divisiones facere inter liberos suos et curare ut illi his subscribant, eiusmodi quoque formam admittimus. Nam si quis res suas dividat ipsisque liberis accitis efficiat ut divisionibus ipsis subscribant easque ratas habeant atque haec secundum hunc modum se habere confitean-*

1 *ἢ καὶ*] *καὶ om. Proch. v. l., Epan.* ς ‖ *γραφόμενα χειρὶ L Proch.* ς ‖ 5 *χάρταις ML Epan.*] *χάρτῃ Proch.* ς ‖ 6 *γεγράφαι L* ‖ 7 *δεξαμένοις Epan.* ‖ *τούτῳ L Epan.*] *τοῦτο M Proch.* ς ‖ *μόνον*] *μὲν L* ‖ *διαλλαττέτω ML* immutetur ς] *διαταττέτω Proch. Epan. quod non recte probat Zachariae* ‖ *τῷ L Epan.*] *τὸ M Proch.* ς ‖ 8 *γλῶσσαν Proch.* ‖ *ἔχειν om. L* ‖ 10 **μείνοι ML Proch. Epan.* ‖ *τούτῳ τῷ σχήματι Proch. plerique* ‖ 11 *παράξει Proch. plerique, Epan.* ς ‖ *μαρτυρίαν Proch. v. l.* ‖ *βουληθέντι* (*v. l. βουληθέντος*) *Proch.* ‖ 13 *γινόμενον L* ‖ 14 *τελευταίαν*] perfectam *i. e. τελείαν* ς ‖ 16 *ἐπισημαινόμενον* L^a ‖ 17 *ἑπτὰ M*ς (*Iul. Ath. Theod.*)] *ἑπτὰ ἢ καὶ πέντε L Proch. Epan.*; *glossema in Prochiro Basilii additum ex eiusdem imperatoris constitutione in Leonis novella* 41 *citata repeti potest* (*ipsam Leonis novellam fontem esse statuerat Cuiacius ad Dig.* 28, 1, 21), *rectius interpretamentum ad Cod.* 6, 23, 31 *referas* ‖ *καὶ om. Proch.*; *leg. κἂν ex* ς? ‖ *τινα*] *τὴν Proch. Epan.* ‖ 19 *ἀλλ᾽ ἑτέραν*] sed rursus vult aliam ς ‖ *ταῦτα ἢ*] *ταῦτα μὲν ἢ Proch.* hanc (*i. e. ταύτην*) aut ς ‖ 20 *ἐχούσης L* ‖ 21 *sq. ὥστε — βουλήσει om. L*ς ‖ 22 *ἢ ἀγράφῳ βουλήσει M Epan.*] *βουλήσει ἢ ἀγράφῳ Proch.* ‖ 24 *διατυπώσεως Proch. Epan.* ς] *διατυπώσεων ML* ‖ 26 *ποιουμένων* L^1 ‖ 28 *τὸ τοιοῦτο*] hoc ς ‖ *προσιέμεθα*] suscepimus ς ‖ 29 *διανέμοι*] divnidit ς ‖ 31 *sq. ὁμολογῆσαι καὶ ἡγήσασθαι L*

1 dicta quae T^1 ‖ a testationibus T ‖ 2 testibus] coram omnia testibus *add.* R^a ‖ consequentem $R^1 V^1$ ‖ dispositionem V^a ‖ 3 volunt] uoluerunt T uoluerit R^1 ‖ manere V ‖ 4 sin R^1 ‖ nichilo R nichilominus V ‖ ea R^1 ‖ 6 inmitetur T^b ‖ 7 habeat R ‖ omni uirtute T^2 ‖ praebita T^1 ‖ 11 *sq.* uoluntatem talem T ‖ 12 aut aliquid] ut aliquid R^1 ‖ 13 rupere T^1 ‖ alia T^1 ‖ 14 eius perfectam V ‖ 18 tamen] tm̄ V, *om.* R^1 ‖ eam ualere T *vulg.* ‖ ulterius vult] vult *om.* V ‖ 19 haec *Beck* ‖ 20 profecto R ‖ 21 in non] immo V^1 ‖ voluntate] ut scripta vel non scripta voluntate *addi vult Beck* (*sed cf. ad Gr.* 21 *sq.*) ‖ 24 dispositionem V ‖ 26 aliquas T ‖ 27 hic T ‖ 28 enim *om.* V ‖ dividat *vulg.* ‖ 29 conuocans T ‖ 30 ipsis *om.* T ‖ eius T^1 ‖ indicare V ‖ 31 haec] hoc T

ἔστω καὶ τοῦτο κύριον ἐπὶ τοιαύτης πραγμάτων διαιρέσεως κατὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν ἣν περὶ τούτου τεθείκαμεν· ἣν ἐπὶ πᾶσι τοῖς αὐτῇ περιεχομένοις κυρίαν εἶναι καὶ διὰ τοῦδε τοῦ νόμου θεσπίζομεν. εἰ μέντοιγε καὶ ἐπὶ διανεμήσεων αὐτὸς ὑπογράψει καὶ σαφῆ πάντα διὰ τῆς ὑπογραφῆς τῆς αὐτοῦ ποιήσεται, ἔστω καὶ τοῦτο κύριον, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἤδη τῇ ἡμετέρᾳ νομοθεσίᾳ περιέχεται. πρόδηλον δὲ ὡς ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων ὅδε ὁ νόμος κρατήσει ὁπόσα μετ᾽ αὐτὸν κινηθῆναι συμβαίη.

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης γινώσκουσα ἅπασι ποιησάτω φανερά, ὥστε μηδὲν διαλαθεῖν τῶν ὀρθῶς καὶ προνοητικῶς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων νενομοθετημένων.*

Dat. k. Febr. CP. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIV. Basilio vc. cons. ⟨ind. IV.⟩ [*a.* 541]

mum in huiusmodi rerum divisione secundum nostram constitutionem quam ob hoc posuimus: quam in omnibus quae in ea continentur firmam esse et per hanc legem sancimus. Si autem et in divisione ipse subscripserit et clara omnia per subscriptionem suam fecerit, sit et hoc ratum, quoniam et hoc iam nostra legislatione continetur. Palam vero est quia in talibus casibus haec lex valebit, quoscumque postea moveri contigerit.

⟨**Epilogus.**⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua gloria cognoscens omnibus faciat manifesta, ut nullum lateat quae recte et providenter pro nostris subiectis sancita sunt.

Dat. kal. Feb. ⟨CP. imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIIII. Basilio vc. cons.

$\overline{\text{PH}}$

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Βάσσῳ τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητι τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων ἐπέχοντι τὸν τόπον Ἰωάννου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Ὑποθέσεως ἠκούσαμεν περὶ διαθήκης ἀμφισβητουμένης, ἣν καὶ ἑρμηνεῦσαι δίκαιον ἡγησάμεθα καὶ νόμῳ περιλαβεῖν ἀκριβεῖ, τοῦτο δὴ τὸ ἡμῖν εἰωθὸς ἐκ τῶν ἐν ταῖς ὑποθέσεσι κινουμένων ζητήσεων νόμων χρηστῶν λαμβάνειν ἀφορμάς.*
1 *Παῖδας γάρ τις οἰκείους ἐνστησάμενος κληρονόμους, εἶτα καὶ ἀλλήλοις αὐτοὺς ἐξ ἀπαιδίας ὑποκαταστῆσαι βουλόμενος ἐκέλευσεν, εἰ συμβῇ τινα τῶν αὐτοῦ παίδων καὶ κληρονόμων μέλλειν ἄπαιδα τὸν ἀνθρώπινον καταλύειν βίον, μετὰ τὴν ἐξαίρεσιν τῶν ἐκ τοῦ*

CVIII. Auth. CIII. Coll. VIII tit. 4

℞ DE RESTITUTIONIBUS ℞

Idem Aug. Basso v. m. comiti domesticorum et locum habenti Iohannis pp. per Orientem.

⟨**Praefatio.**⟩ Negotium audivimus pro testamento dubitato, quod etiam interpretari iustum existimavimus et lege comprehendere certissima, hoc quod nostrae consuetudinis est in negotiis motis ex legibus optimis accipere occasiones.
1 Filios enim quidam suos instituens heredes, deinde etiam alterutris eos filiis non extantibus substituere volens iussit, si contigerit aliquem eius filiorum et heredum futurum sine filiis humanam solvere vitam, post exceptionem horum quae ex lege debentur ei

Πρὸς τούτοις κελεύομεν τοὺς σκρινιαρίους τῶν ἔργων τοὺς ὑπὸ τοὺς ἐπάρχους τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τελοῦντας μηδεμίαν μετουσίαν πρὸς τὰ τοιαῦτα λογοθέσια παντελῶς ἔχειν, ἀργούντων ἁπάντων δι' ὧν αὐτοῖς εἴτε γενικῶς εἴτε ἰδικῶς τι τοιοῦτο πρώην ἐπιτέτραπται ἢ μετὰ ταῦτα πορισθείη. τοὺς γὰρ ὑπὲρ τῶν εἰρημένων αἰτιῶν λυγισμοὺς οὐδένα ἐπιτρέπεσθαι βουλόμεθα, εἰ μὴ ἡμεῖς συμφέρειν ταῖς πόλεσιν ἡγησάμενοι ἄνδρα εὐυπόληπτον καὶ ἀξίᾳ κεκοσμημένον ἐπιλεξόμεθα τὸν ὀφείλοντα παρ' ἡμῶν ἔγγραφον θείαν κέλευσιν λαβεῖν περιέχουσαν διὰ ἡμετέρας εὐσεβοῦς ὑποσημειώσεως καὶ τὸ ἐκείνου ὄνομά τε καὶ ἀξίαν καὶ τὰς αἰτίας καὶ τοὺς χρόνους ὧν αὐτῷ τοὺς λογισμοὺς ἐπιτρέπομεν. τοὺς δὲ ὑπὸ τῶν τοιούτων προσώπων λογοθετουμένους πᾶσαν ἔχειν ἀσφάλειαν παρακελευόμεθα, ἑτέραν ζήτησιν μηδαμῶς ὑπομένοντας.

Super hoc iubemus scriniarios operum sub praefectis sacrorum praetoriorum constitutos nullum participium ad talia ratiocinia omnino habere, vacantibus omnibus per quae eis sive generaliter sive specialiter aliquid tale pridem concessum est aut postea impetretur. Pro praedictis enim causis rationes nulli committi volumus nisi nos prodesse civitatibus aestimantes virum bonae opinionis et dignitate ornatum elegerimus, qui debeat a nobis in scriptura divinam iussionem percipere continentem per nostram piam subscriptionem et illius nomen et dignitatem et causas et tempora quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem qui a talibus personis rationes exiguntur omnem habere cautelam iubemus, aliam quaestionem nullatenus sustinentes.

CAPUT XIX.

Πρὸς τούτοις θεσπίζομεν μηδενὶ τῆς ἡμετέρας πολιτείας τόπῳ τὸν αὐτὸν καὶ ἄρχοντα εἶναι καὶ τοποτηρητὴν τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ἢ στρατηγίδος ἀρχῆς, ἀλλὰ μηδέ τινα εἴσπραξιν δημοσίων συντελειῶν χειρίζοντα τοποτηρητὴν εἶναι τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων καὶ στρατηγίδος, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν μηδένα ἐν ταῖς ἐπαρχίαις γίνεσθαι τοποτηρητὴν ἐπάρχων, εἰ μὴ ἐξ ἡμετέρας ἐγγράφου κελεύσεως ἐν τοῖς ἐξπεδίτοις, ὅπου χρεία ἐστὶ καὶ τοποτηρητὴν ἐπάρχων πέμπεσθαι τῆς αὐτῆς ἐπαρχότητος τὸν ὀφείλοντα προνοεῖν τῶν

Ad haec sancimus nullo reipublicae nostrae loco eundem ipsum et iudicem esse et loci servatorem gloriosissimorum praefectorum aut magistromilitatus cinguli, sed nec aliquem exactionem fiscalium tributorum agentem loci servatorem esse gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militum; et simpliciter dicendum, nullum in provinciis fieri loci servatorem praefectorum, nisi per nostram scriptam iussionem in expeditis, ubi utilitas exigit et loci servatorem mitti eiusdem praefecturae, qui debeat

c. XVIII argumentum ex Ath. notant paratitla Ath. 22 § 9.
c. XIX. XX om. L.

iudicis neque si pragmaticam vel aliam sanctionem vel sacrum commonitorium accipiat quod ei tale aliquid committat. Sed si quid eiusmodi fiat, liceat sanctissimo cuiusque civitatis episcopo et primatibus eius de praedictis capitibus eiusmodi personis non respondere, sed ad nos referre, ut his cognitis et illatum civitatibus damnum ex ipsorum substantia restitui iubeamus et convenientem vindictam talibus personis infligamus.

XVIII. *Praeterea iubemus scriniarios operum qui sub praefectis sacro praetorio constituti sunt nullam omnino communionem in eiusmodi ratiociniis habere: ut omnia cessent per quae iis sive generaliter sive specialiter tale quid olim commissum fuit vel post haec concedatur. Rationes enim de praedictis causis nemini committi volumus, nisi nos civitatibus id conducere arbitrati virum bonae existimationis et dignitate ornatum elegerimus, qui a nobis sacram iussionem litteris perscriptam accipere debeat, quae per piam subscriptionem nostram contineat et nomen et dignitatem illius et causas et tempora quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem a quibus rationes per eiusmodi personas repetuntur omnem securitatem habere praecipimus neque aliam umquam quaestionem subire.*

XIX. *Praeterea sancimus, nullo rei publicae nostrae loco eundem et magistratum esse et vicarium gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militum, nec magis quemquam cui exactio publicorum tributorum iniuncta est vicarium esse gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militum; atque ut simpliciter dicamus, nullum in provinciis fieri vicarium praefectorum nisi ex nostra iussione litteris perscripta in expeditionibus, ubi opus est vicarium praefectorum eiusdem praefecturae mitti, qui militaribus*

1 **μηδὲ ML* ‖ *κομονητόριον, s. v. συμβόλαιον L* ‖ 8 *κελεύσομεν L* ‖ 11 *Πρὸς τούτοις*] Super hoc *ς* ‖ 12 *ἐπάρχους Scrimger* (*Theod. ἐπάρχων*)] *ὑπάρχους ML* ‖ 22 *παρασημειώσεως L* ‖ 25 *λογοθετουμένους om. L*

1 scripti $V^b T$ scriptis V^a *vulg.*, *del. Beck* ‖ 2 commonitarium *V* commentarium *T* ‖ accipiā *V* ‖ 4 sanctum *T* ‖ 7 agnoscentes] hac noscentes *V* ‖ 8 iubemus *T* ‖ et] ut *T* ‖ 9 *sq.* inferamus. super hoc *scr.* V^2 *in spat. vac.* 1 *vs.* ‖ 11 Insuper *T* ‖ hoc] *leg.* haec (*cf. c.* 23 *in.*)? ‖ praefextis *T* ‖ 13 habere *om. V* ‖ 15 pridem tale *V* ‖ 16 Pro *om. T* ‖ casis *T* ‖ 17 existimantes *T vulg.* ‖ 19 qui *om.* V^1 ‖ diuina iussione *T* ‖ 20 percipere *om. T* ‖ contempnentem *T* ‖ 21 et illius] ut illius *T* ‖ dignitates *T* ‖ 22 et tempora] ipsas *T* ‖ ratiocini T^1 ‖ 23 qui a] quia *V* ‖ 24 aliquam *T vulg.* ‖ 25 sustinemus *T* ‖ 27 sanci*** T^a ‖ nullo] in illo *V* in nullo T^2 *vulg.*, *om.* T^1 ‖ nostre *in ras. T* nostro *V* ‖ 28 ipsum *delendum videtur* ‖ 29 magistromilitatus V^1] magistrorum militatus (limitatus *T*) $V^2 T$ *vulg.* ‖ 30 set nec aliquem *in ras. V* ‖ aliquem *V*] aliquam *T vulg.* ‖ exactione* V^1 ‖ 32 magistrorum militum *cet.*] |rum militum — 35 et loci seruato| *in ras.* 4½ *vs. om.* V^1, 34 nisi — 35 loci seruato| *suppl.* V^2 ‖ 34 praefectorum] praefectorum gloriosissimorum *T* ‖ per uestram *V*(²) pro nostra *T* ‖ scriptam *V*(²)] *om. T vulg.* ‖ 35 iussione *T* ‖ exigitur *V*

στρατιωτικῶν δαπανημάτων. εἰ δέ τι παρὰ ταῦτα πλημμεληθείη, ὁ μὲν τοποτηρητὴν ἑαυτοῦ ποιήσας λ' λιτρῶν χρυσίου ποινὴν εἰσπραχθήσεται, ἀποκαθιστῶν καὶ πᾶσαν δαπάνην ἢ ζημίαν ἣν ἂν διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ σταλέντος τινὲς ὑπομείναιεν, ὁ δὲ γενέσθαι θαρρήσας καὶ τῆς ἰδίας ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ στρατείας ἐξαιρεθήσεται καὶ δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινὴν ζημιωθήσεται.

providere militaribus expensis. Si quid autem extra haec delinquatur, qui quidem loci servatorem suum fecit, XXX auri librarum poenam exigitur, restituens et omne damnum quod per eum qui ab eo directus est aliqui pertulerint, qui vero fieri praesumpsit et proprio cingulo et dignitate et militia privabitur et decem auri librarum poena multabitur.

CAPUT XX.

Κωλύομεν δὲ πρὸς τούτοις καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντας ἄρχοντας πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἤτοι κάστροις τοποτηρητὰς ἐν ταῖς καταπιστευθείσαις αὐτοῖς ἐπαρχίαις ποιεῖν, ἐξ οὗ δηλαδὴ εἰς τὴν ἐπαρχίαν παραγένωνται καὶ ἐν ὅσῳ ἐν αὐτῇ ἄρχουσι· πέντε χρυσίου λιτρῶν ποινῆς ἐπικειμένης τοῦτο μὲν τῷ ποιοῦντι τοποτηρητὴν ἄρχοντι τοῦτο δὲ τῷ γενέσθαι τολμήσαντι. πρὶν δὲ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις παραγένωνται οἱ ἄρχοντες, δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν τοποτηρητὰς ἑαυτῶν προβάλλεσθαι πάντα ὀφείλοντας μέχρι τῆς αὐτῶν παρουσίας διαπράττεσθαι, ἅτινα δύνανται οἱ αὐτοὶ ἄρχοντες ποιεῖν, δίχα μέντοιγε ἐσχάτης τιμωρίας ἢ μέλους ἀποκοπῆς. ἀλλ' εἰ καί τις ἐκ τῶν ἀρχόντων κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν εἰς ἄλλην ἐπαρχίαν ἐκπεμφθῇ, ἐξέστω αὐτῷ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον τοποτηρητὴν ἑαυτοῦ ποιεῖν.

Prohibemus ad haec et in provinciis existentes iudices civiles et militares in civitatibus aut castris loci servatores in commissis sibi provinciis facere, ex quo videlicet in provinciam accesserint et in quantum in ea administrant; quinque auri librarum poena imminente tam facienti loci servatorem iudici quam fieri praesumenti. Antequam vero in provinciis veniant iudices, damus licentiam eis vices agentes suos instituere, qui omnia debeant usque ad sui praesentiam agere quae possint ipsi iudices facere, citra tamen novissimum supplicium aut membri incisionem. Sed et si quis ex iudicibus secundum iussionem nostram in aliam regionem mittatur, liceat ei per similem modum loci servatorem suum facere.

CAPUT XXI.

Κελεύομεν δὲ πάντας τοὺς ἄρχοντας τοῦτο μὲν στρατιωτικοὺς τοῦτο δὲ καὶ πολιτικοὺς δι' ἑαυτῶν ἀναζητεῖν τοὺς λῃστείας ἢ βίας ἢ ἁρπαγὰς πραγμάτων ἢ γυναικῶν ἢ ἄλλα οἱαδήποτε ἀτοπήματα ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πλημμελοῦντας καὶ τιμωρίας αὐτοῖς νομίμους ἐπάγειν, καὶ μηδὲ ὑπὲρ τούτων τῶν αἰτιῶν κομίζεσθαί τι συνηθειῶν ὀνόματι, ὥστε πανταχόθεν τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ἀβλαβεῖς φυλαχθῆναι. οὐδὲ γὰρ συγχωροῦμεν οἱῳδήποτε μείζονι ἢ ἐλάττονι στρατιωτικῷ ἢ πολιτικῷ ἄρχοντι ἢ λῃστοδιώκτας ἢ βιοκωλύτας ἢ τριβούνους ὑπὲρ τῶν τοιούτων αἰτιῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις προβάλλεσθαι, ἢ τοὺς ὀφείλοντάς τινας

Iubemus autem omnes iudices tam militares quam civiles per se requirere eos qui latrocinia aut violentias aut rapinas rerum aut feminarum aut alia quaelibet inlicita in provinciis committunt et supplicia eis legitima inferre, neque pro his causis accipere aliquid consuetudinum nomine, ut omnes undique nostri collatores inlaesi serventur. Non enim permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici aut latronum insecutores aut violentiarum inhibitores aut tribunos pro talibus causis in provinciis ordinare, aut qui debeant aliquos exar-

c. XXI partem (Κελεύομεν πάντας — 32 ἀβλαβεῖς φυλάττεσθαι et 645, 2 εἰ δέ τις — 5 ποινὴν καταβαλεῖν) habet Epanagoge 7, 7.

---

expensis prospicere debeat. Si quid vero adversus haec commissum sit, qui quidem vicarium sibi fecerit triginta librarum auri poena multabitur, restituturus etiam omne dispendium vel damnum quodcumque per eum qui ab ipso missus est aliqui passi sint, qui autem vicarius fieri ausus sit et magistratu suo et potestate et militia privabitur et decem librarum auri poena multabitur.

XX. *Praeterea autem prohibemus etiam magistratus qui in provinciis sunt et civiles et militares, ne in civitatibus vel castris vicarios in commissis sibi provinciis faciant, ex quo scilicet in provinciam venerint et quamdiu in ea magistratum gerant; cum quinque librarum auri poena immineat tam qui faciat vicarium magistratui quam ei qui fieri ausus sit. Antequam vero magistratus in provincias veniant, potestatem iis damus vicarios sibi constituendi, qui usque ad eorum adventum omnia quae ipsi magistratus facere possunt peragere debeant, excepto tamen ultimo supplicio aut membri abscisione. Sed etiam si quis ex magistratibus iussu nostro in aliam provinciam mittatur, liceat ei simili modo vicarium sibi constituere.*

XXI. *Iubemus autem omnes magistratus tam militares quam etiam civiles ipsos inquirere in eos qui latrocinia aut violentias aut rapinas rerum vel mulierum aut alia ulla facinora in provinciis committunt et supplicia iis legitima inferre, ac ne his quidem de causis quicquam accipere consuetudinum nomine, ut subiecti nostri undique illaesi serventur. Neque enim ulli maiori vel minori militari vel civili magistratui permittimus aut latronum persecutores aut biocolytas (violentiarum prohibitores) aut tribunos propter eiusmodi causas in provinciis constituere, aut eos qui exarmare aliquos debeant,*

---

4 *δαπάνην ἢ om. ς* ‖ 5 **ὑπομείνοιεν M* ‖ 20 *οἱ αὐτοὶ*] ipsi *ς* ‖ 25 *τοὺς ἄρχοντας L ς Epan. Iul. (Theod.)*] *τοπάρχας M* ‖ 27 *τοὺς L Epan.*] *τὰς M* ‖ *ἁρπαγῆς M* ‖ 30 *νομίμας L^b* ‖ 32 *διαφυλαχθῆναι L* ‖ 34 *ἢ πολιτικῷ om. ς*

1 militaribus] militibus in V^2 ‖ quis V^1 ‖ 2 delinquatur committant quidam seruatorem loci suum fecit XXX (committant — XXX *scr. V^2 in ras.* 1½ *vs.*) *V* deliquatur. loci quidem seruatorem siue qui hoc fecit XXX *T* delinquatur et committatur, qui quidem loci seruatorem suum fecit XXX *vulg.* ‖ 3 auri librarum *V*] librarum auri *T vulg.* ‖ pena *VT* ‖ exigetur *V^2 vulg.* ‖ 5 aliqui *T*] aliquid *V* ‖ protulerint *T* ‖ praesumpserit *T vulg.* ‖ 7 librarum auri *T vulg.* ‖ 9 ad *om. T* ‖ etiam *T* ‖ 10 castri *V* ‖ 11 locis V^2 ‖ commissi V^1 ‖ provinciis *om. T* ‖ 13 admiserint *T* ‖ librarum auri *T* ‖ 14 faciente V^1 ‖ iudicis $V^1 T$ ‖ 15 fieri *om. T* ‖ praesument V^1 ‖ prouintias *V* ‖ 16 iudices] ad iudices *V* ‖ eis *om. T* ‖ 17 que T^1 ‖ 19 cura *V* ‖ tamen *om. T* ‖ 20 et si] et *om. T* ‖ 21 regionem] regionem nostram *T* ‖ ei *om. T* ‖ 22 locis *V* ‖ 29 causis *om. T* ‖ 30 consuetudinum *Heimbach*] consuetudinem *V* consuetudinis *T vulg.* ‖ nominem *V* ‖ 31 nostri *om. T* ‖ illes****uentur T^1 ‖ 32 militari *om. V* ‖ 33 insecutores latronum *T* ‖ uiolentiaru****tores T^1 ‖ 34 casibus *T* ‖ 35 exarmare *V^2 in. ras.*] examinare *T vulg.*

ἀφοπλίζειν, ὥστε μὴ διὰ τῶν τοιούτων προφάσεων πλείονας βίας ἐπάγεσθαι τοῖς ἐπαρχεώταις. εἰ δέ τις τῶν ἀρχόντων ταῦτα μὴ παραφυλάξει, γινωσκέτω μὴ μόνον τῆς καταπιστευθείσης αὐτῷ ἀρχῆς ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινὴν καταβάλλειν· τοῦ τολμῶντος τοιοῦτο πρᾶγμα παραλαβεῖν μετὰ βασάνους καὶ τὴν τῆς οὐσίας δήμευσιν εἰς ἐξορίαν πεμπομένου.

mare, ut non per tales occasiones ampliores violentiae inferantur provincialibus. Si quis autem iudicum haec non custodierit, cognoscat non solum commisso sibi cingulo spoliandum, sed decem librarum auri poenam exsolvere; eo qui praesumpserit talem causam adsumere post tormenta et substantiae confiscationem in exilium dirigendo.

CAPUT XXII.

Πρὸς τούτοις κελεύομεν τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας καὶ τὰς αὐτῶν τάξεις, εἴ ποτε ἐκ πόλεως εἰς πόλιν παραγένωνται, μήτε ἀγγαρείαις μήτε διαγραφαῖς ἢ ἄλλοις δαπανήμασι τοὺς ὑποτελεῖς βαρύνειν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀφωρισμένων αὐτοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου ἀννόνων τὰς δαπάνας ποιεῖν.

Ad haec iubemus provinciarum iudices et officia, si quando de civitate aut ad civitatem veniunt, neque angariis neque descriptionibus aut aliis expensis collatores gravare, sed ex deputatis sibi de fisco annonis expensas facere.

CAPUT XXIII.

Πρὸς τούτοις θεσπίζομεν τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας πᾶσι τρόποις μετὰ τὸ ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν πεντήκοντα ἡμέρας ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διατρίβειν καὶ τοῖς ἐναγωγάς τινας κατ' αὐτῶν κινοῦσιν ἀποκρίνεσθαι. εἰ δὲ συμβαίη τινὰς ἐξ αὐτῶν πρὸ τοῦ πληρῶσαι τὰς ν' ἡμέρας καταλιπεῖν τὴν χώραν, κελεύομεν πάντας τοὺς παρ' αὐτῶν ζημίαν τινὰ ὑμομείναντας συνιέναι παρὰ τῷ ὁσιωτάτῳ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπῳ τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων ἕνα ἕκαστον ἁπτόμενον τῶν ἁγίων εὐαγγελίων φανεροῦν τὰς ἐπαχθείσας αὐτῷ ζημίας, καὶ ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας καθ' οὗ τὰ τοιαῦτα γέγονεν ὑπομνήματα πᾶσαν ζημίαν τοῖς βλαβεῖσιν ἀποκαθίστασθαι, προνοίᾳ καὶ κινδύνῳ τῶν κατὰ καιρὸν ἐπάρχων καὶ τρακτευτῶν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, εἰδότων ὡς εἰ τοῦτο πληρῶσαι ἀμελήσουσιν, αὐτοὶ ἐκ τῶν ἰδίων περιουσιῶν πάσας τὰς ζημίας τοῖς βλαβεῖσιν ἀποκαταστῆσαι ἀναγκασθήσονται.

Super haec sancimus provinciarum iudices omnibus modis post depositionem cinguli quinquaginta dies in provinciis commorari et conventiones aliquas contra se moventibus respondere. Si vero contigerit aliquem ex eis ante completos quinquaginta dies deserere provinciam, iubemus omnes ab eo damnum aliquod passos simul ingredi apud sanctissimum metropoleos episcopum eiusdem provinciae, et sub gestis monumentorum unumquemque tangentem sancta evangelia palam facere illata sibi dispendia, et ex illius substantia contra quem talia facta sunt monumenta omne damnum laesis restitui, providentia et periculo per tempus praefectorum et tracteutarum eiusdem provinciae; scientibus quia, si hoc complere neglexerint, ipsi ex propriis facultatibus omnia damna laesis restituere compellentur.

CAPUT XXIV.

Εἰ δέ τις τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν ἢ μετακληθείη εἰς ἄλλην ἀρχὴν ἢ χρείαν εἰς ἄλλην ἐπαρχίαν

Si quis autem ex iudicibus provinciarum aut evocetur ad aliam administrationem aut opus ad aliam

c. XXII extat B 6, 3, 41. *Post hoc caput in L inseritur particula nov. CLXI c.* 1 *μὴ περατωθείσης δὲ τῆς δίκης — κατὰ τὰ προειρημένα προϊούσης* (= *B* 6, 3, 9).

c. XXIII (*Κελεύομεν τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν* — 26 *ἀποκαθίστασθαι*) *et XXIV clausula immutata habet Epanagoge* 7, 6; *c. XXIII* (18 *Εἰ δὲ συμβαίη* . . . .). *XXIV. XXV extant B* 6, 3, 11. 14.

ne per eiusmodi occasiones plures violentiae provincialibus inferantur. Si quis autem ex magistratibus haec non observaverit, intellegat se non solum commisso sibi magistratu privatum iri, sed etiam decem librarum auri poenam soluturum esse; is autem qui eiusmodi rem suscipere audeat post tormenta et substantiae publicationem in exilium mittatur.

XXII. *Praeterea iubemus praesides provinciarum eorumque officia, si quando de civitate in civitatem aliam transeant, neque angariis neque descriptionibus aut aliis expensis subiectos onerare, sed ex annonis quae ex fisco publico iis designatae sunt sumptus facere.*

XXIII. *Praeterea sancimus, ut praesides provinciarum omnibus modis post depositum magistratum quinquaginta dies in provinciis commorentur iisque qui actiones aliquas contra ipsos moturi sint respondeant. Si quos vero eorum ante completos quinquaginta dies provinciam deserere contigerit, iubemus omnes qui damnum aliquod ab iis perpessi sunt convenire apud sanctissimum metropoleos episcopum eiusdem provinciae, et actis confectis unumquemque tactis sanctis evangeliis damna sibi illata manifesta facere, atque ex substantia eius contra quem eiusmodi acta confecta sunt omne damnum laesis resarciri, providentia et periculo eorum qui quoque tempore sunt praefectorum et tractatorum eiusdem provinciae: qui sciant, si hoc implere neglexerint, se ipsos ex propriis facultatibus omnia damna iis qui laesi sunt resarcire coactum iri.*

XXIV. *Si quis autem ex praesidibus provinciarum vel evocetur ad alium magistratum vel negotium*

2 *ἐπαρχιώταις cum Haloandro vulg.* ‖ 3 *παραφυλάξει L*] *παραφυλάξοι M παραφυλάξῃ Epan.* ‖ 4 *ἀφαιρεῖσθαι*] *γυμνοῦσθαι Epan.* ‖ 5 *καὶ om. ς* ‖ 9 *καὶ*] *οὐ M* ‖ *αὐτῶν om. ς* ‖ *εἴ ποτε*] *εἴτε L* ‖ *εἰς*] aut ad *ς* ‖ 10 * *μηδὲ — μηδὲ MLB* ‖ 17 *ἐναγωγὰς — κινοῦσιν*] *ἐνάγειν αὐτοῖς βουλομένοις Epan.* ‖ 18 *τινὰ B ς Epan.* ‖ *ἐξ αὐτῶν om. B* ‖ 19 *καταλιπεῖν*] *λαθεῖν καὶ καταλιπεῖν B* ‖ 20 *αὐτῶν ML*] *αὐτοῦ B ς Epan. Iul.* ‖ *ζημίας τινὰς Epan.* ‖ 21 *ἁγιωτάτῳ B* ‖ *τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπῳ L B ς Epan.*] *ἐπισκόπω τῆς μητροπόλεως M* ‖ 23 *ἕκαστον*] *ἕκαστον αὐτῶν B Epan.* ‖ 25 *γέγονεν*] *συνέστη Epan.* ‖ 26 *ἀποκαθίστασθαι* — 30 *βλαβεῖσιν om. L* ‖ 29 *πληρῶσαι B*] *om. M in lac. circ.* 10 *litt.* ‖ 32 *ἢ om. Epan.* ‖ *μετακληθῇ L* ‖ 33 *εἰς ς Epan. Iul.*] *ἢ MLB* ‖ *εἰς MB ς*] *ἢ L, εἰς* — 646, 1 *καταπιστευθείη om. Epan.*

1 ut non] ne *T* ‖ 2 prouincialibus inferantur *T* ‖ 3 agnoscat *V* ‖ 5 qui *V*] quod *T vulg.* ‖ praesumpsit *T* ‖ 6 assūmere *T* ‖ tormenta] tormentorum *V* tormenta uero *T vulg.* ‖ 7 *dirigendo] dirigendum et in (in *om. V*) exilium relegando (religando *V*) *VT* ‖ 8 et *om. T* ‖ officia] eorum *add. vulg.* ‖ 9 aut *om. vulg.* ‖ uenerit *T* ‖ 10 neque descriptionibus] aut descriptionibus *T* ‖ 11 fiscō (*sic*) *V* ‖ 14 Nuper *V* ‖ 15 depositione *V* ‖ 18 completos V^2 *in spat. vac.* ‖ 20 aliquos *V* ‖ 21 sub gestis] subiectis *T* ‖ 23 sibi *V*] *om. T vulg.* ‖ 24 talia] a talia V^a ‖ facta *om. T* ‖ 25 restitui lesis *T* ‖ 26 et tracte ut horum eius *T* et contrate ut horum eiusdem V^2 *in ras., corr. Osenbrüggen* ‖ 27 hec *T* ‖ 28 neglexerit *T* ‖ ex *V*] de *T vulg.* ‖ 29 compelletur *T* ‖ 33 opus ad] ad *om. V*

καταπιστευθείη, κελεύομεν αὐτὸν νομίμου ἐντολέως προβαλλομένου τοῖς τὰς ἐναγωγὰς ὑπὲρ ζημιῶν προτιθεῖσιν ἀποκρίνεσθαι. ὅπερ εἰ μὴ πράξειε, θεσπίζομεν καὶ ὑπομνήματα παρὰ τῷ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ, καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται, πράττεσθαι, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῶν ζημιῶν τῶν ἐπαχθεισῶν αὐτοῖς ὀμόσασι κατὰ τὴν τῶν πεπραγμένων δύναμιν πᾶσαν ζημίαν ἀποδίδοσθαι, προνοίᾳ ὁμοίως καὶ κινδύνῳ τῶν κατὰ καιρὸν ἐπάρχων καὶ τῶν ἑκάστης ἐπαρχίας τρακτευτῶν.

provinciam ei credatur, iubemus eum legitimo procuratore constituto conventiones pro damnis proponentibus respondere. Quod nisi fecerit, sancimus monumenta apud sanctissimum episcopum, sicut superius dictum est, agi, et pro damnis illatis eis iurantibus secundum gestorum virtutem omne damnum reddi, providentia similiter et periculo per tempus praefectorum et uniuscuiusque provinciae tracteutarum.

CAPUT XXV.

Πάσας δὲ τὰς χρηματικὰς ποινὰς τὰς τῷ παρόντι νόμῳ περιεχομένας ὑπὸ τοῦ κατὰ καιρὸν κόμητος τῶν πριβάτων εἰσπράττεσθαι τοὺς τὸν παρόντα νόμον μὴ φυλάττοντας καὶ τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ ἐκδικεῖσθαι θεσπίζομεν, ὅστις εἰ μὴ ταῦτα ἐκδικήσει, αὐτὸς μετὰ τῆς ὑπηρετούσης αὐτῷ σχολῆς ἐκ τῆς ἰδίας αὐτοῦ περιουσίας τὴν τούτων ποσότητα καταβαλεῖν ἀναγκασθήσεται.

Omnes autem pecuniarias poenas quae praesenti lege continentur a comite per tempus privatarum rerum exigi eos qui praesentem legem non servant et nostro fisco vindicari sancimus, qui nisi eas vindicaverit, ipse cum ministrante sibi schola ex propria facultate huius quantitatem solvere cogitur.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἅτινα τοίνυν διὰ τοῦ παρόντος σωτηριώδους νόμου τοῦ εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος ὑπὲρ τῆς ὠφελείας καὶ καταστάσεως τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν διετυπώσαμεν, ἡ σὴ ἐνδοξότης ἄτρωτα καὶ ἀσάλευτα διὰ πάντων παραφυλαχθῆναι σπευσάτω, καὶ εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν ποιησάτω ἰδίκτων κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν προτιθεμένων, ἵνα δι' αὐτῶν πᾶσι δῆλα γένηται.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur per praesentem salutarem legem in perpetuum valituram pro utilitate et statu nostrorum collatorum disposuimus, tua gloria inviolata et immota per omnia servare festinet ⟨et⟩ in omnium notitiam venire faciat, edictis quidem in hac regia civitate sollemniter propositis, praeceptis autem apud clarissimos provinciarum iudices directis, ut per eos omnibus collatoribus manifesta fiant.

D. VIII. id. Iun. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIX. post cons. Basilii vc. anno IV. ind. VIII. [*a.* 545]

---

in alia provincia ei credatur, iubemus eum legitimo procuratore constituto iis qui actiones propter damna illata propositurі sint respondere. Quod nisi fecerit, sancimus ut et acta apud sanctissimum episcopum, sicut supra dictum est, conficiantur, et iis qui de damnis sibi illatis iurarint secundum actorum tenorem omne damnum restituatur, providentia similiter et periculo praefectorum qui quoque tempore sunt et provinciae cuiusque tractatorum.

XXV. *Omnes autem pecuniarias poenas quae praesenti lege continentur per comitem rerum privatarum qui quoque tempore est exigi ab iis qui praesentem legem non servaturi sint et fisco nostro vindicari sancimus: qui nisi eas vindicaverit, ipse cum schola quae ei ministrat ex sua substantia earum quantitatem solvere cogetur.*

Epilogus. Quae igitur per praesentem salutarem legem in perpetuum valituram pro utilitate et tranquillitate subiectorum nostrorum constituimus, tua gloria illibata et immota per omnia custodire studeat, atque in omnium notitiam perferenda curet, edictis in regia civitate propositis, ut per ea omnibus manifesta fiant.

---

1 *νόμιμον ἐντολέα προβαλλόμενον Epan.* ‖ 3 **πράξοι MLB Epan.* ‖ *θεσπίζομεν om. B* ‖ 4 *καὶ om. ς Epan.* ‖ *παρὰ] γένωνται παρὰ, om. v.* 5 *πράττεσθαι B* ‖ 5 *τοῖς om. B* ‖ 10 *ποινὰς τὰς om. M, τὰς om. B* ‖ 11 *τῶν πριβάτων] τῆς ἰδικῆς περιουσίας B* ‖ 12 *μὴ om. L* ‖ 13 *φίσκῳ] δημοσίῳ B* ‖ 14 *ταῦτα]* eas *ς* ‖ 15 *αὐτῷ om. L* ‖ *αὐτοῦ cum Haloandro vulg.* ‖ 16 *τούτων]* huius *ς* ‖ 18 *sq. ἅτινα — ἰσχύσοντος bis scripsit L* ‖ 19 *σωτηριώδους νόμου τοῦτο εἰς M, νόμου τοῦ σωτηριώδους τοῦ εἰς L priore loco* ‖ 20 *εὐσεβείας* M^a ‖ 23 *ἐδίκτων L* edictis quidem *ς, unde μὲν add. cum Haloandro vulg.* ‖ 24 *τὴν M] ταύτην τὴν L ς* ‖ sollemniter propositis, praeceptis autem ad clarissimos provinciarum iudices directis *ς, unde συνήθως προτιθεμένων, προστάξεων δὲ πρὸς τοὺς λαμπροτάτους τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας στελλομένων cum Haloandro vulg.* ‖ 25 *πᾶσι]* omnibus collatoribus (*i. e. πᾶσι τοῖς ὑποτελέσι*) *ς* ‖ 26 *subscriptionem om. ς, habent Iul.*[bpw]*, item codd. Iul. Mediolanensis et Utinensis* ‖ VIII. id. Iun.] *η' ιδ. ἰουνι. Ath.* id. iun. *M* VIII (CIII *b* VII *w*) kal. iun. (iul. *b*) *Iul., μηνὶ ἰουνίῳ Theod.* ‖ CP. — anno XIX.] *βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιθ' Ath. ἔτει ιη' τῆς βασιλείας Theod.* dn. iust. pp. aug. *M* ‖ 27 post cons. Basilii anno IV.] *μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου τὸ δ' Ath. Theod.* post cons. bilisarii (uelisaria *b*) anno IV. *Iul.* (*om. Iul.*[w]), basilio uc. cos. *M* ‖ ind. VIII. *Iul., om. cett.*

---

1 credatur *vulg.*] cedatur V^2 *in ras.* concedatur *T* ‖ 5 agere *T* ‖ 7 similite *T* ‖ 8 prouintia V^2 *in ras.* ‖ tractaeutarum *V* tractutarum *T* ‖ 10 poenas *om. T* ‖ 11 |tarum rerum V^2 *in spat. vac.*, rerum *om. vulg.* ‖ 14 administrante *T* ‖ 15 cogetur *vulg.* ‖ 18 per *om. T* ‖ salutarem legem *V*] legem salutarem nostram *T* legem nostram salutarem *vulg.* ‖ 21 et immota] non mota *T* ‖ festinet — venire *om. T* ‖ et *add. vulg.* ‖ 22 pervenire *vulg.* ‖ faciat — 25 fiant *om.* V^1, *suppl.* V^3 ‖ 24 apud *VT*] ad *vulg.* ‖ clarissimos *V*(³) *vulg.*] gloriosissimos *T* ‖ iudices prouinciarum *V*(³) ‖ 25 manifeste *T* ‖ fiant] latinarum *add.* V^3 latine *add. T* ‖ 26 *subscriptione carent libri; nam quae in T extat* at. kal. septembris constan. a iust. imperatore pp. an. XII. pc. *coniuncta cum rubrica constitutionis insequentis Auth. LII = nov. XLV pertinet ad const. Auth. LI = nov. LII*

ΡΚΘ

ΠΕΡΙ ΣΑΜΑΡΕΙΤΩΝ.

⟨Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἀδδαίῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.⟩

⟨Προοίμιον.⟩ Οὐδὲν οὕτω μέγα τῶν ὑπηκόων τινὸς τῶν ἡμετέρων ἐστὶν ἁμάρτημα, ὡς μὴ τῆς ἐξ ἡμῶν ἀξιωθῆναι φιλανθρωπίας. κἂν γὰρ εἰ τὰ παρ' αὐτῶν γεγονότα μισήσαντες πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν διαναστῶμεν ἐκδίκησιν, ἀλλὰ τὸν καιρὸν θεραπεύοντες καὶ τοῖς προσήκουσι τοὺς ἁμαρτάνοντας νουθετήσαντες τρόποις πάλιν πρὸς τὴν ἡμῶν αὐτῶν φιλανθρωπίαν ἐπάνιμεν, τὸ δίκαιον τῆς ὀργῆς ἀγαθότητος καταλεαίνοντες λογισμοῖς. ὁποῖον δή τι καὶ ὁ παρὼν ἡμῶν πραγματεύεται νόμος. Σαμαρείτας γὰρ πρώην θρασυνομένους καὶ κατεπαιρομένους Χριστιανῶν καὶ πρὸς τὴν ἁπάντων ὥσπερ ἐσχάτην ἀπόνοιαν ἐξοκείλαντας πολλοῖς μὲν ἐπιτιμίοις ἐσωφρονίσαμεν, ἑνὶ δὲ μάλιστα τῷ μήτε διαθήκας αὐτοὺς δύνασθαι γράφειν μήτε τούτων τελευτῶντας [διαθήκης] χωρὶς τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένοις συγγενέσι παραπέμπειν τὸν κλῆρον, πλὴν εἰ μὴ τοὺς πρὸς τοὺς κλήρους ἐφ' ἑκατέρῳ θέματι καλουμένους τῆς ὀρθῆς τῶν Χριστιανῶν εἶναι πίστεως συμβῇ. ἀπηγορεύσαμεν δὲ αὐτοῖς καὶ ληγάτα διδόναι καὶ δωρεὰς γράφειν, ἢ τινας ὅλως ἐκποιήσεις ἐπὶ τοῖς οἰκείοις τίθεσθαι πράγμασιν, ἐπειδὰν μὴ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τὸ λαμβάνον πρόσωπον εἴη. ταῦτα μὲν οὖν νόμῳ γενικῷ διαλαβόντες τηνικαῦτα μεμνήμεθα, πλὴν ἀλλ' οὐ τὴν αὐτὴν ἐν τοῖς ἔργοις ἣν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀκρίβειαν ἐφυλάξαμεν· οὔτε γὰρ τὸν ἡμέτερον φίσκον οὔτε τινὰ τοῦ δημοσίου μοῖραν ἑτέραν τῶν ἐκεῖθέν τι λαβεῖν ἠνεσχόμεθα, κἂν εἰ τοῦτο ῥητῶς ὁ νόμος ἐδίδου.

CXXIX. Auth. CXXII

DE SAMARITIS.

Idem Aug. Addaeo pp.

⟨Praefatio.⟩ Nullum ita magnum subiectorum nostrorum delictum est, quod non nostra clementia medeatur. Licet enim eorum facta odio habentes ad vindictam pro eis insurgamus, tamen tempus medentes et commonentes modis competentibus delinquentes rursus ad nostram clementiam remeamus, iustitiam iracundiae benignitatis reconciliantes rationibus. Quale quiddam et praesens nostra celebrat lex. Samaritas enim pridem atroces et elatos contra Christianos et in omnium velut novissimam superbiam excedentes plurimis quidem poenis affliximus, una vero maxime, quod neque testamenta ipsi possint conscribere neque horum defuncti absque cognatis qui ab intestato vocantur hereditatem transmittere, nisi ad hereditatem ex utroque casu vocatos rectae Christianorum fidei esse contingeret. Interdiximus autem eis et legata dare et donationes scribere, aut aliquas omnino alienationes in suis ponere, nisi forte orthodoxa fide percipiens persona esset. Licet enim lege generali haec comprehendentes tunc meminerimus, tamen non eandem in operibus quam litteris subtilitatem reservavimus: nam neque nostrum fiscum nec aliquam publici partem ex his quicquam accipere passi sumus, licet hoc expressim lex daret.

CAPUT I.

Νῦν δὲ δὴ πρὸς τὸ μέτριον ἐπαναχθέντας αὐτοὺς ἰδόντες, ἡμῶν τε αὐτῶν ἀνάξιον εἶναι νομίσαντες

Nunc itaque ad moderationem reductos videntes eos, et nostrorum ipsorum indignum esse putantes

Nov. CXXIX (Authent. CXXII) Graece extat in M. — Epit. Theod. 129, *Athan.* 3, 2 (*inde Coll. constitutionum eccl. III* 3, 2), *Anonymus Bodleianus* 20 *apud Zachariae Ἀνέκδ. p.* 219. *Iulian. const. CXVI. Argumentum notat Nomoc. XIV tit.* 10, 8 *p.* 586 *Pitra.*

CXXIX.

DE SAMARITIS.

Praefatio. Nullum adeo magnum est ullius ex subiectis nostris delictum, ut non humanitate nostra dignum aestimetur. Licet enim quae ab iis facta sunt exosi ad vindictam de iis statuendam surgamus, tamen tempus curantes ubi delinquentes convenientibus modis in aliam mentem adduximus, rursus ad humanitatem nostram redimus iustam iram benignitatis rationibus lenientes. Quale quid etiam praesens lex nostra agit. Samaritas enim prius atroces et adversus Christianos elatos atque ad extremam omnium quasi dementiam delapsos cum multis poenis castigavimus tum una potissimum, ut neque testamenta scribere neque sine testamentis decedentes ad cognatos qui ab intestato vocantur hereditatem transmittere possent, nisi forte qui ad hereditates in utroque casu vocantur rectae Christianorum fidei essent. Vetuimus autem eos et legata dare et donationes scribere, vel ullas omnino in rebus propriis alienationes facere, ubi persona quae acceptura sit orthodoxae fidei non sit. Atque haec quidem nos generali lege complexos esse meminimus, nisi quod non eandem in factis quam in litteris diligentiam servavimus: neque enim fiscum nostrum neque aliam ullam rei publicae partem quicquam inde accipere passi sumus, licet hoc diserte lex concederet.

I. *Verum nunc quidem cum eos ad moderationem reductos videamus, nobisque ipsis indignum esse*

2 *rubr. Περὶ Σαμαρειτῶν index M, Ath. Theod. Nomoc.*] *Περὶ τῶν σαμαρειτῶν M in textu; Περὶ τοῦ τοὺς Σαμαρείτας κληρονομεῖν καὶ κληρονομεῖσθαι καὶ τὰ ἄλλα ποιεῖν συναλλάγματα καθὼς τὸ πρότερον Anon. Bodleianus* ‖ 3 *inscr. om. M, praestant Ath. et ϛ* (*Ἀρεοβίνδῳ pro Ἀδδαίῳ cum Leunclavio vulg.*) ‖ 5 *τινὸς om. ϛ* ‖ * *ἐξ ἡμῶν* (nostra *ϛ*)] *ἐξ ἧς M, ἑξῆς cum Scrimgero vulg.*; *ἐμῆς coni. Zachariae* ‖ 15 *ἐξωκείλαντας M* ‖ 18 **τελευτώντων M; τελευτῶντας correxi et διαθήκης seclusi* (*cf. ϛ*) *coll.* 648, 11. 24 ‖ 19 *καλουμένους M* ‖ 23 **τινας* (aliquas *ϛ*)] *τὰς M* ‖ 24 *πράγμασιν om. ϛ* ‖ *ἐπειδὰν μὴ*] nisi forte *ϛ* ‖ 26 *νόμῳ*] *Cod.* 1, 5, 17 ‖ 28 *ἣν vulg. ex ϛ*] *τὴν M* ‖ 29 **οὐδὲ — οὐδὲ M* ‖ 30 *ἑτέραν om. ϛ*

1 *nov. CXXIX = Auth. CXXII om. R, inter extravagantes in appendice ab alio librario scriptam exhibet T f.* 180 ‖ 2 *rubr.* De Samaritis *vulg.*] De Samaritanis *T, om. V* ‖ 3 addeo p̄porum *VT* ‖ 4 Nullum] Set illum *T* ‖ 5 nostrorum *om. T* ‖ 6 odio *vulg.*] deo *VT* ‖ 8 componentes *V* ‖ 11 nostras *V* ‖ 14 affligimus *V* affiximus *T* ‖ 15 testamentis *T* ‖ 17 uocatur *V* ‖ 18 casu *T*] *om. V* ‖ vocatos *vulg.*] uocatus *V, om. T* ‖ 19 interdicimus *T* ‖ 21 ponere] rebus *add. vulg.* ‖ forsan *vulg.* ‖ 23 tuno memineribus *V* ‖ 24 eadem *V* ‖ 25 reseruabimus *V* ‖ 26 nec] neque nostram (nostram *del. m. rec.*) nec *T* ‖ 27 expressum *T*

ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν ὀργῆς κατὰ τῶν οὐ νοσούντων τὰ παραπλήσια, ἐνδόντες τε μάλιστα πάντων ταῖς Σεργίου τοῦ ὁσιωτάτου τῆς Καισαρέων μητροπόλεως ἐπισκόπου δικαίαις αἰτήσεσιν ἃς ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιήσατο, μαρτυρῶν μέν τοι καλλίονας αὐτοὺς γεγονέναι, τὴν ἡσυχίαν δὲ τὴν πρὸς τὸν ἔπειτα χρόνον αὐτῶν ἐγγυώμενος, ἐπὶ τὸν παρόντα θεῖον ἡμῶν ἐληλύθαμεν νόμον, δι' οὗ θεσπίζομέν ἄδειαν εἶναι Σαμαρείτας λοιπὸν γράφειν διαθήκας καὶ τὰς σφῶν αὐτῶν διοικεῖν οὐσίας, ὡς οἵ τε ἄλλοι παρέχουσι νόμοι διά τε τοῦ παρόντος διορίζομεν, ⟨καὶ⟩ διαθηκῶν τελευτῶντας χωρὶς ἐκ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων κατὰ μίμησιν κληρονομεῖσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων αὐτούς, πλὴν ὅσα διὰ τοῦ παρόντος ἡμεῖς μεθαρμόσομεν νόμου. καὶ δωρεὰς δὲ αὐτοῖς ἐπιτρέπομεν γράφειν καὶ ληγάτα διδόναι τε καὶ λαμβάνειν καὶ τὰ τοιαῦτα συναλλάττειν ἐπ' ἀδείας ἁπάσης. οἱ γὰρ δὴ διατίθεσθαι δεδωκότες καὶ πᾶσαν διοικεῖσθαι τὴν οὐσίαν αὐτοὺς πῶς ἂν περὶ μερικῆς διοικήσεως δυσχεράναιμεν;

in ipsis permanere contra eos qui non in propioribus languent, praestantes maxime omnium Sergii sanctissimi Caesariensium episcopi iustis petitionibus quas pro eis facit, testimonium quidem perhibentis meliores eos factos, quietem vero eorum in futuro tempore promittentis, ad praesentem sacram nostram venimus legem, per quam sancimus licentiam esse Samaritis iam scribere testamenta et suas proprias dispensare substantias, sicut et aliae praebent leges et per praesentem nos decernimus, et sine testamentis morientes ab intestato vocatos secundum imitationem aliorum hominum heredes habere eos, praeter ea quae ⟨per⟩ praesentem nostram transponimus legem. Sed et donationes eis permittimus scribere et legata dare et accipere et huiusmodi contractus facere cum omni licentia. Qui enim testari dedimus eis et omnem dispensare substantiam, quomodo de particulari dispensatione negabimus?

CAPUT II.

Πλὴν ἀλλ' οὐ τὴν αὐτὴν ἀποδίδομεν τάξιν Χριστιανοῖς τε διαδόχοις καὶ Σαμαρείταις, πολλὴν δὲ εἰκότως τοῖς τὰ καλλίω θρησκεύουσι τὴν προνομίαν παρέχομεν. ὅθεν εἴ τις αὐτῶν διαθηκῶν τελευτῶν χωρὶς [ἢ καὶ] παῖδας τὰ πρὸς θεὸν διῃρημένους καταλίποι, μόνοι κληθήσονται πρὸς τὴν τούτου κληρονομίαν οἱ τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν πρεσβεύοντες πίστιν, τῶν ἄλλων ἐκκλειομένων ὅσοι τῆς αὐτῆς ἔχονται τῷ τελευτήσαντι πλάνης. ταῦτα δέ φαμεν οὐκ ἐπὶ παίδων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν, ἐξ ὁποίας ἂν εἶεν σειρᾶς, ὥστε τοὺς ὀρθὰ θρησκεύοντας τῶν οὐ παραπλήσια τιμώντων προτίμησιν ἔχειν· πλὴν εἰ τὸν αὐτὸν πάντες οἱ καλούμενοι βαθμὸν ἐπιγράφοιντο ἢ μίαν πρὸς τὸν κλῆρον ἔχοιεν τάξιν. οὐδὲ γὰρ δὴ τοῖς ἐκ μακροτέρου βαθμοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἐγγυτέρων ἐκκλειομένοις, κἂν εἰ τὰ καλλίω θρησκεύοιεν, τὴν κατὰ τῶν ἐγγυτέρων προτίμησιν δίδομεν καὶ προνομίαν.

Sed tamen non eundem reddimus ordinem Christianis et Samaritis, multum vero et merito meliora sectantibus privilegium praestamus. Unde si quis eorum sine testamentis moriatur filios ad deum discretos relinquens, soli vocabuntur ad huius hereditatem qui rectam Christianorum allegant fidem, aliis exclusis quicumque ipso detinentur quo defunctus errore. Haec autem dicimus non super filiis solis, sed etiam aliis cognatis, ex quacumque sint linea, ut recta sectantes illis qui non proxima colunt praeponantur; tamen si eundem qui vocantur omnes gradum adscribant aut unam ad hereditatem habeant vocationem. Non enim his qui ex longiore gradu sunt et a vicinioribus [et] exclusi licet meliora sectantes, damus privilegium.

CAPUT III.

Πλὴν ἀλλ' οὐχ ὥστε καὶ ἀμεταμέλητον εἶναι τὸ πρᾶγμα τοῖς ἀποκλειομένοις ἐκ τούτου. εἰ γὰρ δὴ

Nec tamen paenitentiae locum in causa exclusis auferimus ex hoc. Nam si voluerint et postea

putemus in eadem ira perseverare adversus eos qui pari morbo non iam affecti sunt, atque maxime omnium indulgeamus Sergii sanctissimi Caesariensium metropolis episcopi iustis precibus, quibus pro iis usus est, quippe qui et testetur meliores eos factos esse et quietem eorum in futurum tempus promittat, ad praesentem divinam legem nostram venimus, qua sancimus, ut Samaritis iam liceat testamenta scribere et de bonis suis disponere, quemadmodum et ceterae leges permittunt et per praesentem statuimus, et sine testamento defunctis ut ex iis qui ab intestato vocantur ad imitationem ceterorum hominum heredes succedant, exceptis iis quaecumque nos per praesentem legem mutabimus. Ac donationes quoque iis scribere permittimus legataque et dare et accipere et eiusmodi contractus cum omni licentia facere. Qui enim concesserimus iis testari et de omni substantia disponere, quomodo in particulari dispositione gravemur?

II. *Quamquam non eundem locum reddimus Christianis successoribus et Samaritis, sed magnum merito privilegium iis qui meliora sectantur concedimus. Unde si quis eorum sine testamento decedens liberos quod attinet ad dei cultum discrepantes relinquat, soli ad hereditatem eius vocabuntur qui rectam Christianorum fidem praeferunt, exclusis ceteris quicumque eodem cum defuncto errore tenentur. Haec autem non de liberis solum, sed reliquis quoque cognatis dicimus, ex quacumque sint linea, ut qui recta sectantur prae iis qui non similia colunt praerogativam habeant: ita tamen si eundem omnes qui vocantur gradum sibi vindicent vel unum ad hereditatem ordinem habeant. Neque enim iis qui remotiore gradu sunt et a propinquioribus excluduntur, etiamsi meliora sectentur, contra propinquiores praerogativam et privilegium damus.*

III. *Quamquam res non eo valet, ut ne paenitentiae quidem locus relinquatur iis qui hinc exclu-*

1 *ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν ὀργῆς* (*cf.* 647, 11) *Zachariae*] *ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν ὁρίοις M* in ipsis permanere ς, *ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μένειν ὁρίοις cum Scrimgero vulg.* ‖ 3 *τῆς Καισαρέων μητροπόλεως*] Caesariensium ς ‖ 4 *ἐποιήσατο*] facit ς ‖ 5 *τοι del.?* ‖ 10 *διά τε Zachariae ex* ς] *διὰ δὲ M* ‖ 11 *καὶ ex* ς *add. Zachariae* ‖ 16 *λεγάτα M* ‖ 19 *αὐτοῖς ex* ς *malit Zachariae sine causa* ‖ 22 *διαδόχοις om.* ς ‖ 23 *εἰκότως*] et merito ς ‖ 24 **διαθηκῶν τελευτῶν χωρὶς ἢ καὶ παῖδας* — 25 *καταλίποι M*, sine testamentis moriatur filios — relinquens ς (*τελευτήσῃ et εἰ καὶ corr. Zachariae*); *ἢ καὶ delevi* ‖ 30 *μόνον*] solis (*i. e. μόνων*) ς ‖ 34 *τάξιν*] vocationem ς ‖ 37 *τὴν* — *προτίμησιν et* 38 *καὶ om.* ς

1 *prioribus *libri* (*cf.* 30) ‖ 2 *leg.* ⟨et⟩ praestantes? ‖ 4 quas] quas sibi *T* ‖ fecit *Beck* ‖ 5 qui edem *T* ‖ 7 scimus *T* ‖ 8 samaritanis *T* ‖ 9 alii *V* ‖ 11 uocatus *VT*, *corr. vulg.* ‖ 13 eaque *T* ‖ per *add. vulg.* ‖ transponemus *Beck* ‖ 14 legem *om. V* ‖ 16 contractos *V* ‖ 17 omne *V* ‖ dispensare — particulari *om. V* ‖ 18 dispensationem *V* dispositione *T* ‖ negauimus *V* ‖ 22 *sq.* sectantibus meliora *T* ‖ 24 ad deum *vulg.*] ad eum *T* adeun *V* ‖ 27 excusis *V* ‖ quaecumque *VT* ‖ 30 recta *vulg.*] recte *libri* ‖ proxima *vulg.*] proxime *T* proximunt *V*[a] proxim̃ *i. e.* proximum *V*[b] ‖ 31 eundem *vulg.*] eadem *libri* ‖ 33 is *T* ‖ loguiore gradus sunte aduicinioribus *V* ‖ 34 et *om. vulg.* ‖ 35 sectantibus *vulg.* ‖ 40 ex hoc *Beck*] et hoc *V* et ex hoc *T vulg.*

βουληθεῖεν καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν ἐπανελθεῖν οἱ παρὰ τοῦτο τῶν κλήρων ἀποκλεισθέντες, τὰς οἰκείας ἀπολήψονται μοίρας, οὕτω καλούμενοι πρὸς τὸν κλῆρον ὡς ἂν εἰ καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀρθῆς ταύτης θρησκείας ὄντες ἐτύγχανον, μόνων στερούμενοι τῶν τοῦ μέσου χρόνου καρπῶν. εἰ δὲ καὶ διαθήκας γράψειέ τις αὐτῶν, ἐρρῶσθαι μὲν ταύτας τό γε ὅσον ἐπὶ τῇ θρησκείᾳ κελεύομεν εἰ δέ γε πατὴρ ἢ καί τις τῶν ἀνιόντων ἕτερος ἢ καὶ τῶν κατιόντων ὁ τὰς διαθήκας γράφων ὑπάρχοι, εἰ μὲν πάντες ἐφεξῆς οἱ πρὸς τὸν κλῆρον καλούμενοι τῆς αὐτῆς αὐτῷ πλάνης ὑπάρχοιεν, διοικήσει τὰ περὶ τῆς οὐσίας ὡς ἂν ἐθελήσει· εἰ δέ γε τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ καλουμένων τινὲς τῆς αὐτῆς τῷ πατρὶ πλάνης ὑπάρχοιεν, τούτοις οὐ περαιτέρω καταλείψει τῶν δύο τῆς περιουσίας οὐγκιῶν, τοῦ λειπομένου πρὸς τοὺς τὰ ὀρθὰ θρησκεύοντας ἀγομένου, πλὴν εἰ μή τις τυχὸν Χριστιανοῖς ἐξ αὐτῶν καταλείψει πρεσβεῖα. φυλαττομένου κἀνταῦθα τοῖς μεταμελεῖσθαι βουλομένοις τοῦ δύνασθαι τῆς ἰσότητος ἀπολαύειν πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς Χριστιανούς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου φθάσαντες διωρίσαμεν. πρὸς ταύτην δὲ τὴν τάξιν τε καὶ τὴν μοῖραν καὶ de inofficioso *δίδομεν ἀνιοῦσί τε καὶ κατιοῦσι τοῖς τὰ ὀρθὰ θρησκεύουσι δόγματα καὶ ἴσως ἀδικηθεῖσι κατὰ τὰς γενομένας ἐπὶ ταῖς διαθήκαις τῶν πραγμάτων διανομάς.*

ad rectam Christianorum fidem reverti, qui pro hoc hereditate exclusi sunt suas recipient portiones, ita vocandi ad hereditatem tamquam si rectae huius religionis extitissent, solis fraudati medii temporis fructibus. Si vero et testamenta scripserit aliquis eorum, valere quidem ea quantum ad religionem iubemus. Si autem pater aut etiam aliquis ascendentium alter aut aliquis descendentium est qui testamenta conscribit, si quidem omnes ex ordine qui ad hereditatem vocantur eiusdem cum eo erroris sint, disponat de substantia sicut voluerit; si vero horum qui ex gradu hoc vocantur aliqui eiusdem quo pater erroris sint, his non relinquat ultra ⟨duas⟩ substantiae uncias, reliquis ad eos qui recta colunt deferendis, tamen nisi aliqui forte Christianis ex eis relinquat legata: servando etiam hic paenitendi locum volentibus, ut possint aequalitate frui cum eis qui ab initio Christiani fuerunt, sicut ab intestato dudum decrevimus. Ad hunc itaque ordinem et partem deinofficiosi damus ascendentibus et descendentibus recta sectantibus dogmata et forte laesis per celebratas in testamentis rerum divisiones.

CAPUT IV.

Δίδομεν δὲ αὐτοῖς καὶ δωρεὰς διδόναι τε καὶ πρεσβεῖα καταλιμπάνειν ἐλευθερίαις τε οἰκέτας τιμᾶν συναλλάττειν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους, οὐδὲν τοῦ πρώην παρ' ἡμῶν τεθειμένου κωλύοντος νόμου. τὸν γὰρ ἡμέτερον φίσκον καὶ πᾶσαν ἄλλην τοῦ δημοσίου μοῖραν ἀποκλείομεν παντελῶς, οὐδεμίαν ἐξ ἐκείνου τοῦ νόμου πρὸς τοὺς αὐτῶν κλήρους ἢ τὰς αὐτῶν οὐσίας ἢ τὰ συμβόλαια μετουσίαν ἔχειν δυνάμενον. ταῦτα δέ φαμεν οὐκ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι μόνον, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῷ φθάσαντι, ὥστε μηδὲ ὑπὲρ τῶν τηνικαῦτα γεγονότων ἢ τὸν ἡμέτερον φίσκον ἢ ἕτερον τῶν πάντων τινὰ τὰς οὐσίας πολυπραγμονεῖν τὰς αὐτῶν. οἱ γὰρ τὰ μέλλοντα φιλανθρωπευσάμενοι πῶς ἂν περὶ τῶν παρελθόντων ἀκριβολογησαίμεθα; ὥστε αὐτοὺς τῆς παρούσης ἡμῶν ἠξιωμένους φιλανθρωπίας χάρι-

Concedimus autem eis et donationes dare et accipere et legata relinquere, libertatibus servos honorare, contrahere quoque ad invicem, nihil ea quae a nobis pridem posita est prohibente lege. Nostrum enim fiscum et aliam omnem publici partem excludimus omnino, nullum ex illa lege ad eorum hereditates eorumque substantias aut documenta participium habere valentibus. Haec autem dicimus non in futuris solum, sed etiam in praeteritum, ut nec pro his quae tunc facta sunt aut noster fiscus aut alter omnium substantias perscrutetur eorum (qui enim in futuris clementiam dedimus, quomodo de praeteritis subtilem tractatum habemus?): ut omni modo praesentem nostram promerentes clementiam

---

duntur. Etenim si postea ad rectam Christianorum fidem redire velint qui hac de causa ab hereditatibus exclusi sunt, portiones suas accipient, ita ad hereditatem vocandi tamquam si ab initio rectae huius religionis fuissent, solis medii temporis fructibus privati. Quodsi quis eorum etiam testamentum scripserit, valere quidem hoc quantum ad religionem iubemus. Si vero pater vel etiam quis alius ascendentium vel etiam descendentium sit qui testamenta scribat, si quidem omnes deinceps qui ad hereditatem vocantur in eodem cum ipso versentur errore, de substantia quomodo voluerit disponet; sin autem ex iis qui ex eodem gradu vocantur aliqui in eodem cum patre errore versentur, his non ultra duas uncias substantiae relinquet, reliquum autem ad eos qui recta sectantur, deferetur, nisi quis forte ex iis legata Christianis reliquerit. Atque hic quoque iis qui paenitentiam agere voluerint facultas servetur aequalitate cum iis qui ab initio Christiani fuerunt fruendi, quemadmodum de iis qui ab intestato vocantur supra constituimus. Praeter hunc vero ordinem et partem etiam de inofficioso querelam ascendentibus et descendentibus concedimus, qui recta dogmata sectantur et forsitan per distributiones rerum in testamentis factas iniuria affecti sunt.

IV. *Concedimus autem iis etiam ut et donationes faciant et legata relinquant et servos libertate honorent et inter se quoque contrahant, neve ullo modo lex prius a nobis lata his obstet. Fiscum enim nostrum et omnem aliam rei publicae partem omnino excludimus, ne quicquam ex illa lege cum eorum hereditatibus vel substantiis eorum vel contractibus commune habeant. Haec autem non de futuris solum, sed etiam de tempore praeterito dicimus, ut ne propter ea quidem quae iam facta sunt aut fiscus noster aut alius omnium ullus substantias eorum perscrutetur. Qui enim de futuris humanitate usi simus, quomodo de praeteritis subtilem rationem ineamus? Itaque praesenti humanitate nostra digni habiti gratias pro-*

---

4 *καὶ τὴν ἀρχὴν M* (*Iul.*)] *om.* ϛ ‖ 9 *ἢ καὶ τῶν κατιόντων*] aut aliquis descendentium ϛ ‖ 13 **ἐθελήσοι M* ‖ *ἐκ τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ*] ex gradu hoc ϛ ‖ 23 *μοῖραν καὶ*] *καὶ om.* ϛ ‖ *δεινοφφιχ*ioso *M* ‖ 30 *νόμου*] *cf. ad* 647, 26 ‖ 34 *δυνάμενον*] valentibus (*i. e. δυναμένων*?) ϛ ‖ 39 *τὰ Scrimger* (*cf.* ϛ)] *τὸν M* ‖ 40 *ὥστε*] ut omni modo (*i. e. ὥστε παντὶ τρόπῳ*) ϛ ‖ 41 *ἠξιωμένοις M*

---

1 ad *om. V* ‖ fidem Christianorum *vulg.*, fidem *om. T* ‖ reuertis *T* ‖ 2 hereditatem *T* ‖ 3 si] ab initio *add. Beck* ‖ 5 aliquid *T* ‖ 6 ualere *in ras. T* ‖ 9 conscribat *T* ‖ 11 disponant *et* uoluerint *libri* ‖ 12 quo] qui *T* ‖ 13 relinquant *T* ‖ duas *add. vulg.* ‖ 14 *recte *libri* ‖ uolunt *V* ‖ 15 aliquis *vulg.* ‖ relinquat *V*] relinquatur *T* ‖ 16 loco *vulg.* ‖ 18 fiunt *T* ‖ dudum *V*] *om. T vulg.* ‖ 19 decernimus *T* ‖ adhuc utraque ordinem *V* ‖ partem *vulg.*] pater *VT* ‖ 20 deinofficiosi] et de inofficioso *vulg.* ‖ descentibus *VT* ‖ 21 delebratas *V* ‖ 28 ⟨et⟩ libertatibus *vulg.* ‖ 29 contradere *V* ‖ ei *T* ‖ 32 hereditatem *T* ‖ 33 substantias] substantias rerum *V* ‖ 35 in futuris] in *om. V* ‖ neque *T* ‖ 37 alter *om. T* ‖ eorum qui] eorumque *T*

τας ὁμολογεῖν θεῷ τε καὶ ἡμῖν, καὶ Σεργίῳ γε μὴν τῷ ὁσιωτάτῳ τῷ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ὡς μάλιστα τὴν περὶ αὐτοὺς ἐκκαλεσαμένῳ φιλανθρωπίαν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἡ τοίνυν σὴ ἐνδοξότης τὴν παρ' ἡμῶν εἰς αὐτοὺς ἐπιδεδειγμένην φιλανθρωπίαν διὰ τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου γινώσκουσα δῆλα ταῖς ἐπαρχίαις διὰ τῶν συνειθισμένων ἰδίκτων τὰ νῦν ἡμῖν παραστάντα ποιήσει, ὥστε διηνεκοῦς ταύτης αὐτοὺς ἀπολαῦσαι τῆς βοηθείας

D. xvii. k. Iul. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXV. pc. Basilii vc. anno X. [*a.* 551]

gratias profiteantur deo et nobis et Sergio sanctissimo ad hanc nos quam maxime circa eos provocanti clementiam.

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur gloria nostram in eis declaratam humanitatem ⟨per⟩ praesentem nostram legem cognoscens manifesta per provincias sollemnibus edictis quae nunc nobis placuerunt faciat, ut perpetuo hoc ipsi fruantur auxilio.

Dat. xvii. kal. Iul. CP. imp. dn. Iustiniani anno XXV. pc. Basilii anno X.

PΛ

ΠΕΡΙ ΠΑΡΟΔΟΥ ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

⟨Προοίμιον.⟩ Πρώτην καὶ μεγίστην ἡγούμεθα σύστασιν εἶναι τῆς ἡμετέρας πολιτείας τὸ καὶ ἀμέμπτως τὸ ἡμέτερον στράτευμα ἐν ταῖς παρόδοις ἀποτρέφεσθαι καὶ τὸ ἀβλαβὲς καὶ ἀζήμιον τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι φυλάττεσθαι.

CXXX. Auth. CXVIII

QUOMODO OPORTEAT MILITES TRANSITUM IN CIVITATIBUS FACERE, ET DE INTROITU.

Idem Aug. Petro pp.

⟨Praefatio.⟩ Primum et maximum arbitramur statum esse nostrae reipublicae, ut et inculpabiliter noster exercitus in itineribus conversetur et innoxietas atque indemnitas nostris collatoribus custodiatur.

CAPUT I.

Κελεύομεν τοίνυν, ὁσάκις πάροδος γένηται τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τε καὶ στρατευμάτων, delegatoras *συνιέναι αὐτοῖς τοὺς τὴν φροντίδα ποιουμένους τῆς αὐτῶν ἀποτροφῆς, τοὺς δὲ ἑκάστης ἐπαρχίας ἄρχοντας δι' ὧν πάροδος γίνεται ἑτοιμασίαν ποιεῖσθαι τῶν ὀφειλόντων γίνεσθαι δαπανημάτων, ὥστε τοὺς τοῦ ἡμετέρου στρατεύματος ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ παριόντας ἀμέμπτως ἀποτρέφεσθαι. καὶ τοὺς μὲν ἑκάστου τάγ-*

Iubemus igitur, quotiens transitus fit nostrorum iudicum et exercituum, delegatores simul esse cum eis, qui curam habeant eorum alimenti, et singularum provinciarum iudices per quas transitus fit praeparationem facere expensarum, ut nostri exercitus in unamquamque provinciam ascendentes inculpabiliter conversentur; et uniuscuiusque numeri optiones

Nov. CXXX (= Authent. CXVIII) Graece extat in ML. — Epit. Theod. 130, *Athan.* 20, 2. *Iulian. const. CXXIII.*

---

fiteantur et deo et nobis et vero Sergio viro sanctissimo, qui potissimum ad hanc nos erga eos humanitatem excitavit.

Epilogus. Tua igitur gloria humanitatem erga illos a nobis per praesentem legem nostram demonstratam intellegens quae nobis nunc placuerunt provinciis per consueta edicta manifesta faciet, ut illi perpetuo hoc auxilio fruantur.

CXXX.

DE TRANSITU MILITUM.

Idem Augustus Petro gloriosissimo praefecto sacro praetorio.

Praefatio. Primam et maximam reipublicae nostrae condicionem esse arbitramur, ut et exercitus noster in transitibus sine reprehensione alatur et subiecti nostri ab omni damno iniuriaque vacui serventur.

I. *Iubemus igitur, quotiens transitus fiat nostrorum ducum et exercituum, delegatores eos comitari qui alimentis eorum curam adhibeant, praesides autem cuiusque provinciae per quam transitus fit efficere ut expensae quae fieri debeant in promptu sint, quo qui ex exercitu nostro per quamque provinciam transitum facturi sint sine reprehensione alantur; atque cuiusque numeri optiones species suscipere sine*

---

10 *subscr. om. Iul.* ‖ xvii. k. iul. *Mϛ Ath.*] *μηνὶ ἰουλίῳ Theod.* ‖ CP. imp. — XXV. (ϛ)] cp. dn. iust. pp. aug. ann. XXV. *M βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ κε' Ath. ἔτει κβ' τῆς βασιλείας Theod.* ‖ 11 pc. Basilii vc. anno X. ϛ *μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου τὸ ι' Ath. Theod.*] basilio uc. conss. *M* ‖ 13 *rubr. Περὶ παρόδου στρατιωτῶν ML Theod.* (*Iul.*)] *Περὶ τοῦ* (*Περὶ τοῦ om. index Ath.*) *πῶς δεῖ τοὺς στρατιώτας τὴν πάροδον ποιεῖσθαι ἐν ταῖς πόλεσιν καὶ περὶ* introit*ων Ath.* ϛ ‖ 16 *ὑπάρχῳ L* ‖ 19 *ταῖς ἡμετέραις* L^a ‖ *καὶ om. L* ‖ *ἄμεμπτον* L^a ‖ 20 *ἀποτρέφεσθαι*] conversetur (*i. e. ἀποστρέφεσθαι?*) ϛ (*id.* 30) ‖ 24 *διλιγάτορας M* diligatora*ὺ* (*i. e. καί*), *s. v. εὐτρεπιστας L* ‖ 25 *συνιέναι αὐτοῖς*] simul esse (*i. e. συνεῖναι?*) cum eis ϛ ‖ 28 *ὀφειλόντων γίνεσθαι L*] *ὀφειλομένων γίνεσθαι M* (*cf. ad* 639, 13. *Edict. VII c.* 7), *om.* ϛ ‖ *τοὺς om. L* ‖ 29 *παριόντος L*

1 deo (*vulg.*)] hoc *libri* ‖ 2 nobis *V* ‖ prouocati *VT* ‖ 4 nostra *V* ‖ 5 per *add. vulg.* ‖ 7 ut] in *T* ‖ 8 ipso T^a ‖ 10 *subscr. praestat unus Escorialensis, ubi praescribitur constitutioni CXXIII (= nov. CXLV) inter extravagantes positae* ‖ d. ntri iusti. an. XXII (*sic*) pc. bas. vc. an. X *Escor.* ‖ 12 *nov. CXXX = Auth. CXVIII om. R, inter extravagantes in appendice ab alio librario scripta habet T f.* 179 ‖ 13 *rubr. om. V* ‖ 14 transitum in civitatibus] in ciuitatibus transitum *T* ‖ 18 arbitramus *V* ‖ 19 et *V*] *om. T vulg.* ‖ 20 nostra *V* ‖ exercitus *vulg.*] expeditus *T al.* expeditis *V* (*cf.* 652, 36) ‖ in itineribus] ut ineribus *V* ‖ 21 cultoribus *libri, corr. vulg.* ‖ 25 alimenti *vulg.*] alimentis *libri* ‖ 26 quas *vulg.*] quos *libri*

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου ἡμῶν πραγματικοῦ νόμου δηλούμενα ἡ σὴ ἐνδοξότης προγράμμασι χρωμένη κατὰ τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν ἅπασι φανερὰ καταστήσει.

D. anno I. Iustinov pp. Aug. [*a.* 566.]

ΡΜΘ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΙΚΑ ΤΟΥΣ ΤΩΝ ΕΠΑΡΧΙΩΝ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΓΙΝΕΣΘΑΙ ΕΚ ΔΕΗΣΕΩΣ ΤΩΝ ΤΕ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΚΑΙ ΚΤΗΤΟΡΩΝ ΚΑΙ ΟΙΚΗΤΟΡΩΝ ΤΩΝ ΕΠΑΡΧΙΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, ΕΦ᾽ ΩΙ ΤΟΝ ΟΝΟΜΑΖΟΜΕΝΟΝ ΤΟ ΔΗΜΟΣΙΟΝ ΑΣΦΑΛΙΖΕΣΘΑΙ. ΕΙ ΔΕ ΥΠΕΡΘΩΝΤΑΙ ΤΟΥΤΟ ΠΡΑΞΑΙ, ΜΗΔΕΝΑ ΠΡΟΣΙΕΝΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΟΤΙΟΥΝ ΠΡΑΤΤΟΝΤΟΣ ΠΡΟΦΑΣΕΙ ΤΩΝ ΔΗΜΟΣΙΩΝ.

⟨Προοίμιον.⟩ Τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δεδομένης ἡμῖν πολιτείας κηδόμενοι καὶ ἐν πάσῃ δικαιοσύνῃ ζῆν τοὺς ἡμετέρους σπουδάζοντες ὑπηκόους ἕνα σκοπὸν ἐξ ἀρχῆς τοῦτον ἐθέμεθα, ἅπαν εἴ τι πρώην ἀτελὲς ἦν

Nov. CXLIX inter Iustini novellas quarta Graece tantum extat in M f. 412. — *Epit. Theod.* 149.

reliquorum quae in specie conferuntur a subiectis soluta inveniantur, exigentur et ipsa iisque ad quos pertinent ex dictis a nobis magistratibus solventur. Atque pari modo ceteros omnes qui a subiectis nostris aurum vel aliud aliquid in praedictis a nobis indictionibus acceperint neque id fisco solverint quemadmodum solvere par erat, a praesenti donatione nostra excipimus, ut hoc fisco vel etiam quibuscumque competunt solvant. Subiectorum enim miserati praesenti humanitate dignati sumus, nec vero eos qui ab ipsis publicas pecunias praeceperunt ac privare fiscum volunt sive illos a quibus delegati sunt. Manifestum autem est, si qui cum hanc nostram liberalitatem praesentirent pro reliquis remissis per fraudem aliquam a subiectis nostris cautiones vel constituta acceperint, vel etiam in privata debita transtulerint, vel quid aliud eius generis ad circumscriptionem meditati esse vel fecisse videantur, nullam eos utilitatem ex iis habituros, sed cautiones iis reddituros esse a quibus eas abstulerunt. Omnes autem et deo et nobis gratias agent: qui reliqua debent, quod horum remissione et clementia digni habiti sunt, qui nihil reliquorum nomine debent, quod liberati sint sollicitudine propter apochas custodiendas, ne forte accidat iis ut saepius pro iisdem temporibus molestia afficiantur, — — —, usque ad octavam indictionem securitate utentes, ut ad omnes merito praesens donatio nostra redundet.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam legem declarantur tua gloria edictis usa in hac regia civitate omnibus manifesta faciet.

CXLIX.

UT PRAESIDES PROVINCIARUM GRATIS FIANT EX SUPPLICATIONE DEO CARISSIMORUM EPISCOPORUM ET POSSESSORUM ET INCOLARUM PROVINCIARUM AD PIISSIMUM IMPERATOREM FACTA, UT QUI NOMINATUS SIT FISCO CAUTIONEM PRAESTET; QUODSI ID FACERE DISTULERINT, NE QUIS IMPERATOREM ADEAT ADVERSUS PRAESIDEM, QUIDQUID IS TRIBUTORUM PUBLICORUM NOMINE FECERIT.

Praefatio. Cum rei publicae a deo nobis traditae prospiciamus operamque demus ut subiecti nostri in omni iustitia vivant, unum hunc finem ab initio nobis proposuimus, ut omne si quid antea imper-

1 *ἢ τῶν M] καὶ τῶν L* ‖ *εἴδει M] ἤδη L* ‖ 4 *ἢ L] εἰ M* ‖ 5 *τούτους mavult Zachariae* ‖ *ἐπὶ om. L*[a] ‖ 6 *αὐτῷ M* ‖ *παραλαβόντας L* ‖ 7 *ἤγουν] ἤγε Haloander* ‖ *leg. ὁπόθεν?* ‖ *ἐκτετασμένοι L, ἐκτεταμένοι M, corr. Haloander (τοὺς ἐκταγαρίους Ath.)* ‖ 9 *τινα M] τὴν L* ‖ 10 *τοιοῦτό τι ML] τοιοῦτον cum Haloandro vulg.* ‖ 11 *ἅπαντας L* ‖ 12 *μὲν M] μὲν οὖν L* ‖ 13 *ἀποδείξεων Hombergk (cf.* 122, 25. 281, 31 *ed.* II *c.* 1 § 2)] *ἀποδεξαμένων ML* ‖ 14 **τούτοις] τούτῳ οἷς M τοῦτο οἷς L (τούτους Haloander, τούτους οἷς Scrimger)* ‖ *παρεμπίπτειν ML] παρεμπίπτει cum Scrimgero vulg.* ‖ **τὸ addidi* ‖ *ζυγοκλεπτήσαντες παρείτωσαν ML, παρίτωσαν corr. Scrimger (praestat fort. παρείσθωσαν i. e. ʽindulgentia potianturʼ). Verba obscura non expedio; ζυγοκλεπτήσαντες significare videtur ʽqui iuga vel capita (cf.* 122, 13. 21. 636, 23. 637, 35. *Gothofr. ad cod. Theod.* 13, 10. 2) *averterunt vel subterfugerunt*ʼ. — *Ita vere locum restituendum putat Kroll: ὡς μὴ (τοῦτο ὃ παρεμπίπτει πολλάκις) ὑπὲρ τ. α. ἐ. χ. πάλιν· ⟨οἱ⟩ δὲ ζυγ.* ‖ 16 *διανέμειν M] διανομεῖν L διαμένειν Zachariae; malim διαρκεῖν vel διατείνειν* ‖ 18 *προγράμμασι Zachariae] γράμμασι ML* ‖ 19 *subscr.* d. ann. T. iustinu pp aug. *M, ἐξεφωνήθη ἐν τοῖς χρόνοις βασιλείας Ἰουστινιανοῦ Theod. ἐγράφη ceteris om. Ath.* ‖ 21 *rubr. Περὶ τοῦ προίκα γίνεσθαι τοὺς ἄρχοντας ὀνομασίᾳ τῶν κτητόρων ἀσφαλιζομένους (ἀσφαλιζομένων cod., corr. Zachariae) τὸ δημόσιον, μὴ (ἢ μὴ index, καὶ μὴ Zachariae, malim μηδὲ) δυναμένους τοῦτο ποιῆσαι, προσιέναι (προσιέναι om. index reginae) βασιλεῖ διὰ τὴν τῶν δημοσίων εἴσπραξιν Theod.* ‖ 22 *οἰκητόρων] οἱ καὶ οἰκητόρων index M* ‖ *πρὸς τὸν* — 25 *δημοσίων] καὶ διαφόρων κεφαλαίων index M* ‖ 24 **μηδένα (possis etiam μηκέτι, cf.* 650, 11)] *μηδενὶ M (an μὴ δύνασθαι? Kroll)*

καὶ συγκεχυμένον ὑπῆρχε, τοῦτο καὶ ἐπανορθῶσαι καὶ τέλειον ἀποφῆναι. μεριμνήσαντες τοίνυν ὅπως τό τε δημόσιον τό τε ὑπήκοον ἀβλαβές τε καὶ ἀζήμιον διατελοίη, διενοήθημεν ὅτι δὴ τοῦτο ῥαδίως ἕξομεν, εἰ τοὺς ἡγουμένους τῶν ἐπαρχιῶν προῖκα τὰς ἀρχὰς παραλαμβάνοντας καὶ τὸ δημόσιον ἀσφαλιζομένους ὀρθῶς τε καὶ νομίμως ἅπασι χρῆσθαι παρασκευάσαιμεν, παντὸς ἀπεχομένους τοῦτο μὲν ἀδικήματος τοῦτο δὲ καὶ λήμματος αἰσχροῦ τε καὶ ἄλλως ἀπηγορευμένου.

CAPUT I.

Ἵνα τοίνυν μὴ ξένοι τινὲς ἐπεισπηδῶντες ταῖς ἐπαρχίαις ἀδικοῖεν αὐτὰς ἡμεῖς τε συχναῖς ταῖς κατ' αὐτῶν ἐνοχλοίμεθα προσελεύσεσι, προτρέπομεν τοὺς ἑκάστης ἐπαρχίας ὁσιωτάτους ἐπισκόπους κτητόρων τε καὶ οἰκητόρων τοὺς ἄγοντας τὰ πρωτεῖα, διὰ κοινῆς δεήσεως ἀναφέρειν ἐπὶ τὸ ἡμέτερον κράτος τοὺς αὐτοῖς ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτῶν ἐπαρχίας νομιζομένους. τούτοις γὰρ τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς δόσεως χωρὶς παρέξομεν ἀσφαλιζομένοις τὸν δημόσιον εἰσάγειν κανόνα, παρεγγυῶντες αὐτοῖς τῶν νόμων ἐναντίον μηδὲν διαπράττεσθαι [ἢ] μηδέ τινα βιάζεσθαι παρὰ τῶν ὑποτελῶν ⟨πόρον, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις⟩ ἀρκουμένοις σιτήσεσιν ἐπαγρυπνεῖν τῇ τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξει, καὶ τοῖς μὲν περὶ τὰς εὐσεβεῖς εἰσφορὰς εὐγνωμονοῦσι πρᾴως τε ἅμα καὶ πατρικῶς προσφέρεσθαι, τοὺς δὲ ἀγνωμονοῦντας εἰσπράττειν σφοδρότερον, μηδὲν ὑπὲρ τούτου κέρδος οἰκεῖον παντάπασιν ἀποφερομένους. δεήσει δὲ αὐτοὺς οὐδὲν ἧττον καὶ τοῖς δικαζομένοις ἅπασι τὸ ἴσον τε καὶ δίκαιον νέμειν σὺν τάχει τε τούτους ἀπαλλάττειν βλέποντας πρὸς τοὺς νόμους, ὡς μὴ καὶ δαπάναις καὶ χρόνοις μακροῖς αὐτοὺς ἐπιτρίβεσθαι· ἐπεξιέναι δὲ καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ πρὸς τὸν νόμον ἐπάγειν τὰς τιμωρίας αὐτοῖς, καὶ πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι δικαιοσύνην.

CAPUT II.

Οὐ μόνον δὲ αὐτοῖς ταῦτα προαγορεύομεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρχῆς ἑκάστης παρέδροις καὶ τοῖς ἄλλως ὑπηρετουμένοις αὐταῖς. εἰ γάρ τις αὐτῶν ἢ περὶ τὴν τῶν δημοσίων εἴσπραξιν ῥαθυμίᾳ χρήσηται, ἢ ζημίαις ἢ ἐπηρείαις περιβάλοι τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς, τῆς τε οὐσίας ἐκπεσεῖται καὶ μεγίσταις ὑπαχθήσεται τιμωρίαις. ἡμῖν γὰρ ἡγουμένου θεοῦ μία τίς ἐστιν αὕτη σπουδὴ τὰς ἐπαρχίας εὐνομεῖσθαί τε καὶ ἀσφαλῶς οἰκεῖσθαι καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων ἀπολαύειν δικαιοσύνης, τούς τε δημοσίους ἀμέμπτως εἰσάγεσθαι φόρους. οὐ γὰρ ἄλλως ἔνεστι τὸ πολίτευμα διασώζεσθαι μὴ τῶν εὐσεβῶν εἰσαγομένων τελεσμάτων, ἐξ ὧν τὸ μὲν στρατιωτικὸν τὰ τεταγμένα τούτῳ κομιζόμενον τοῖς πολεμίοις ἀντικαθίσταται καὶ ἐκ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς τε καὶ κακίας ἐξαιρεῖται τοὺς ὑποτελεῖς, φρουρεῖ δὲ καὶ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς πόλεις ἐκ τῆς τῶν λῃστῶν καὶ τῶν ἄλλως ἄτακτον βίον ἐπανῃρημένων ἐπηρείας τε καὶ ἐφόδου, ἀπολαύει δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ταγμάτων τῶν αὐτοῖς ἀπονεμηθέντων, τείχη τε καὶ πόλεις ἐπανορθοῦνται, δημοσίων τε βαλανείων ἐκπυρώσεις πρόϊασι θεάτρων τε ἐπιμέλεια καὶ τῶν ἄλλων, ὁπόσα πρὸς θεραπείαν τῶν ὑπηκόων ἐξεύρηται· ὥστε τὰ παρ' αὐτῶν συντελούμενα τὰ μὲν εἰς αὐτοὺς τὰ δὲ καὶ δι' αὐτοὺς δαπανᾶσθαί τε καὶ ἐπιδίδοσθαι, ἡμῖν δὲ καθάπαξ οὐδὲν ἐντεῦθεν ἢ τὰς ὑπὲρ τούτων ἔχειν συμβαίνει φροντίδας, πλὴν ἀλλ' οὐδὲ ταύτας ἀμίσθους, τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ μεγέθει τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας πολλοῖς ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἀγαθοῖς ἀμειβομένου.

---

fectum esset et confusum, id et emendaremus et perfectum redderemus. Itaque cum meditaremur, quomodo tam fiscus quam subiecti a damno et iniuria liberi manerent, id quidem nos facile obtenturos intelleximus, si efficeremus ut praesides provinciarum gratis magistratus suscipientes et fisco cautionem praestantes recte et legitime omnibus uterentur, omnique tam iniuria quam lucro turpi atque alioqui prohibito abstinerent.

I. *Ne qui igitur peregrini provincias ingressi eas iniuria afficiant nobisque per crebras interpellationes adversus illos factas molestia afferatur, exhortamur singularum provinciarum sanctissimos episcopos eosque qui inter possessores et incolas principatum tenent, ut per communem supplicationem ad potentiam nostram deferant eos quos idoneos esse ad administrationem provinciae suae existiment. His enim insignia magistratus gratis trademus cautionem praestituris se publicum canonem illaturos, obligantes eos, ne quid peragant quod legibus contrarium sit, neu quem a subiectis extorqueant ⟨quaestum, sed ut suis⟩ contenti annonis publicorum tributorum exactioni invigilent, atque erga eos qui in piis illationibus religiosi sunt clementer simul et paterne se gerant, a contumacibus autem eas severius exigant, neve ullum omnino hoc nomine proprium lucrum auferant. Nec minus oportebit eos litigantibus quoque omnibus aequitatem et iustitiam tribuere, eosque celeriter dimittere legum ratione habita, ne et sumptibus et longinquitate temporum eos atterant; sed etiam delinquentes persequi et secundum leges supplicia iis infligere, atque omnem iustitiam praestare.*

II. *Nec vero ipsis tantum haec praecipimus, sed etiam cuiusque magistratus assessoribus et qui illis praeterea ministeria faciunt. Si quis enim eorum vel in tributorum exactione neglegentia utatur, vel damnis aut iniuriis subiectos nostros afficiat, et bonis privabitur et maximis suppliciis subicietur. Nobis enim deo duce unum hoc est studium, ut provinciae et bonis legibus utantur et in securitate versentur et praesidum iustitia fruantur, utque publica tributa recte inferantur. Neque enim aliter res publica servari potest nisi piis tributis illatis, ex quibus exercitus quae ei destinata sunt accipiens hostibus resistit et a barbarorum incursione et improbitate subiectos liberat, agros quoque et civitates a latronum aut aliter turbulentam vitam sectantium iniuriis et invasione defendit, deinde reliqui quoque ordines commodis iis deputatis fruuntur, et muri et urbes instaurantur, et publicarum balinearum calefactiones procedunt et theatrorum cura ceterorumque quaecumque ad subiectorum commodum inventa sunt: ut quae ab iis conferuntur partim in ipsos partim etiam propter ipsos impendantur et praebeantur, nobis vero omnino nihil inde nisi curas pro iis habere contingat, quamquam ne has quidem sine mercede, cum magnus deus et servator noster Iesus Christus magnitudine clementiae suae multis nos bonis propter hoc quoque remuneretur.*

---

2 δὴ *Scrimger*] δεῖ *M* ‖ εἰ *Scrimger*] εἰσ *M* ‖ 4 *παρασκευάσαιμεν *M* (παρασκευάζωμεν *cum Scrimgero vulg.*) ‖ ἀπεχομένους Agylaeus] ἀπεχόμενοι *M* ‖ 6 ἡμεῖς *Scrimger*] ὑμεῖς *M* ‖ 10 ἀσφαλιζομένοις *Hombergk*] ἀσφαλιζομένης *M* ‖ 11 ἢ *del. Osenbrüggen* ‖ πόρον, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις *supplevi, om. M in quo post* ὑποτελῶν *lacuna est 10—12 litt. cf. Theod.* ἐφ' ᾧ αὐτὸν ἀρκεσθῆναι μόνον ταῖς οἰκείαις σιτήσεσιν ‖ 12 *ἀρκούμενοι *M*, ἀρκουμένους *Hombergk* ‖ 18 ἄλλοις *male cum Scrimgero vulg.* ‖ 24 τοῖς *M*] τοῖς τε *cum Scrimgero vulg.* ‖ 28 ἐπιμέλειας M^a ‖ 31 αὐτοῦ *cum Scrimgero vulg.*

CAPUT III.

Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς τοῖς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἅπαντα προκηρύττοντες, καὶ ταύτῃ δεικνύντες ὅση τις ἡμῖν ἐστι περὶ τοὺς ὑπηκόους φιλανθρωπία, ἵλεώ τε καὶ εὐμενῆ τὸν θεὸν μᾶλλον ἕξομεν, τῆς τῶν ὑποτελῶν ἀβλαβείας τοσαύτην τιθέμενοι πρόνοιαν. οἱ δὲ ταύτης ἡμῶν τῆς καλοκαγαθίας ἐπιτυχόντες εἰ περὶ τὴν τῶν ἀρχόντων αἵρεσιν διαμάρτοιεν, οὐδένα παντελῶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς αἰτιάσονται. εἰ δὲ καὶ ἀναβάλοιντο τούτους ἐπιλέγεσθαι καὶ εἰς ἡμᾶς ἀναφέρειν, οὐκέτ' ⟨ἂν⟩ δικαίως τοὺς ἐντεῦθεν ἐκπεμπομένους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διὰ τὴν τῶν δημοσίων συλλογὴν ἅπαντα πράττειν προαιρουμένους ἐπιμέμψαιντο, ⟨οὐδ' ἡμεῖς⟩ τοῦ λοιποῦ ἀνεξόμεθα προσιόντων αὐτῶν καὶ τούτους αἰτιωμένων. οἱ γὰρ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν λαβόντες τῆς τῶν ἀρχόντων ἐπιλογῆς, ἵνα τὰς ἀρχὰς προῖκα λαμβάνοντες τοὺς δημοσίους εἰσάγοιεν φόρους αὐτοί τε παρ' αὐτῶν μηδαμῶς ἀδικοῖντο, ῥαθυμοῦντες οὗτοι περὶ τὴν τούτων ἐπιλογὴν ἀνεκτοὶ καθάπαξ οὐκ ἔσονται μεμφόμενοι τούτοις καὶ ταῖς κατ' αὐτῶν προσελεύσεσιν ἡμῖν ἐνοχλοῦντες. ἀναβολῇ δὲ χρήσεται καθάπαξ οὐδεὶς πρὸς τὴν τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ δημοσίων φόρων καταβολήν, οὐ θεῖος οἶκος, οὐχὶ ἁγιωτάτη ἐκκλησία, οὐκ εὐαγὲς πτωχεῖον ἢ μοναστήριον, ἀλλ' οὐδὲ μεῖζον ἢ ἔλαττον πρόσωπον. οὔτε δὲ πολιτευομένους οὔτε τοὺς λεγομένους ἐκλήπτορας οὔτε μὴν τοὺς ἄλλους, οἷς ἐπίκειται ἡ τῶν δημοσίων φόρων φροντίς, ἐξαιροῦμεν τοῦ ἐντεῦθεν κινδύνου. τὰ γὰρ κοινῇ πᾶσι λυσιτελοῦντα προκρίνομεν τῆς ἀδίκου προαιρέσεως τῶν εἰς τὸ δημόσιον ἀγνωμονεῖν ἐθελόντων.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ὥστε δὲ τὰ καλῶς ἡμῖν παραστάντα φανερὰ πᾶσι γενέσθαι, κελεύομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν κατά τε τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν καὶ μὴν καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τὸ παρὸν θεῖον ἴδικτον προθεῖναι εἰς τοὺς περιφανεῖς ἑκάστης πόλεως τόπους, ὥστε μηδένα διαλαθεῖν τὴν ἐξηυρημένην πρόνοιαν τῆς γαληνότητος ἡμῶν ὑπέρ τε τοῦ δημοσίου καὶ τῆς τῶν ὑποτελῶν ἀβλαβείας. Dat. XV. k. Febr. CP. ⟨imp.⟩ dn. Iustini pp. Aug. ⟨anno IV.⟩ post cons. eiusdem ⟨anno III.⟩. [*a.* 569.]

CL. Auth. CXXXII. Coll. IX tit. 13

℞ DE RAPTIS MULIERIBUS ET QUAE RAPTORIBUS NUBUNT ℞

In nomine domini nostri Iesu Christi Imperator Caesar Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Uuandalicus Africus pius felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Leoni.

⟨Praefatio.⟩ Legis interpretationem culmini tantum principali competere nemini venit in dubium, cum promulgandae quoque legis auctoritatem fortunae sibi vindicat eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, sive iam desponsatae fuerint vel maritis coniunctae sive non, vel etiam si viduae sint, legem antea posuisse, et capitis subiecisse supplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum nec non et alios qui eis auxilium tempore invasionis contulisse noscuntur et non tantum parentibus mulierum, verum

Nov. CL (Authent. CXXXII = Coll. IX tit. 13) *est alterum exemplar novellae CXLIII Leoni praef. praet. sive Italiae sive Illyrici inscriptum* (*cf. quae illo loco exposuimus p.* 707), *quod servatur in Iul.*ᵖ *f.* 171 *et in Lege Romana canonice compta c.* 199 (= *l*). *Lectionis discrepantiam, quae ad nov. CXLIII integra adscripta est, h. l. non adnotavimus nisi ubi scripturas Iul.*ᵖ *et l recepimus a contextu qualem illo loco constituimus discrepantes.*

In indice M haec novella refertur ρν' περὶ τῆς γαμηθείσης τῷ ἁρπάζοντι αὐτήν: αὕτη οὐκ ἐγράφη ὡς ῥωμαία οὖσα γεγραμμένη addita notatione ἥτις ἐστὶ προγενεστέρα τοῦ κώδικος. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς αὐτῆς ὑπατείας καὶ ὁ κῶδιξ καὶ αὕτη ἐκπεφώνηται· ἀλλ' ἐκεῖνος (*ἐκείνου cod.*) *μὲν ἐν τῷ πέρατι τῆς ὑπατείας πρὸ τεσσάρων καλανδῶν ἰαννουαρίων* (*cf. const.* Cordi nobis est § 4 *p.* 5, 26 *Krueg.*), *αὕτη δὲ κα καὶ κη* (*corr. αὕτη δὲ καλ.* iun.?) *quae errore huc translata ad nov. CLI vel CLII pertinet* (*cf. ad p.* 728, 11).

III. *Atque haec nos omnia cum iis qui in provinciis sunt praedicemus eoque modo quanta nobis sit erga subiectos clementia ostendamus, magis propitium et benevolum deum habebimus, qui incolumitati subiectorum tantam curam adhibeamus. Qui autem hac nostra liberalitate potiti sunt, si in magistratuum electione peccaverint, neminem omnino nisi se ipsi incusabunt. Quodsi etiam distulerint eos eligere et ad nos referre, non merito amplius eos qui hinc in provincias mittuntur propter tributorum collectionem cuncta facere studere conquerentur, neque nos in posterum patiemur eos nos adire atque illos accusare. Qui enim potestatem a nobis nacti sunt praesidum eligendorum, ut magistratu gratis accepto publica tributa inferant neve ipsi ab illis ulla iniuria afficiantur, ii cum in electione eorum neglegenter agant, omnino ferendi non erunt, si de iis conquerantur atque interpellationibus adversus eos nobis molestiam afferant. Neque vero dilatione quisquam omnino utetur in publicis tributis ipsi impositis solvendis, non sacra domus, non sanctissima ecclesia, non venerabile ptochium vel monasterium, sed ne persona quidem maior minorve. Verum neque curiales neque susceptores qui vocantur, neque alios quibus publicorum tributorum cura incumbit a periculo inde oriundo excipimus. Quae enim in commune omnibus prosunt iniusto consilio eorum qui adversus fiscum contumaces esse volunt praeponimus.*

Epilogus. Ut autem ea quae recte nobis placuerunt omnibus manifesta fiant, tuam sublimitatem iubemus cum in hac felici civitate tum in provinciis praesens sacrum edictum in publicis unius cuiusque civitatis locis proponere, ne quemquam lateat cura a serenitate nostra tam pro fisco quam pro subiectorum incolumitate excogitata.

3 *οἱ*] *εἰ Scrimger temere* ‖ *εἰ περὶ*] *ὑπὲρ Scrimger temere* ‖ 4 *ἀναβάλλοιντο Scrimger* ‖ 5 **οὐκέτ' ἂν*] *οὐκέτι M οὐκ, εἰ* (*debebat οὐκέτι, κἂν εἰ*) *Zachariae* ‖ 6 **ἐπιμέμψοιντο M* ‖ *οὐδ' ἡμεῖς inseruit Hombergk* ‖ 12 **οὐδὲ τοὺς M* ‖ 17 *ἔδικτον cum Scrimgero vulg.* ‖ 18 *τῆς γαληνότητος* (*vel τῇ γαληνότητι*) *ἡμῶν Zachariae*] *τοῖς γαληνοτάτοις ἡμῖν M* ‖ 19 *subscr.* dat. XV. k. febr. cp. dn. iustino pp. aug post conss. eiusdecem *M ἐξεφωνήθη μηνὶ φεβρουαρίῳ ἔτει δ' τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ* (*corr. Ἰουστίνου*) *μετὰ τὴν ὑπατείαν αὐτοῦ τὸ β' Theod. Annum imperii VIII. post cons. Iustini III. Scrimger dedit temere; annum imperii IV. post cons. III. recte restituit Biener p.* 528.

23 *inscr.* Idem Aug. Areobindo ⟨pp.⟩ ‖ 29 antea] ante ‖ etiam (etiam et *l*) comites] comites etiam ‖ et alios] alios ‖ 30 verum tamen] verum

tamen consanguineis etiam et tutoribus, et curatoribus huiusmodi dedisse per eandem legem vindictam, et praesertim poenis locum dedisse, si iam nuptae vel desponsatae mulieres rapiantur, cum non solum raptus mulieris, verum etiam adulterium per huiusmodi temeritatem committitur. Et super alias poenas raptoris etiam nec non aliorum qui cum eo fuerant patrimonium raptae mulieri vindicari per eandem legem praecepimus, ut dotis etiam marito legitimo dandae copia per raptoris ei ministraretur substantiam. Illud quoque specialiter adiectum est, ut nulla sit mulieri vel virgini raptae licentia raptoris se subdere matrimonio, sed cui parentes voluerint, excepto raptore, legitimo matrimonio copulari, nullo modo nullo tempore licentia mulieri raptae permissa raptoris se coniungere matrimonio: sed parentes etiam, si tali consenserint matrimonio, deportari praecepimus. Sed mirati sumus, quod conati sunt aliqui dicere raptam mulierem sive volentem sive nolentem, etsi raptoris amplexa sit matrimonium contra nostrae constitutionis tenorem, debere tamen raptoris eam habere substantiam vel quasi legis praemium vel ex testamento forte, si hoc factum contigerit. Qui enim talia dicere praesumpserunt, praedictae legis seriem intellegere non potuerunt. Qui enim tale stare matrimonium, etsi rapta voluerit, prohibuimus et ob hoc parentes raptae mulieris deportationis poenae subiecimus, si huiusmodi consenserint matrimonio, quomodo raptas mulieres raptorum eligentes concubitum praemiis honorassemus raptae mulieri datis? Superfluam igitur eorum dubitationem vel in posterum resecantes priorem legem per praesentem interpretari censuimus.

CAPUT I.

Sancimus itaque, si rapta mulier, cuiuscumque sit condicionis vel aetatis, raptoris nuptias eligendas esse censuerit, parentibus praesertim non consentientibus, nec ex beneficio legis nec ex testamento raptoris hereditatem accedere iubemus vel quocumque modo substantiam vindicare, sed praemium quod per legem nostram raptae mulieri datum est, ut raptoris et eorum qui auxilium ei tempore invasionis praebuerint substantiam vindicet, hoc ad patrem vel ad matrem, si ambo vel si unus supersit, qui nuptiis specialiter non probantur consensisse, ex tempore raptus ipso iure transferri, et patrimonium raptoris non iam raptam habere mulierem quam coniugio se raptoris inquinare non piguit, sed in personas transferri quas superius nominavimus eorum non consentientes coniugio. Nam nefarios huiusmodi coitus poenis corrigi, non praemiis competit honorari. Quodsi parentes iam decesserunt vel huiusmodi sceleri consenserunt, substantia raptoris atque aliorum qui facinoris fuerunt participes fisci viribus vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo casibus, verum etiam in praeteritis valere sancimus, tamquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali promulgata fuisset, Leo parens carissime atque amantissime.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur per hanc legem nostra statuit aeternitas, celsitudo tua effectui mancipari observarique praecipiat. Vale Leo parens karissime atque amantissime. Dat. XII. kal. Iun. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXXVII. pc. Basilii vc. anno XXII. [*a.* 563.]

PNA

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΠΑΡΑΣΤΑΘΗΝΑΙ Η ΔΙΑΧΘΗΝΑΙ ΒΟΥΛΕΥΤΗΝ Η ΤΑΞΕΩΤΗΝ ΔΙΧΑ ΒΑΣΙΛΙΚΗΣ ΚΕΛΕΥΣΕΩΣ ΕΜΦΑΝΙΖΟΜΕΝΗΣ ΤΟΙΣ ΕΠΑΡΧΟΙΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

⟨Προοίμιον.⟩ Μήνυσις ἡμῖν ἐστάλη τῆς σῆς ὑπεροχῆς, λέγουσα μὴ χρῆναι ἐκ διαφόρων δικαστηρίων βουλευτὰς ἢ ταξεώτας ἢ πρὸς ταύτην ἄγεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν δικασομένους ἢ εἰς ἑτέραν πέμπεσθαι, πολλάκις δὲ καὶ θείας ἡμῶν πορίζεσθαι κελεύσεις τοῦτο βουλομένας· καὶ ᾔτεις θείῳ πραγματικῷ

Nov. CLI Graece tantum extat in ML, B 7, 3, 27 (*αὕτη ἡ νεαρὰ οὐ κεῖται εἰς τὰ βασιλικά schol. M, quae ad nov. sequentem pertinere videntur). — Epit. Theod.* 151.

CLI.

NE CURIALIS AUT OFFICIALIS SISTATUR AUT IN IUS DEDUCATUR SINE IMPERIALI IUSSU PRAEFECTIS INSINUANDO.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto praetorio.

Praefatio. Relatio nobis missa est sublimitatis tuae, qua dicitur non debere ex diversis iudiciis curiales vel officiales aut in hanc felicem civitatem duci litigaturos aut in aliam mitti, saepe autem etiam sacras nostras iussiones proferri quae id velint; ac petiisti, ut sacra pragmatica forma id prohi-

---

3 verum adulterium etiam ‖ 4 fuerint ‖ 5 dandae legitimo ‖ Illo quoque specialiter adiecto, ut ‖ 6 raptoris eligere matrimonium ‖ 11 factum] etiam factum esse ‖ 14 subiecimus poenae ‖ 15 conubium ‖ datis mulieri ‖ 19 accedere iubemus] accipere ‖ 21 ad patrem vel ad matrem] ad parentes ‖ vel si] vel ‖ 23 quam] quae ‖ 24 eorum (earum *l*)] eius ‖ 26 atque] nec non ‖ 27 verum in praeteritis etiam ‖ 28 Leo parens] Areobinde pater ‖ 30 Vale — amantissime *om.*

33 *παραστῆναι L in textu, παρίστασθαι Theod.* ‖ *ἢ διαχθῆναι om. Theod.* ‖ 34 *δίχα ML*] *χωρὶς Theod.* ‖ *κελεύσεως βασιλικῆς ind. Theod.* ‖ *ἐμφανιζομένοις M pr. ἐμφανιζομένην cod. Theod.* ‖ 35 *ταῖς ἐπαρχίαις index M pr.* ‖ 36 *Ἰωάννῃ — πραιτωρίων om. L* (*Ἀρεοβίνδῳ ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων male Haloander*) ‖ **ὑπάρχῳ M* ‖ 37 *ἐστάλη M*] *ἐπεστάλη L ἀπεστάλη B* ‖ 38 *βουλευτὰς ἢ om. B* (*cf. ad* 727, l. 5) ‖ *ἑτέρας L* ‖ 39 *ᾔτεις Zachariae*] *ἤ τις* B^c *εἴ τις L ᾔτησας* LB^f ‖ *θείῳ καὶ πραγματικῷ* L^a

τύπῳ τοῦτο κωλυθῆναι, ὥστε μηδένα ταξεώτην ἢ βουλευτὴν μήτε ἐξ ἑτέρας εἰς ἑτέραν ἄγεσθαι χώραν μήτε εἰς ταύτην ἕλκεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, εἰ δὲ θεῖαι γένωνται συλλαβαὶ περὶ τούτου, ταύτας ἐμφανεῖς γενέσθαι τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ ψήφους ἀκολούθους λαμβάνειν.

CAPUT I.

Ἡμεῖς τοίνυν πᾶσαν μὲν ἀγωγὴν καὶ παράστασιν ἀποστρεφόμεθα, εἰ δὲ ἀνάγκη γένοιτο τοιοῦτό τι πραχθῆναι, οὐδενὶ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων πλὴν ἢ τῷ θρόνῳ τῷ σῷ συγχωροῦμεν ταξεώτην ἢ βουλευτὴν εἰς ταύτην ἀγώγιμον ποιεῖν τὴν εὐδαίμονα πόλιν, πλὴν εἰ μὴ θεία κέλευσις ἐπιτρέπουσα τοῦτο ῥητῶς γένοιτο, ἣν προσήκει καὶ τὴν σὴν μανθάνειν ὑπεροχήν, καὶ μὴ παρὰ τὴν σὴν ψῆφον ἀγώγιμον γίνεσθαι αὐτόν, διὰ τὸ λυσιτελὲς τῷ δημοσίῳ, μήποτε ἐντεῦθεν οἱ τὰ δημόσια πράττοντες ἀφελκόμενοι ταύτην λάβοιεν ἀφορμὴν τῆς κατὰ τῶν δημοσίων ἐπηρείας.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ ἡμῶν δηλούμενα τύπου ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XVII. ⟨kal. . . . .⟩

ΡΝΒ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΟΥΣ ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΙΟΙΣ ΠΡΟΙΟΝΤΑΣ ΘΕΙΟΥΣ ΤΥΠΟΥΣ ΜΗ ΑΛΛΩΣ ΕΡΡΩΣΘΑΙ ΕΙ ΜΗ ΕΓΕΝΟΝΤΟ Η ΓΕΝΟΙΝΤΟ ΚΑΤΑΦΑΝΕΙΣ ΤΟΙΣ ΤΩΝ PRAETORIΩΝ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΟΙΣ ΕΠΑΡΧΟΙΣ ΚΑΙ ΕΚΕΙΘΕΝ ΚΥΡΩΘΕΙΕΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

⟨Προοίμιον.⟩ Σπουδάζοντες μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας σὺν ἐπιμελείᾳ διοικεῖν τὰ τῆς ἐμπιστευθείσης ἡμῖν πολιτείας παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ πράγματα, κελεύομεν μὴ ἄλλως ἰσχύειν τύπον περὶ δημοσίων γινόμενον πρὸς τὸν μεγαλοπρεπέστατον δοῦκα ἢ καὶ αὐγουστάλιον ἢ πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν λαμπροτάτους ἄρχοντας, εἰ μὴ πρότερον ἐμφανισθῇ τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, τοὺς δὲ μὴ γενομένους καταφανεῖς μηδεμίαν ἰσχὺν ἔχειν. ἄτοπον γὰρ προφάσει δημοσίων γινόμενον θεῖον τύπον μὴ πρότερον τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐμφανῆ τοῦτον καθίστασθαι, εἶτα οὕτω καταπέμπεσθαι πρὸς τὸν μεγαλοπρεπέστατον δοῦκα ἢ αὐγουστάλιον ἢ τοὺς λοιποὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας. δεῖ γὰρ ἐμφανεῖς γινομένους τοὺς τοιούτους θείους τύπους τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς οὕτως καταπέμπεσθαι εἰς τὰς ἐπαρχίας καὶ πέρατι παραδίδοσθαι.

Nov. CLII Graece tantum extat in ML fuit in B 57. 19, 1 *secundum indicem reginae. — Epit. Theod.* 152.

---

beretur, ne ullus officialis vel curialis neve ex alia in aliam provinciam ducatur neve ad hanc felicem urbem trahatur, si vero sacrae hac de re conficiantur litterae, ut eae iudicio tuae sublimitatis insinuentur et decreta congrua accipiant.

I. *Nos igitur quamquam omnem in ius deductionem et exhibitionem aversamur, tamen si quid eiusmodi agi necesse sit, nulli ex magistratibus nostris nisi sedi tuae permittimus ut officialem vel curialem ad hanc felicem urbem duci iubeat, nisi sacra iussio fiat quae id nominatim praecipiat, quam tuam quoque sublimitatem nosse par est, neque contra sententiam tuam illum in ius duci, propter fisci utilitatem, ne forte inde qui publica administrant cum in ius abstrahantur hanc arripiant copiam fraudis faciendae publicis.*

Epilogus. Tua igitur sublimitas quae nobis placuerunt et per hanc sacram formam nostram declarantur ad opus effectumque adducere studeat.

CLII.

NE SACRAE FORMAE QUAE DE PUBLICIS PROCEDUNT ALITER VALEANT NISI SI GLORIOSISSIMIS PRAEFECTIS PRAETORIO INSINUATAE FUERINT VEL INSINUENTUR ET INDE CONFIRMENTUR.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto Praetorio.

Praefatio. Cum deo auxiliante nobis magna cum diligentia res imperii a domino deo nobis concrediti administrare studeamus, non aliter valere iubemus formam de publicis ad magnificentissimum ducem vel etiam augustalem vel ad clarissimos provinciarum praesides factam, nisi si prius iudicio tuae sublimitatis insinuata sit, quae vero insinuatae non sint nullam vim habere. Absurdum enim est, sacram formam publicarum nomine factam non prius sedi sublimitatis tuae insinuari, atque ita demum ad magnificentissimum ducem vel augustalem vel ceteros provinciarum praesides mitti. Nam eiusmodi sacras formas sedi sublimitatis tuae insinuatas ita demum in provincias mitti et ad effectum duci oportet.

---

1 *ταξεώτην B*] *μήτε ταξεώτην ML* ‖ *ἢ βουλευτὴν om. B* (*cf. ad* 726, 38) ‖ *μήτε LB*[f]] *μὴ M om. B*[c] ‖ *ἐξ*] *ἀφ' B*[c] ‖ *μήτε B*] *μηδὲ ML* ‖ 2 *γένονται L* ‖ 3 *ἀκολούθους MB*[c]] *ἀκολούθως LB*[f] ‖ 5 *ἢ βουλευτὴν om. B* (*cf. ad v.* 1) ‖ 6 *εἰ LB*] *om. M* ‖ 8 *τῷ*] *τ* L*[a] ‖ *μήποτε — δημόσια in litura M* ‖ *οἱ*] *οἷα L* ‖ 10 *epil. om. B* ‖ 11 *subscr. om. Theod.*, dat. XVII *M. Novellam priorem esse generali constitutione quae sequitur* (*nov. CLII*) *perspexit Zachariae hanc refingens subscriptionem:* dat. XVII. ⟨k. Jan. CP. dn. Iustiniano pp. Aug. III cos.⟩ *i. e. a.* 533: *quo die etiam const.* Tanta *et Δέδωκεν emissae sunt. Scholion in indice M adscriptum ad nov. CL si huc pertinet* (*cf. ad* 728, 11), *a.* 534 *data esse statuenda erit* ‖ 13 *rubr. Περὶ τοῦ μὴ ἐρρῶσθαι τὰς περὶ δημοσίων θείας κελεύσεις χωρὶς κυρώσεως τῶν ἐπάρχων Theod.* ‖ *προσιόντας ML, corr. Haloander* ‖ 14 prιωn *ML* ‖ 15 *ἐπάρχοις index L* (*cf. Theod.*)] *ὑπάρχοις ML* ‖ 16 **ὑπάρχῳ ML* ‖ 19 *δοῦκα ἢ καὶ αὐγουστάλιον* (*cf.* 31)] *ad Aegyptum et Thebaidem superiorem spectat* (*cf. Hierocles synecd.* 723, 6. 731, 7; *praeterea Edict. XIII c.* 1. 2, *Georgii Cyprii descr. orbis Romani* 710 *p.* 36 *Gelzer*; *et de Thebaide* C. I. G. 8646) ‖ 22 *ἐμφανῆ — 25 ὑπεροχῆς om. L* ‖ *τοῦτον abundare censet Zachariae, nisi legas* 21 *γινομένου θείου τύπου*

CAPUT I.

Εἴ τι τοίνυν μέχρι τοῦ νῦν πρὸς βλάβην τοῦ δημοσίου γέγονε, τοῦτο ἄκυρον εἶναι κελεύομεν, θεσπίζοντες τοῦ λοιποῦ ἕκαστον θεῖον πραγματικὸν τύπον, εἴτε πρὸς τὸν αὐγουστάλιον εἴτε πρὸς τὸν δοῦκα εἴτε πρὸς τοὺς λοιποὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας γένοιτο προφάσει δημοσίων, καθὰ εἴρηται, πάντως ἐμφανίζεσθαι τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, καὶ οὕτως εἰς τὰς ἐπαρχίας πέμπεσθαι προταττόμενον μετὰ προσταγμάτων, καθὰ εἴρηται, τῆς σῆς ὑπεροχῆς. ὥστε ὅσοι μὲν μὴ πρὸς βλάβην γίνοιντο τοῦ δημοσίου θεῖοι τύποι, τούτους καὶ δέχεσθαι καὶ προτάττειν τῶν προσταγμάτων, καὶ πέμπεσθαι παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰς τὰς ἐπαρχίας, ἐφ' ᾧ τε πέρατι παραδίδοσθαι· ὅσοι δὲ πρὸς βλάβην τοῦ δημοσίου κατὰ συναρπαγὴν γίνονται, δέχεσθαι μὲν τὴν σὴν ὑπεροχὴν τοὺς τοιούτους θείους τύπους, μὴ πράττειν δὲ τὰ ἐν αὐτοῖς ἐγκείμενα πρὶν ἢ πρότερον εἰς ἡμᾶς ἀνενέγκοι, ἵνα εἴ τι ὡς εἰκὸς πρὸς βλάβην τοῦ δημοσίου γέγονε, τοῦτο ἐπανορθωθῇ. Οἱοσδήποτε τοίνυν θεῖος πραγματικὸς τύπος προφάσει δημοσίων γενόμενος μὴ ἐμφανὴς γένηται τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, τοῦτον ἐν οὐδενὶ χρόνῳ κρατεῖν βουλόμεθα. D. k. Iun. CP. dn. Iustiniano pp. Aug. ⟨IV.⟩ et Paulino vc. coss. [*a.* 534.]

ΡΝΓ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΧΑΜΕΥΡΕΤΩΝ ΒΡΕΦΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἡλίᾳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἔγκλημα τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης ἀλλότριον καὶ οὐδὲ περὶ πάντων βαρβάρων ἀξιόπιστον Ἀνδρέας ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος καὶ ἀποκρισιάριος τῆς τῶν Θεσσαλονικέων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας προσήγγειλεν, ὥς τινες τὰ προϊόντα εὐθὺς ἐκ κοιλίας ἀπορρίπτοντες βρέφη καὶ ἐν ταῖς ἁγίαις αὐτὰ καταλιμπάνοντες ἐκκλησίαις μετὰ τὸ ταῦτα παρὰ τῶν εὐσεβούντων ἀνθρώπων ἀναγωγῆς καὶ τροφῆς ἀξιωθῆναι ἐκδικοῦσι καὶ δούλους προσαγγέλλουσι, καὶ ἐπιθυμοῦσι τῇ οἰκείᾳ ὠμότητι τοῦτο προσθεῖναι, ὥστε οὓς ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς ζωῆς προοιμίοις θανάτῳ παραδεδώκασιν, αὐξήσαντας στερῆσαι τῆς ἐλευθερίας. ἐπειδὴ τοίνυν τὸ τοιοῦτον ἀτόπημα πολλὰ κατὰ ταὐτὸν περιέχει ἐγκλήματα, φόνον τε καὶ συκοφαντίαν καὶ ὅσα ἄν τις ἐν τῇ τοιαύτῃ πράξει εὐκόλως ἀπαριθμήσαιτο, ἔδει τοὺς τὰ τοιαῦτα διαπραξαμένους τὴν ἐκ τῶν νόμων μὴ διαφεύγειν ἐκδίκησιν, ἀλλ' εἰς τὸ τοὺς ἄλλους σωφρονεστέρους γενέσθαι ταῖς ἐσχάταις αὐτοὺς ὑποβληθῆναι ποιναῖς, οἷα ἐκ τῆς ἀναιδείας τῆς ἐναγωγῆς ἴδια ἐγκλήματα προσαγγείλαντας. ὅπερ τοῦ λοιποῦ φυλαχθῆναι θεσπίζομεν.

Nov. CLIII Graece tantum extat in ML, c. 1 *ex* B^s *N* 3, 3 *p.* 517 *Zach. in B* 33, 2, 4. — *Epit. Theod.* 153, *Athan.* 18, 7; *Anonymus Bodleianus* 26 *apud Zachariae Ἀνέκδ. p.* 222.

I. *Si quid igitur hucusque ad detrimentum rei publicae factum est, hoc irritum esse iubemus, sancientes, ut in posterum quaelibet sacra pragmatica forma (sive ad Augustalem sive ad ducem sive ad ceteros provinciarum praesides rerum publicarum nomine, sicuti dictum est, fiat), omnino iudicio sublimitatis tuae insinuetur, atque ita in provincias mittatur praefixa additis praeceptis, uti dictum est, sublimitatis tuae. Itaque quaecumque sacrae formae non ad detrimentum rei publicae fiunt, eas et suscipias et praemittas praeceptis, atque mittantur a sublimitate tua in provincias, ut ad effectum adducantur; quaecumque autem ad detrimentum rei publicae per obreptionem fiunt, eiusmodi quidem sacras formas suscipiat sublimitas tua, neque tamen quae in illis continentur faciat, priusquam ad nos rettulerit, ut si quid forte ad detrimentum rei publicae factum est, id emendetur. Quaecumque igitur sacra pragmatica forma publicorum nomine facta sedi sublimitatis tuae insinuata non fuerit, eam nullo tempore valere volumus.*

CLIII.

DE INFANTIBUS EXPOSITIS.

Idem Augustus Eliae gloriosissimo praefecto Illyrici.

Praefatio. Crimen a sensu humano alienum, et quod ne de barbaris quidem ullis referri fidem habet, Andreas deo carissimus presbyter et apocrisiarius sanctissimae Thessalonicensium ecclesiae nobis nuntiavit, esse qui infantes ex utero prodeuntes statim abiciant et in sanctis ecclesiis eos relinquant, deinde eosdem postquam a piis hominibus educationem et alimenta impetrarint vindicent et servos suos esse pronuntient, atque cupiant suae crudelitati hoc addere, ut quos in ipsis vitae primordiis morti tradiderint, eos adultos privent libertate. Quoniam igitur eiusmodi indignitas multa simul complectitur crimina, caedem et calumniam et quaecumque quis in eiusmodi facinore facile recensuerit, oportebat eos qui haec talia committerent, vindictam ex legibus statutam non effugere, sed quo ceteri moderatiores fierent, extremis poenis subici, quippe qui per impudentiam actionis sua ipsi crimina deferrent. Quod quidem in posterum custodiri iubemus.

---

1 *μέχρι τοῦ νῦν L*] *om. M* ‖ 2 *θεῖον om.* L^a ‖ 4 *προταττόμενον M*] *om. L* ‖ 6 *pro τῶν mavult μετὰ Kroll* ‖ 10 *τοίνυν om. L* ‖ *πραγματικὸς θεῖος L* ‖ *μὴ M*] *εἰ μὴ L* ‖ 11 *subscr. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ὑπατείᾳ reliquis omissis Theod.* iust. pp. aug. et pa|ulin. M, IV. *add. Zachariae. Scholion in indice M ad nov. CL immerito adscriptum quod p.* 725 *exhibui etsi in promptu est referre ad nov. sequentem CLI (cf. ad* 727, 11), *tamen vix dubito quin ad hanc nov. CLII pertineat, ubi de consulatu in illo scholio commemorato ex ipsa codicis M subscriptione constat; accedit quod cum hac subscriptione facilius conciliari potest diei nota in scholio corrupta κα καὶ κη* (corr. *καλ.* iun.?) *quam cum die in subscriptione nov. CLI notato* XVII kal. . . . ‖ 13 *νεαρὰ ρμβ' citatur apud Anon. Bodl. et Ath.* ‖ 14 *rubr. Περὶ χαμευρετῶν Theod.* ‖ 15 *Ἡλίᾳ Ath. (cf. ad inscr. nov. CXI p.* 521, 12)] *Μηνᾶ ML* ‖ 16 *γνώσεως Theod.* ‖ **οὔτε ML* ‖ *περὶ M*] *παρὰ L* ‖ 17 *ἁ i. e. ἁγίας L* ‖ 18 *προσήνεγκεν* L^a ‖ **ἀπορρίπτονται M ἀπορίπτονται (sim. infra) L* ‖ 20 *οὓς M*] *οὖν L, τοὺς Haloander* ‖ 21 *παραδεδωκότας L* ‖ 23 *τὰ τοιαῦτα L*] *αὐτὰ M* ‖ *διαφυγεῖν L* ‖ 24 *εἰς τὸ L*] *ὥστε M* ‖ 25 *προσαγγέλοντας L, προσαγγέλλοντας Haloander* ‖ *θεσπίζωμεν M*

CAPUT I.

Ὅσοι τοίνυν οὕτως ἐν ἐκκλησίαις ἢ ῥύμαις ἢ ἄλλοις τόποις ἀπορριφέντες δειχθῶσι, τούτους πᾶσι τρόποις ἐλευθέρους εἶναι παρακελευόμεθα, κἂν εἰ ἀκριβής τις ἀπόδειξις ὑπάρχοι τῷ ἐνάγοντι εἰς τὸ δεῖξαι τὸ τοιοῦτον πρόσωπον τῇ αὐτοῦ διαφέρειν δεσποτείᾳ. εἰ γὰρ τοῖς ἡμετέροις προστέτακται νόμοις, ὥστε τοὺς νοσοῦντας οἰκέτας παρὰ τῶν δεσποτῶν καταφρονηθέντας καὶ ὡς τῆς αὐτῶν ὑγιείας ἀπελπισθείσης ἐκ τῶν κεκτημένων ἐπιμελείας μὴ ἀξιουμένους πάντως εἰς ἐλευθερίαν ἀναρπάζεσθαι, πῶς ἄρα γε τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ζωῆς ἀρχῇ τῇ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καταλειφθέντας εὐσεβείᾳ καὶ παρ' αὐτῶν ἀνατραφέντας ἀνεξόμεθα εἰς ἄδικον δουλείαν καθέλκεσθαι; ἀλλὰ τούτοις τόν τε ὁσιώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς Θεσσαλονικέων καὶ τὴν ὑπ' αὐτὸν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν καὶ τὴν σὴν ἐνδοξότητα βοηθεῖν καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐκδικεῖν θεσπίζομεν, μηδὲ τὰς ἐκ τῶν ἡμετέρων νόμων τῶν ταῦτα πραττόντων διαφευγόντων ποινάς, οἷα πάσης ἀπανθρωπίας καὶ ὠμότητος πεπληρωμένων [καὶ] τοσοῦτον πάσης μιαιφονίας χείρονος, ὅσον ταύτην τοῖς ἀθλιωτέροις ἐπάγουσι.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα τύπου ἥ τε σὴ ἐνδοξότης καὶ ὁ κατὰ καιρὸν τὴν αὐτὴν παραληψόμενος ἀρχὴν καὶ ἡ πειθομένη ὑμῖν τάξις ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι καὶ παραφυλαχθῆναι σπευσάτω. καὶ ποινὴ γὰρ ἐπικείσεται ε' χρυσίου λιτρῶν κατὰ τῶν ταῦτα παραβαίνειν ἐπιχειρούντων ἢ παραβαίνεσθαι συγχωρούντων. Dat. prid. id. Dec. CP. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. ⟨anno XV.⟩ Basilio vc. cons. [*a.* 541.]

ΡΝΔ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΟΣΡΟΗΝΗ ΑΘΕΜΙΤΩΣ ΣΥΝΑΛΛΑΤΤΟΝΤΩΝ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Φλώρῳ κόμητι τῶν θείων πριβάτων.

⟨Προοίμιον.⟩ Παράδοξός τις ἦλθεν εἰς ἡμᾶς λόγος, ὡς οἱ κατὰ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν καὶ τὴν Ὀσροηνὴν ἐπαρχίαν τολμῶσι γάμοις ἀθεμίτοις ὁμιλεῖν, καὶ τοὺς ῥωμαϊκοὺς παραβαίνουσι νόμους καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς ἠπειλημένας ποινὰς τάς τε παλαιὰς καὶ νέας, τοῖς μὲν ἐκ γειτόνων προσέχοντες, εἰς ἀθεμίτους δὲ καὶ

Nov. CLIV Graece tantum extat in ML (αὕτη ἐξεφωνήθη ὑπὲρ οὗ νόμος οὐκ ἦν schol. M in marg.). — Epit. Theod. 151, *Athan.* 11, 6.

I. *Quoscumque igitur eum in modum in ecclesiis vel vicis vel aliis locis abiectos esse probatum fuerit, eos omnibus modis liberos esse iubemus, etiamsi actori certa aliqua probatio suppetat, qua eiusmodi personam ad suum dominium pertinere ostendat. Nam si legibus nostris praeceptum est, ut servi aegrotantes a dominis neglecti et quasi desperata eorum valetudine a possessoribus curatione digni non habiti omnino in libertatem eripiantur, quo tandem modo eos qui in ipso vitae principio aliorum hominum pietati relicti atque ab iis enutriti sunt in iniustam servitutem trahi patiemur? Verum his et sanctissimum civitatis Thessalonicensis archiepiscopum et sanctam dei ecclesiam sub ipso constitutam et gloriam tuam opem ferre et libertatem iis vindicare sancimus; neve poenas ex legibus nostris statutas effugiant qui haec agunt, utpote qui omni inhumanitate et crudelitate referti sint, quae omni homicidio tanto peior est quanto miserioribus eam inferunt.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram formam declarantur gloria tua et qui pro tempore eundem magistratum suscepturus est et officium vobis obtemperans ad opus effectumque adducere atque custodire studeat. Etenim poena quinque librarum auri imminebit iis qui haec violare temptent aut violari patiantur.

CLIV.

DE IIS QUI IN OSROENA ILLICITAS NUPTIAS CONTRAHUNT.

Imperator Iustinianus Augustus Floro comiti sacrarum rerum privatarum.

Praefatio. Mirus quidam rumor ad nos pervenit, eos qui Mesopotamiam et Osroenam provinciam incolunt, audere illicitis nuptiis se iungere, atque romanas leges violare et poenas in iis intentatas tam veteres quam novas, qui cum ad vicinarum gentium mores respiciant, in illicitas atque prohibitas nuptias

---

1 *Ὅσοι τοίνυν οὕτως] Θεσπίζομεν ὅσοι* B^s ‖ *ἢ] ἢ ἐν* B^s ‖ *ῥύμοις L* ‖ *ἀπορριφθέντες cum Scrimgero vulg.* ‖ *τούτοις L,* B^s *v. l.* ‖ 2 *ἐλευθέροις* B^s *v. l.* ‖ *παρακελευόμεθα om.* B^s *v. l.* ‖ *κἂν εἰ ML] καὶ εἰ, v. l. εἰ καὶ* B^s ‖ *ὑπάρχει* B^s ‖ 3 *αὐτοῦ Scrimger* ‖ *προτέτακται* B^s *v. l.* ‖ *νόμοις] Cod.* 7, 6 § 3 (*cf.* 6, 4, 4 § 2) ‖ 4 *ὡς* LB^s] *om. M* (*cf. ad seq.*) ‖ *υγείας* LB^s ‖ *ἐκ] ὡς ἐκ M* ‖ 5 *ἀξιουμένης πάντας M* ‖ *ἀφαρπάζεσθαι* B^s *v. l.* (*ante hoc voc. littera deleta in M*) ‖ *πῶς ἄρα γε* B^s] *πόσῳ μᾶλλον ML, quod retineri nequit nisi particula οὐκ ante ἀνεξόμεθα v.* 6 *inserta cum Haloandro et vulg.; an leg. πῶς οὖν μᾶλλον?* ‖ 7 *τούτοις* — 8 *ἐκδικεῖν θεσπίζομεν] τούτους ἐλευθεροῦσθαι θεσπίζομεν* B^s ‖ *τῆς ML] τῆς τῶν* (*cf.* 728, 17) *coni. Zachariae falso* ‖ 8 *ὑπ' αὐτῶν M* ‖ 9 **μήτε* MLB^s ‖ 9 *sq. cf. Theod. ὁ καταδουλῶν ἐλεύθερον ταῖς τῶν φονέων ποιναῖς ὑπόκειται* ‖ *διαφευγότων L* ‖ 10 *καὶ seclusi* (*nisi corrigendum τῆς*) ‖ *χεῖρον* L^a *χείρονας* B^s *v. l., χειρόνων Haloander* ‖ *ὅσον* LB^s] *ὅσῳ M* ‖ 13 *ὁ — παραληψόμενος M] ἡ* (*οἱ Haloander*) — *παραληψόμενοι L* ‖ 15 *subscr.* d. pri. īs (*sic*) dec. cp. dn. iust. pp. aug. basilio uc. conss. *M δατ. ιδ. Δεκεμβρ. βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιε' ὑπατείας Βασιλείου Ath. ἐξεφωνήθη μηνὶ δεκεμβρίῳ ἔτει ιε' ὑπατείᾳ Βασιλείου Theod.* ‖ 18 *rubr. Θεῖος πραγματικὸς τύπος περὶ τῶν ἐν Ὀσροηνῇ καὶ Μεσοποταμίᾳ ἀθέμιτον συναλλαξάντων γάμον Ath.* ‖ *ἐν ὀσροΐνῃ L, ἐν ὀσρωινῇ cod. Theod., om. index M in lacuna* ‖ *ἀθεμίτως συναλλαττόντων] ἀθεμιτογαμιῶν Theod.* ‖ 20 *Παράδοξός τις] Παραδόξως cit. Ath. Theod.* ‖ 21 *ἐπαρχίας L* ‖ *ἐπ' αὐτοῖς ἠπειλημμένας L*

κεκωλυμένους ἐμπίπτοντες γάμους. ἡμεῖς τοίνυν τούτων μὲν οὐδὲν παντελῶς ἐπιστεύσαμεν· οὐ γὰρ ἡγούμεθα ἀνθρώπους μέρος ὄντας τῆς ἡμετέρας πολιτείας τοιοῦτό τι πράττειν θαρρεῖν καὶ τὴν γονὴν τὴν ἑαυτῶν καταισχύνειν καὶ τὰ ὀνόματα συγχέειν.

CAPUT I.

Ὥστε καὶ ἐξερευνᾶν ταῦτα ἠβουλόμεθα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ὅλως πέπρακται, τοὺς ἁμαρτάνοντας πρὸς ἐσχάτην ἄγειν τιμωρίαν. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ χρόνος ἐστὶ μακρὸς καὶ οὐδὲ πιστεύομεν τοιοῦτό τι γεγενῆσθαι πλημμέλημα, εἰ ἄρα καὶ τοιοῖτό τι συμβέβηκε, τὸ μὲν παρῳχηκός, ὅπως δή ποτε ἂν ἔχοι, συγχωροῦμεν τοῖς τὴν Ὀσροηνὴν καὶ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν τὰς ἐπαρχίας κατοικοῦσι, προφάσει τῶν ἐν αὐταῖς γενομένων διαφόρως ἐφόδων, καὶ μάλιστα ἀγροικικοῦ πλήθους ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ὄντος τοῦ ταῦτα ἐξαμαρτεῖν λεγομένου, καὶ ἐπὶ τοῦ νῦν σχήματος ἐῶμεν εἶναι, οὐδὲν πολυπραγμονοῦντες τῶν ἄχρι τῆς νεαρᾶς ἡμῶν θείας διατάξεως περὶ τούτου ὡς εἰκὸς πλημμεληθέντων, ἀλλὰ θεσπίζοντες πᾶσαν κωλυθῆναι περὶ τούτου ζήτησιν τοιαύτην κατὰ προσώπων ἢ πραγμάτων διαφερόντων τοῖς ἐν ταῖς αὐταῖς ἐπαρχίαις οἰκοῦσι. μετὰ δὲ τὸν ἡμέτερον νόμον τὸν ἔναγχος περὶ τούτου τεθέντα εἴ τις ἐτόλμησεν ἢ καὶ τολμήσειεν τοιοῦτό τι πρᾶξαι, βουλόμεθα τοῦτον ὑπὸ ποινὰς ἐσχάτας καταστῆναι, εἰδότα ὡς οὐ μέχρι χρηματικῶν στησόμεθα ποινῶν, ἀλλ' αὐτόν τε καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας ἐξ ἀθεμίτων γινομένους γάμων μετὰ τὴν ἡμετέραν, ὡς εἴρηται, θείαν διάταξιν μετελευσόμεθα, καὶ τὸν εἰς κεφαλὴν κίνδυνον καὶ τὴν εἰς περιουσίαν αὐτοῖς ποινὴν ἐπιστήσομεν, οὐδενὸς φειδόμενοι οὔτε εἰ μείζονος οὔτε εἰ ἐλάττονος εἴη καταστάσεως ἢ τύχης ἢ ἱερωσύνης (τοῦτο γὰρ ἔτι μᾶλλόν ἐστι δυσκολώτερον), ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως ἐπεξιόντες τὴν νενομισμένην καὶ τοῖς ῥωμαϊκοῖς πρέπουσαν νόμοις φυλάξομεν εὐταξίαν, οὐ μέρος μόνον τῆς οὐσίας ἀφαιρούμενοι, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐσίαν ὅλην καὶ μέρος τοῦ σώματος, καὶ εἴπερ καὶ δυσκολωτέραν εὕρωμεν τὴν ἀθεμιτογαμίαν, καὶ αὐτὴν ἴσως τὴν ψυχήν· οὐδενὸς ἀποφυγεῖν δυναμένου εἰς τὸ τοῖς πέλας ἐν τοῖς πλημμελήμασιν ἀκολουθεῖν. χρὴ γὰρ τὰ ὀρθά τε καὶ προσήκοντα φρονεῖν καὶ τοὺς ἄλλους ἀνιστᾶν εἰς τὸν τοιοῦτον ζῆλον, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς πράττειν παράνομα καὶ εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους καταφεύγειν μίμησιν. ταῦτα τοίνυν φυλάττεσθαι βουλόμεθα ἐπὶ τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν, τῶν τε πολιτικῶν τῶν τε στρατιωτικῶν ἀρχόντων τοῦτο φυλαττόντων καὶ τὰς ποινὰς ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσι παρασκευαζόντων. τοῦτο δὲ αὐτὸ τοῖς τῆς χώρας κατὰ πρόσταξιν σὴν διὰ προγραμμάτων παρὰ τῶν οἰκείων ἀρχόντων γενέσθαι βουλόμεθα φανερόν, εἰ μὴ βούλονται καὶ αὐτοὶ ταῖς ἐσχάταις ὑποβληθῆναι ποιναῖς καὶ ταῖς ἐκπτώσεσι τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν οὐσιῶν, εἴ τινος τούτων ἀμελήσειαν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα πραγματικοῦ τύπου ἡ σὴ ἐνδοξότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. . . . .

---

incidant. Nos igitur horum quidem nihil omnino credidimus: neque enim existimamus homines qui rei publicae nostrae pars sunt eiusmodi quid agere audere atque progeniem suam dedecore afficere et nomina confundere.

I. *Quare et in ea inquirere, et si quid eiusmodi factum esset, delinquentes ad extremum supplicium trahere voluimus. Verum quoniam et longum tempus est neque eiusmodi delictum commissum esse credimus, si tamen quid eius generis contigerit, praeteritum quidem, quocumque se modo habeat, iis qui Osroenam et Mesopotamiam provincias incolunt indulgemus propter invasiones in eas vario modo factas, et maxime quia agrestis multitudo ut plurimum haec delinquere dicitur, idque in ea quae nunc est condicione manere sinimus, cum nihil eorum curiose perscrutemur quae usque ad novellam nostram sacram constitutionem hac in re forte peccata sunt, sed ut omnem huiusmodi de hoc inquisitionem adversus personas et res quae ad incolas earundem provinciarum pertinent prohiberi sanciamus. Post legem vero nostram nuper hac de re latam si quis quid eiusmodi facere ausus fuerit vel etiam audeat, eum extremis suppliciis subici volumus, sciatque is nos in pecuniariis poenis non substituros, sed et ipsum et uxorem et liberos ex illicitis nuptiis natos post nostram, uti dictum est, sacram constitutionem persecuturos esse, et de capite periculum et de bonis poenam iis inflicturos, nulli parcentes nec si maioris nec si minoris sit condicionis aut fortunae aut sacerdotii (hoc enim etiam magis importunum est), sed in omnes pariter animadvertentes solitum et Romanis legibus dignum ordinem esse servaturos, cum non solum substantiae partem auferamus, sed etiam totam substantiam et partem corporis, et si quidem vel importunius contractas deprehenderimus illicitas nuptias, forte etiam ipsam animam: ita ut nemo effugere possit ad vicinorum in peccatis exemplum sequendum. Recta enim et quae decent sapere oportet ceterosque ad talem aemulationem excitare, nec vero ipsos quae contra leges sunt agere et ad mutuam imitationem confugere. Haec igitur custodiri volumus in praedictis provinciis, ut tam civiles quam militares magistratus hoc custodiant efficiantque ut poenae delinquentibus imponantur. Hoc ipsum autem iis qui in provincia sunt ex praecepto tuo a propriis magistratibus per edicta manifestum fieri volumus, nisi ipsi quoque extremis poenis subici velint et administrationum et bonorum amissioni, si quid horum neglexerint.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam formam declarantur tua gloria ad opus effectumque adducere studeat.

---

2 *μέρη L* ‖ 10 *διατάξεως*] *nov. XII* ‖ 14 *γενομένους cum Haloandro vulg.* ‖ *γάμους* $M^a L$ ‖ 16 *εἰ μείζονος*] *εἰ om. L* ‖ *ἐλάττονες* L^a ‖ *καταστάσεος M* ‖ 17 *ἐπεξιόντος L* ‖ 19 *εἴπερ καὶ*] *καὶ om. L* ‖ *δυσκολώτερα M* ‖ 20 *εἰς τὸ L*] *ἐκ τοῦ M* ‖ *τοῖς πέλας ἐν τοῖς* (*cf.* 729, 22)] *τὰς ποινὰς τοῖς cum Haloandro vulg. male* ‖ 23 *τούτων L* ‖ 24 *τοῖς*] *τῷ L* ‖ *πραγμάτων L* ‖ 26 *ἀμελήσειεν L* ‖ 28 *subscr. om. Ath., Theod.,* dat. *M reliquis omissis; constitutionem recentiorem novella XII* (*cf.* 10. 12. 14) *aut eidem anno* 535 *aut anno* 536, *quibus annis Flori comitis rerum privatarum in novellis mentio continetur* (*cf. nov. XXII extr. p.* 187, 9) *probabiliter tribuit Biener p.* 534; *novella CXXXIX antiquiorem esse ex prooemio conicit Zachariae.*

ΡΝΕ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΙΝ ΤΑΣ ΜΗΤΕΡΑΣ ΥΠΟΚΕΙΣΘΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΙΚΟΙΣ ΛΟΓΙΣΜΟΙΣ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Βελισαρίῳ ⟨στρατηγῷ⟩.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἱκετηρίαν ἀνέτεινε Μάρθα ἡ λαμπροτάτη τῷ ἡμετέρῳ κράτει περιέχουσαν, Σεργίου τοῦ τῆς μεγαλοπρεποῦς μνήμης τοῦ αὐτῆς γενομένου πατρὸς τετελευτηκότος καταλειφθῆναι μὲν αὐτὴν κομιδῇ νέαν τὴν ἡλικίαν, τὴν δὲ αὐτῆς κηδεμονίαν ὑπελθεῖν Αὐξεντίαν τὴν λαμπροτάτην αὐτῆς μητέρα, καταθεμένην μὲν ἐν ὑπομνήμασιν ὡς οὐ προσομιλήσει δευτέροις γάμοις, καὶ τὸν ὑπὲρ τούτου διωρισμένον τοῖς ἡμετέροις νόμοις ὅρκον παρασχομένην διοικήσασθαι τὰ πράγματα, τούτων δὲ παρ' αὐτῆς πεπραγμένων, ὥσπερ οὐδέ τινος ὅρκου παρ' αὐτῆς δεδομένου καὶ εὐκαταφρονήτου τῆς καταλελειμμένης ὑπαρχούσης περιουσίας, κατὰ τὴν ὑπ' αὐτῆς γενομένην ἀπογραφὴν μέτριά τινα δηλωθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα γάμον ἑλέσθαι δεύτερον κηδεμόνα Πέτρον αὐτῇ προβαλλομένην, καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου συνοικεσίου δύο μὲν ἐσχηκέναι παῖδας, οὐχ ὑγιῶς δὲ πρὸς αὐτὴν ἐσχηκυῖαν τὸν μὲν καταστάντα παρ' αὐτῆς ἐπίτροπον τῆς διοικήσεως ἀποστῆσαι τοῦ τρισκαιδεκάτου μόλις αὐτῆς ἐπιλαμβανομένης ἐνιαυτοῦ, πείθειν δὲ κηδεμόνα τῆς δευτέρας ἡλικίας αἰτῆσαι, καὶ παραυτίκα πείθειν διαλύσεις συγγράψαι πρὸς αὐτὴν καὶ παντὶ λόγῳ δυναμένῳ κατὰ νόμους ἁρμόττειν αὐτῇ προφάσει τῶν τῆς ἐπιτροπῆς λογισμῶν κατὰ τὰς τοιαύτας ἀποτάξασθαι διαλύσεις, ἐν κοιτῶνί τε οὖσαν τηνικαῦτα καὶ τῶν πραττομένων οὐδὲν ἐπισταμένην· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν τὴν παρ' αὐτῇ καθεστῶσαν καὶ πρὸς οὐδένα εἰπεῖν τι δυναμένην περὶ τῶν κατ' αὐτῆς γινομένων, καὶ εἰ τῆς ἐπιγινομένης αὐτῇ βλάβης ᾐσθάνετο, πρᾶξαί τι τῶν δυναμένων κωλῦσαι τὰ πρὸς τὴν αὐτῆς ἐπιβουλὴν μελετώμενα· τοῦ δὲ χρόνου παρασκευάσαντος αὐτὴν καὶ τὸ μελετηθὲν κατ' αὐτῆς αἰσθέσθαι, πρὸς μὲν τὴν μητέρα τισὶ χρήσασθαι παρακλήσεσιν, ὥστε μηδενὶ τῶν κατ' αὐτῆς πραχθέντων ἀποχρήσασθαι, τὰ δὲ πρέποντα μητρὶ περὶ αὐτὴν ἐπιδείξασθαι, καὶ τὴν τῶν πατρῴων αὐτῇ πραγμάτων ἀποκατάστασιν ποιήσασθαι, καθὰ τῷ νόμῳ δοκεῖ· τὴν δὲ τοῖς ἐκ τοῦ δευτέρου γάμου γενομένοις παισὶν ἑαυτὴν ὅλην ἐκδοῦσαν οὐδὲ τοὺς τοιούτους προσίεσθαι λόγους, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ τὴν θείαν ἡμῶν προΐσχεσθαι νομοθεσίαν, περιέχουσαν μὴ δύνασθαι κατ' αὐτῆς τοῖς τῆς ἀποκαταστάσεως χρήσασθαι δικαίοις, οὐδὲν μὲν τοιοῦτον περὶ τῶν μητέρων τῶν ἀναδεξαμένων τὴν τῶν οἰκείων παίδων κηδεμονίαν καὶ δευτέρους ἀσπαζομένων γάμους θεσπίζουσαν, ἐπ' ἄλλοις δέ τισιν ὅροις τε καὶ τρόποις παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐκφωνηθεῖσαν. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἱκετηρίαν ἡμῖν ἀνέτεινεν, ἐφ' ᾧτε καὶ τὴν διάνοιαν τῆς θείας νομοθεσίας σαφῆ τε καὶ ἀναμφισβήτητον καταστῆσαι, καὶ μὴ τοῖς αὐτῇ περιεχομένοις ἀποχρωμένην Αὐξεντίαν τὴν αὐτῆς μητέρα τὰ καταλειφθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς πράγματα κέρδος οἰκεῖον ποιήσασθαι.

Nov. CLV Graece tantum extat in ML, fuit in B 37, 12, 2. — *Epit. Theod.* 155, *Athan.* 13, 3 (*inde passim contracta apud Anon. Bodleianum* 27 *p.* 222 *Zach.*).

CLV.

UT MATRES TUTELAE RATIONIBUS OBNOXIAE SINT.

Imperator Iustinianus Augustus Belisario ⟨magistro militum⟩.

Ἡμεῖς τοίνυν βοηθῆσαι τῷ πράγματι βουλόμενοι (μετὰ μέντοι πάσης ἰσότητος καὶ δικαιοσύνης, καὶ ὥστε τοῦ λοιποῦ πᾶσι τρόποις ἀσφαλῶς προϊέναι ταῦτα) θεσπίζομεν μὴ ἄλλως αὐτοὺς αἱρεῖσθαι τὰς ἀντιφωνήσεις ὑπεισιέναι, πρὶν ἂν ἔγγραφος αὐτοῖς περὶ τούτων γένηται ἐντολὴ ἅπαν τὸ πρᾶγμα, ὅπως ποτὲ πραχθῆναι δέοι, σαφῶς διορίζουσα, μηδὲ ἐκ τῶν καλῶν τούτων πίστεων εἰς ὄλεθρον προφανῆ καθαρῶς ἐμπίπτειν. εἰ δέ γε κατά τινα τρόπον ἔγγραφον μὲν μὴ γένοιτο, χρόνος δὲ ὁρισθείη, καὶ σιωπήσειεν ἐφ' ἅπαντα τὸν χρόνον ἐκεῖνος, ὑπὲρ οὗ τὰ τῆς ἀντιφωνήσεως γένοιτο, καὶ μὴ μέμψοιτο, διαδράμοι δὲ καὶ ὁ χρόνος, εἶτα μηδὲ κατὰ ἄλλην δίμηνον αὐτὸ τοῦτο ἐν μέμψει ποιήσεται, πάντως τὸν ἐντειλάμενον καταβαλεῖν τῷ ἀντιφωνήσαντι τὸ χρέος, ὅπερ ἂν ἀποδειχθείη κατὰ γνώμην αὐτοῦ παρά τινος τῶν ἀργύρου τραπέζης προεστώτων ἀντιπεφωνημένον, καὶ μὴ δύνασθαι μήτε αὐτοῖς μήτε τοῖς αὐτῶν κληρονόμοις ἢ τοῖς παρ' αὐτῶν ἐκχωρηθεῖσιν ἢ ἐκχωρουμένοις τὸν τοιοῦτον ἀντιτίθεσθαι λόγον, ἀλλ' ἐκεῖνο κρατεῖν, ὅπερ ἂν ἡ τῶν ἐντολῶν δείξειε πίστις, εἰ μὲν ἐν γράμμασιν αὗται προέλθοιεν, τοῦ δικάζοντος τοῖς γράμμασιν ἀκολουθοῦντος, εἰ δὲ ἄγραφον εἴη τὸ σύμφωνον, ταῖς ἐπὶ τούτῳ διδομέναις κατὰ τὸν νόμον ἀποδείξεσιν ἑπομένου. τούτων κρατούντων ἐπί τε τῶν ἤδη γενομένων κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπί τε τῶν ἐσομένων ἀντιφωνήσεων.

CAPUT II.

Εἰ δὲ καί τις αὐτοῖς ὑπεσχέθη ἢ ὑποσχεθείη θεραπεία διὰ γραμμάτων ἢ καὶ γραμμάτων χωρίς, ἀπόδειξις δὲ αὐτάρκης καὶ νόμιμος δοθείη ἢ διὰ τῆς τῶν γραμμάτων ἀναγνώσεως ἢ διὰ τῆς ἐκ τῶν μαρτύρων πίστεως, καὶ ταύτην ἔχειν τὴν οἰκείαν ἰσχὺν βουλόμεθα καὶ ἀπαιτεῖσθαι τὸ συμπεφωνημένον παντελῶς μηδενὸς ἀντικειμένου νόμου, ὡς ἐχρῆν προῖκα ταῦτα ⟨πραχθῆναι⟩, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ δόσει τινί, διὰ τὸ τὸν πάντα βίον αὐτῶν ἐκ τούτου συνίστασθαι καὶ τόκους αὐτοὺς τελεῖν καὶ στεγονόμια διδόναι, καὶ τῆς κοινῆς λυσιτελείας προβεβλῆσθαι, οὐχ ἵνα ζημιοῖντο οὐδὲ ἵνα παντοίως ἄτροφοι μείναιεν, ἀλλ' ἵνα ταύτην ἔχοιεν τῶν
1 *οἰκείων πόνων παραμυθίαν. Εἰ μέντοι γε λογισμοὺς ἢ ἀντισυγγράφους ἢ αὐτογράφους πεποίηνται ἢ ποιήσοιντο ἢ αὐτοὶ πρός τινας τῶν αὐτοῖς συμβαλλόντων, ἢ ἐκεῖνοι πρὸς αὐτούς, ἐν οἷς ἡ εἰσκομιδὴ τῶν χρημάτων καὶ δαπάνη καταγέγραπται καὶ γράμματα φέροιτο αὐτοῦ τοῦ τῆς τραπέζης προεστηκότος τοῦ τε ὑπογραφέως αὐτοῦ, οὓς ἁρμαρίτας καλοῦσι, καὶ αὖθις τῶν συμβαλλόντων πρὸς αὐτούς, ἢ διὰ παντὸς ὑπὸ τῆς τοῦ συμβάλλοντος χειρὸς γεγραμμένους ἢ ὑπογραφὴν ἔχοντας, μὴ δύνασθαι τοὺς συμβάλλοντας τὴν μὲν εἰσκομιδὴν τῶν χρημάτων, ἣν οἱ ἀργυροπρᾶται καταγράφουσιν ἐν τοῖς ἀντισυγγράφοις ἢ αὐτογράφοις βρεβίοις, δέχεσθαι κἀντεῦθεν αὐτοὺς ἀπαιτεῖν, πρὸς δὲ τὴν τῆς ἐξόδου καταγραφὴν ἀντιλέγειν ὡς οὐ γενομένην, μηδὲ*
2 *αὖθις τοὺς ἀργυροτραπέζης προεστῶτας τὴν μὲν δαπάνην ἀπαιτεῖν, τὴν δὲ εἰσκομιδὴν μὴ δέχεσθαι. Ἀλλ' εἴπερ ἐκ τῶν ἑκατέρωθεν προκομιζομένων ἀντισυγγράφων λογοθεσίων ἢ αὐτογράφων μαρτυρηθείη ἥ τε τῆς*

ut hac molestia liberarentur et si omnino purum mandatum factum sit aut fiat, ut pecuniam aut res intra certum tempus solvant, condicione nulla adiecta, ut simulatque praefinitum tempus elapsum sit, obnoxius mandator fiat debito solvendo et ipsis et quibus a se actiones cessae sint aut etiam cedantur, nec solum si hoc per litteras mandaverint, verum etiam si sine scripto totum negotium actum sit.

I. *Nos igitur succurrere rei volentes (cum omni tamen aequitate et iustitia, atque ut in posterum omnibus modis haec secare procedant), sancimus non aliter eos constituta subire velle, priusquam scriptum de his mandatum ipsis detur omnem rem quomodo fieri oporteat definiens, neque ex hac bona fide in evidens exitium aperte incidere. Si vero aliquo modo scriptum quidem factum non sit, tempus autem determinatum sit, et tacuerit per omne tempus ille, pro quo constitutum factum est, neque litem moverit, praetereat vero etiam tempus, deinde ne intra alios quidem duos menses hoc ipsum in querelam deduxerit, omnibus modis mandatorem solvere constituenti debitum, quod probetur ex ipsius voluntate ab aliquo argentariae mensae praeposito constitutum esse, ac neque ipsis neque ipsorum heredibus, aut quibus cessae ab ipsis sint vel cedantur actiones, eiusmodi rationem opponi posse, sed illud vincere, quod mandatorum ostenderit fides, si in litteris processerint, litteras iudice sequente, sin autem non scriptus contractus sit, probationes ea de re secundum leges prolatas spectante. Atque haec valeant et in constitutis iam factis hoc modo et in futuris.*

II. *Si quod vero etiam emolumentum eis in scriptis aut sine scriptis promissum fuerit aut promittatur, probatio autem sufficiens et legitima detur aut scriptorum lectione aut testium fide, etiam hoc suam vim habere volumus exigique quod pacto convenerit, nulla prorsus lege obsistente, quasi id gratis et non pro mercede aliqua fieri oporteat, propterea quod omnis eorum vita in hoc consistit, ut usuras pendant et pensiones pro aedibus dent et communi utilitati prospiciant, non ut damno afficiantur*
1 *neque ut omni victu destituantur, sed ut hoc habeant laborum suorum solacium. Si tamen ratiocinia sive antisyngrapha sive autographa faciant aut fecerint aut ipsi illis, qui cum ipsis contrahunt, aut illi ipsis, in quibus pecunia accepta et expensa conscripta est et scriptura inest ipsius mensae praepositi et scribae eius, quos armaritas vocant, et rursus eorum, qui cum ipsis contrahunt, aut omnino contrahentis manu scripta aut subscriptionem habentia, non poterunt contrahentes pecuniam quidem acceptam, quam argentarii in antisyngraphis vel autographis brevibus describunt, agnoscere indeque ab eis exigere, expensae vero scripturae contradicere, tamquam facta non sit, neque rursus argentariae mensae praepositi*
2 *expensam quidem exigere, acceptum vero non agnoscere. Verum si ex antisyngraphis ratiociniis vel autographis ab utraque parte prolatis demonstretur litterarum tam de acceptis quam de expensis fides,*

2 *προκειμένης* M, *corr. Kroll* ‖ 3 *ἐκχωρημένοις* M ‖ 8 *καθαρῶς corruptum existimo* ‖ 11 *μέψει* M ‖ 13 *μηδὲ — μηδὲ* M, *corr. Kroll* ‖ *καὶ μὴ ἔχειν αὐτὸν ἢ κληρονόμους αὐτοῦ παραγραφὴν κατὰ τῶν ἀντιφωνησάντων ἢ ἐκχωρουμένων τὰς ἐντεῦθεν ἀγωγάς anon. Bodl.* ‖ 21 *πραχθῆναι ex anon. Bodl. add. Zachariae* ‖ 23 *μείνοιεν* M, *correxi* ‖ 26 *φέροιτο Kroll*] *φέροι* M ‖ *τε Zachariae*] *γε* M ‖ 27 *ἁρμαρίτας anon. Bodl.* (*ἢ τοῦ ἁρμαρίτου*)] *σαμαρείτας* M ‖ *ἢ τῶν αὐτοῖς συναλλαξάντων anon. Bodl.* ‖ 28 *συμβάλοντος* M ‖ *συμβάλοντας* M (*οἱ συναλλάξαντες epit.*) ‖ 32 *ἢ λογοθεσίων perperam vulg.* ‖ *ἥ τε — ἥ τε* M^b] *εἴτε — εἴτε* M^a

εἰςκομιδῆς ἥ τε τῆς δαπάνης τῶν γραμμάτων πίστις, πάντως ἑκάτερον εἶναι πιστόν, καὶ μὴ τὸ μὲν κατ' αὐτῶν κρατεῖν, τὸ δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἄκυρον εἶναι, ἀλλὰ ἀπαιτεῖσθαι, ὅσα τὰ λογοθέσια δείξειε, πλὴν εἰ μὴ θάτερον ἢ ἑκάτερον μέρος πλάνην ψήφου ἢ περὶ τόκον βλάβην ὑπομεμενηκέναι δείξειεν. εἰ γάρ τι τοιοῦτον προφανῶς δειχθείη, τῆς κατὰ νόμον διορθώσεως τοῦτο ἀξιοῦσθαι θεσπίζομεν, ὥςτε ἕκαστον τοῦ δικαίου καὶ τῆς ἰσότητος ἀπολαύειν.

CAPUT III.

Καὶ τοῦτο δὲ ἐδίδαξαν, ὥς τινες ἐξ αὐτῶν ὁμολογίας παρὰ πλειόνων κομισάμενοι καὶ ταύτας ἀλληλεγγύως ἢ κατὰ μανδάτον, εἶτα τὸ πλεῖστον τοῦ χρέους εἰληφότες, καὶ ὀλίγου τινὸς ὄντος τοῦ ὑπολελειμμένου, ἐπὶ τῷ τοῦ χρέους ἐλλείμματι ἔξωθεν παρ' ἑνὸς αὐτῶν ἢ δύο λαβόντες ὁμολογίας, ὡς εἴσω ῥητοῦ χρόνου ταῦτα καταθήσουσι, διαλύσεις τυχὸν ἢ ὁμολογίας ἔθεντο πρὸς ἅπαντας, συμβέβηκε δὲ ἢ τὸν ἕνα ἢ καὶ πλείονας τῶν πεποιηκότων τὴν τῆς λοιπάδος ὁμολογίαν τελευτῆσαι καὶ τοὺς κληρονόμους μὴ αἱρεῖσθαι τὸ παρ' αὐτοῦ ἢ αὐτῶν διομολογηθὲν χρυσίον δοῦναι. θεσπίζομεν οὖν, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, τὸ ταῖς ὁμολογίαις περιεχόμενον χρυσίον καὶ παρὰ τοῦ τελευτήσαντος ἢ τῶν τελευτησάντων διομολογηθὲν ἐν γράμμασι τοὺς αὐτῶν εἰςπράττεσθαι κληρονόμους μετὰ τοῦ συμπεφωνημένου τόκου.

CAPUT IV.

Εἰ δέ τινες ἐδανείσαντο ἢ δανείσοιντο παρ αὐτῶν ἐνέχυρα δόντες, εἶτα ἐν ταῖς δανειακαῖς συγγραφαῖς ἐπέτρεψαν ἢ ἐπιτρέψαιεν αὐτοῖς ἐκ διαπράσεως τῶν ἐνεχύρων πίστει αὐτῶν γινομένης τὸ τούτων τίμημα εἰς τὸ χρέος λογίζεσθαι, οἱ δὲ τοῦτο πράξαιεν, μὴ πολυπραγμονεῖσθαι αὐτοὺς μηδὲ πράγματα ὑπὲρ τούτων ἔχειν, ἀλλ' ὀμνύντας ὁπόσης τιμῆς τὰ ἐνέχυρα πεπράκασι πιστεύεσθαι, καὶ ἀρκεῖν τοῦτο αὐτοῖς πρὸς πᾶσαν ἀγνωμοσύνης ἀναίρεσιν. Εἰ δέ τις ἀγράφως δανειζόμενος ἐνέχυρα δοίη ἢ σφραγίσας αὐτὰ ἢ καὶ σφραγίδων χωρίς, ἀνάγκην ἔχειν τὸν δανεισάμενον ἢ λαμβάνειν τὰ ἐνέχυρα ἐπιγινώσκοντα τὰς σφραγῖδας ἢ καὶ αὐτὰ μὴ ῥαδιουργηθέντα καὶ ἀποπληροῦν τό τε κεφάλαιον τόν τε συμφωνηθέντα τόκον, ἢ εἴπερ οὐκ ἔχει χρυσίον ὁ ὀφειλέτης, εἰς τὴν ἀξίαν διατίμησιν ταῦτα καταλιμπάνειν καὶ τὸ ὑπόλοιπον πληροῦν, οὐ δυνάμενον λέγειν, ὡς δεῖ αὐτὸν ἀρκεσθῆναι τοῖς ἐνεχύροις, κἂν εἰ ἐλάττονος εἶεν ποσότητος, ἀλλ' ἐκ τρόπου παντὸς πληροῦν πᾶν τὸ χρέος, ὅσον ἂν μετὰ τοῦ συμφωνηθέντος λογισθείη τόκου. εἰ δὲ καὶ ὁρισθείη χρόνος ἐπὶ τῷ δανείσματι ἐνεχύρων ἅπαξ δεδομένων ἢ ἐσφραγισμένων ἢ ἀσφραγίστων, εἴσω δὲ τοῦ χρόνου μὴ γένηται τὸ ἱκανόν, ἄλλος δὲ τοσοῦτος παρέλθῃ χρόνος, ἐξεῖναι αὐτοὺς ἀκριβοῦς διατιμήσεως γενομένης παρόντων καὶ ταβουλαρίων καὶ τῶν θείων προκειμένων λογίων καὶ διατιμητῶν παραλαμβανομένων, διατιμᾶσθαι ταῦτα καὶ ἑαυτοῖς λογίζεσθαι, εἴτε ἐξαρκεῖ εἰς τὸ χρέος εἴτε καὶ εἰς μέρος τοῦ χρέους.

CAPUT V.

Καὶ τοῦτο μέντοι ἰάσασθαι ᾔτουν, ὥςτε διὰ τὸ τὸν βίον αὐτοῖς ἐν τῷ δανείζειν καὶ δανείζεσθαι καθεστάναι καὶ ἀντιφωνεῖν ὑπὲρ ἑτέρων καὶ τόκους τελεῖν, μὴ ἀντιτίθεσθαι αὐτοῖς τὴν ἡμετέραν διάταξιν ἐν τοῖς δανείσμασιν, ἣν ἐγράψαμεν μηδενὶ συγχωροῦντες ὑπὲρ τὸ διπλάσιον κομίζεσθαί τι, εἴπερ τοσαύτην καταβάλοι ποσότητα, ὅσην τό τε ἀρχαῖον οἵ τε τόκοι πληροῦσιν. ἡμεῖς τοίνυν τὴν μὲν διάταξιν εἰς τὸ ἑξῆς παραβαθῆναι παντελῶς οὐ βουλόμεθα, τὸ δὲ παρελθόν, ὅπερ οὐκέτι δέχεται παντελῶς ἐπιβουλὴν οὐδεμίαν,

---

utrumque omnino ratum sit, neque quod contra ipsos est valebit, quod vero pro ipsis est irritum erit, sed exigatur quantum ratiocinia monstrant, nisi alterutra aut utraque pars se errorem calculi aut damnum in usuris perpessam demonstraverit. Si quid enim tale evidenter ostendatur, id legitima emendatione affici sancimus, ut unusquisque iustitia et aequitate fruatur.

III. *Hoc quoque nos docuerunt, quosdam ex ipsis promissionibus a pluribus acceptis iisque ex mutua fideiussione aut ex mandato, deinde plurima debiti parte accepta, et exigua quadam relicta, propter debiti reliquum seorsum ab uno aut duobus illorum promissione accepta, se intra certum tempus ista persoluturos esse, apochas forte aut promissiones omnibus conficere, accidisse vero ut aut unus aut plures eorum, qui reliqui obligationem fecissent, obirent, et heredes pecuniam ab illo aut illis promissam exsolvere nollent. Sancimus igitur, si haec ita se habeant, pecuniam promissionibus comprehensam et a defuncto aut defunctis in scripto professam ab heredibus eorum cum stipulatis usuris exigi.*

IV. *Si qui autem datis pignoribus ab eis mutuati fuerint aut mutuentur, deinde in mutui syngraphis permiserint aut permittant eis, ut venditione pignorum sub ipsorum fide facta eorum pretium in debitum imputetur, illi vero hoc fecerint, non molestari eos neque propter ea negotiis implicari, sed iurantibus, quanti pretii pignora vendiderint, credi, idque iis ad omnem improbitatem tollendam satis esse. Si quis vero sine scripto mutuatus pignora det aut obsignata aut etiam sine sigillis, necesse habebit qui mutuatus est, aut pignora recipere agnoscens sigilla aut etiam ipsa non laesa, et explere et sortem et promissas usuras, aut si pecuniam non habeat debitor, ad iustam aestimationem illa relinquere et reliquum supplere, neque dicere poterit illum pignoribus, quamquam minoris sint quantitatis, contentum esse oportere, sed omni modo debitum totum explere, quantum cum promissis usuris computatum erit. Sin autem etiam tempus mutuo praefinitum sit datis semel pignoribus sive obsignatis sive non obsignatis, intra id tempus vero satis non factum sit, alterumque tantum elabatur tempus, liceat ipsis, accurata aestimatione facta praesentibus et tabulariis et divinis eloquiis propositis et aestimatoribus adhibitis ea aestimare et sibi imputare, sive debitum explent sive etiam partem debiti.*

V. *Sed hoc quoque ut sanaretur petierunt, ne quoniam victus ipsis in mutuo et dando et accipiendo consistat et pro aliis constituendo et usuras pendendo, ipsis in mutuis dandis nostra opponatur constitutio, quam scripsimus nemini ultra duplum accipere quicquam permittentes, si tantam quantitatem solverit creditor quantam et sors et usurae efficiant. Nos igitur in posterum eam legem violari omnino*

---

1 *τῶν γραμμάτων fortasse non sanum* ‖ 4 *ἕκαστον*] *ἐπ' ἀμφοτέρων anon. Bodl.* ‖ 8 *ἐλείμματι M* ‖ 15 *ἐπιτρέψαι ἐν M* ‖ *αὐτοῖς Zachariae*] *τοῖς M* (*ἐκ διαπράσεως tuetur epit.*) ‖ *λαβεῖν τὸ τίμημα καὶ λογίσασθαι εἰς τὸ χρέος anon. Bodl.* ‖ 18 *ἐγγράφως anon. Bodl.* ‖ 20 *σφραγισθέντα cum Agylaeo vulg.* ‖ 25 *an αὐτοῖς* ‖ 29 *διάταξιν*] *Cod.* 4, 32, 27. *Cf. nov. CXXI. CXXXVIII*

τοῦτο αὐτοῖς θεραπεύοντες θεσπίζομεν, ἐπὶ τῶν ταῖς ἀληθείαις ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων τῶν μέχρι τήμερον πραχθέντων ἄδειαν αὐτοῖς εἶναι, καὶ εἰ τύχοιεν τόκοι ὑπὲρ τὸ διπλάσιον ἐπὶ τούτοις τοῖς χρέεσι δεδομένοι, εἰςπράττειν αὐτοὺς τὰ ὀφειλόμενα μετὰ τοῦ ὡρισμένου τόκου, οὐκ ἀναγκαζομένους ὑπολογίζεσθαι οὔτε εἰς τόκον οὔτε εἰς ἀρχαῖον ὄφλημα τὰ ἤδη ὑπὲρ τὸ κεφάλαιον καταβεβλημένα· καὶ μὴ ἀντικεῖσθαι αὐτοῖς ἐπὶ τούτῳ καὶ μόνῳ τὴν ἡμετέραν διάταξιν τὴν τοῦ διπλασίονος, ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν τῶν συμβολαίων ταῦτα αὐτοὺς ἀπαιτεῖν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῶν ἀποχρῆσθαι δυναμένων πρὸς τοὺς ἤδη συμβεβληκότας αὐτοῖς τῇ παρ' ἡμῶν τεθείσῃ διατάξει, οὐδὲ δυναμένων λογίζεσθαι τοὺς ἤδη καταβεβλημένους τόκους ἢ εἰς τὸ διπλοῦν τοῦ τόκου ἢ εἰς τὸ ἀρχαῖον ὄφλημα.

CAPUT VI.

Ἐπειδὴ δὲ συνεχωρήσαμεν χωρὶς ἐνόπλου στρατείας τοῖς ἀργύρου τραπέζης προεστῶσιν ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως τὰς ἄλλας πάσας μετιέναι στρατείας, εἶτα ἐκεῖνοι δανείσματα πράξαντες ἢ καὶ πράττοντες τόκον ἐπηρώτησαν τὸν ἐκ διμοίρου μέρους, ὁποῖον τοῖς ἀργυροπράταις ἐφήκαμεν, οἱ δὲ ἀγνώμονες ταῦτα πάντα ἀντιτιθεῖεν αὐτοῖς τὰς στρατείας λέγοντες, προσήκειν αὐτοὺς οὐ τὸν ἀργυροπράταις ἀλλὰ τὸν στρατευομένοις πρέποντα τόκον κομίζεσθαι, ταύτην αὐτῶν τὴν ἄλογον καὶ ἀγνωμονεστάτην ἀντίθησιν παν-
1 *τελῶς σχολάζειν θεσπίζομεν καὶ τὰ συμπεφωνημένα ἢ καὶ συμφωνούμενα κρατεῖν. Ἀλλ' οὐδὲ ⟨ἐκεῖνο⟩ ἡμῖν ἀρέσκει, περὶ τῶν ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων αἰτεῖν τινας ἢ παντελῶς μὴ διδόναι κεφάλαια ἢ τόκους ἢ τὸ ἔτι τούτων χεῖρον λόγῳ, ὥστε νομίμων τόκων διδομένων εἰς τὸ ἀρχαῖον λογίζεσθαι· καὶ τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν συναλλαγμάτων τῶν πρὸς ἀργυροπράτας γενομένων ἢ γινομένων κρατεῖν βουλόμεθα*

CAPUT VII.

*Ἓν δὲ δὴ καὶ τοῦτο τῶν αἰτουμένων ἐστὶ παρ' αὐτῶν, ὅτιπερ πολλάκις τινὲς τῶν ὑπευθύνων αὐτοῖς καθεστώτων, εἶτα ἑτέρους ἔχοντες ὑπευθύνους, οὐχ ἑαυτοὺς ἐκεῖθεν πληροῦσιν, ἀλλὰ παρασκευάζουσι ταῖς αὐτῶν γαμεταῖς προφάσει προικὸς ἢ παραφέρνων ἢ χρεῶν δῆθεν ἄλλων τοῦτο καταβάλλειν καὶ διαλύσεις παρ' αὐτῶν ἤγουν ἀποδείξεις κομίζεσθαι, ἐκείνων δὲ εἰς ἐλάττωσιν ἐλθόντων ἢ ἐρχομένων ἢ καὶ τελευτησάντων ἢ καὶ μετὰ ταῦτα τελευτώντων, εἶτα αὐτῶν βουλομένων τὸ χρέος ἀπολαμβάνειν τοῦτο, τῶν γαμετῶν ἐκεῖνα μὲν λεληθότως κομισαμένων ἢ καὶ μετὰ ταῦτα κομιζομένων, ὁλόκληρα δὲ ἀντιτιθεισῶν αὐτοῖς τὰ ὀφλήματα, ὥστε ἐντεῦθεν αὐτοῖς διαπίπτειν τὰ τῆς ἐλπίδος. καὶ ἤτησαν, εἴ τι τοιοῦτον γέγονεν ἢ μετὰ ταῦτα ὡς εἰκὸς γενήσεται, ἀνάγκην ἔχειν τοὺς τὰς διαλύσεις παρὰ τῶν γυναικῶν κομιζομένους ἢ τὰς ἀπαλλαγὰς ἢ εἴ τι συμβόλαιον γέγονεν ἢ γενήσεται ὅλως, τοῦτο προκομίζειν * * * καὶ κληρονόμων αὐτῶν εἰς ἔλεγχον τῶν γενομένων, ὥστε μὴ τὰς μὲν γαμετὰς καὶ μὴ ὀφειλομένας λαβεῖν, [καὶ] αὐτοὺς δὲ καὶ ὀφειλομένους ἀποστερηθῆναι. θεσπίζομεν, εἴ τι τοιοῦτο γέγονεν ἢ γενήσεται, ἀνάγκην μὲν ἔχειν αὐτοὺς προκομίζειν τὰ συμβόλαια, βλάβης μέντοι πάσης χωρίς, καὶ οὐ δυναμένων αὐτῶν ἐκ τῆς προκομιδῆς οὐδεμίαν ὑπομένειν ζημίαν (μεμνήμεθα γὰρ τῆς ἡμετέρας διατάξεως, ἥπερ τὰς ἠναγκασμένας τῶν δικαιωμάτων προκομιδὰς ἀβλαβεῖς βούλεται γίνεσθαι τοῖς προκομίζουσιν), ἀλλ' ἐκείνους μὲν τὰ συμβόλαια προκομίζειν καὶ αὖθις ἀναλαμβάνειν, εἰ δέ τινα ἐντεῦθεν ὄνησιν ἔχειν δυνηθεῖεν οἱ τὴν προκομιδὴν ἀναγκάσαντες γενέσθαι πρὸς τὰς*

---

nolumus, quod vero praecessit, quia non iam ullam omnino recipit machinam, hoc ipsis emendantes sancimus, ut in veris contractibus argentariorum ad hunc diem factis facultas iis sit, etiamsi usurae supra duplum pro his debitis datae sint, exigendi debita cum constitutis usuris, non coactis imputare neque in usuras neque in antiquum debitum, quae supra sortem iam soluta sunt, et in hoc solo eis nostra de duplo constitutio non obstet, sed secundum contractuum naturam ea exigant; sed ita ut ne ipsi quidem adversus eos, qui cum ipsis iam contraxerunt, nostra constitutione abutantur, neque imputare possint solutas iam usuras aut in duplum usurarum aut in antiquum debitum.

VI. *Quoniam vero permisimus argentariae mensae praepositis in hac felice urbe excepta armata militia omnes alias militias gerere, deinde illi, cum mutuum dederunt aut etiam dant, besses usuras, quantas argentariis concessimus, stipulati sunt, improbi autem opponunt ipsis militias, dicentes aequum esse eos non argentariis, sed militantibus convenientes usuras capere, hanc eorum absurdam et improbissimam obiectionem omnino quiescere iubemus et quae pacto convenerint aut etiam conveniant obtinere.*
1 *Sed ne illud quidem nobis placet, quod de argentariorum contractibus nonnulli postulant, ut omnino non dent aut sortes aut usuras, vel, quod hoc etiam peius est, ut quae legitimae usurae dantur sorti imputentur. Nam hoc quoque in contractibus, qui cum argentariis initi sunt aut ineuntur, obtinere volumus.*

VII. *Unum vero etiam hoc ex eorum petitis est, quod saepe aliqui eorum, qui ipsis obnoxii sunt aliosque rursus obnoxios habent, non sibi inde satisfaciunt, sed efficiunt, ut suis uxoribus praetextu dotis vel paraphernorum vel aliorum debitorum hoc solvant et ab iis apochas sive solutionis probationes accipiant; cum autem illi ad inopiam devenerint aut deveniant vel etiam mortui sint aut postea moriantur, ipsique debitum hoc recuperare velint, uxoribus, licet illa clam acceperint aut postea accepturae sint, integra tamen ipsis debita opponentibus, ut inde ipsorum spes concidat. Et petierunt, ut, si quid eiusmodi factum sit aut posthac forte fiat, necesse habeant, qui apochas a mulieribus acceperint aut liberationes, aut si quod omnino documentum factum sit aut fiat, id proferre sibi et heredibus suis ad arguenda ea, quae gesta sunt, ne uxores, quibus nihil debetur, accipiant, ipsi vero, quibus debetur, fraudentur. Sancimus ut, si tale quid factum sit aut fiat, cogantur quidem illi instrumenta proferre, sine omni tamen damno, et ut nullum dispendium ex prolatione sustinere possint (meminimus enim nostrae constitutionis, quae coactas documentorum editiones innoxias proferentibus esse vult), sed illi quidem instrumenta proferant et rursus recipiant; si quem autem inde fructum percipere possint, qui editionem*

---

3 *ἀναγκαζομένων M, corr. Kroll* ‖ 8 *καὶ μερικαὶ τῶν τόκων καταβολαὶ φθάσασαι τὸ διπλοῖν τοῦ χρέους σβεννύουσιν αὐτό add. anon. Bodl. (ex nov. CXXI)* ‖ 11 *cf. Cod.* 4, 32, 26 § 2 ‖ *εἰ δὲ M; malim οἱ δὲ ἀγνωμονέστατα πάντῃ vel aliquid simile; κατὰ πάντα Osenbrüggen* ‖ 14 *ἐκεῖνο add. Kroll* ‖ 15 *ἀρέσκοι M* ‖ 22 *post χρέος excidisse verbi gratia ἀπαιτεῖν οὐκ putat Zachariae; fortasse tolerabile est anacoluthon* ‖ 26 *possis ⟨ὑπὲρ αὐτῶν ἢ⟩ καὶ (cf. ad 32); αὐτοῖς καὶ κληρονόμοις αὐτῶν Zachariae* ‖ 27 *καὶ del. Kroll* ‖ 28 *οὖν excidisse verisimile* ‖ 29 *αὐτῶν* M^b] *αὐτῆς* M^a ‖ 30 *διατάξεως*] *Cod.* 4, 21, 22 ‖ 31 *ἀναλαμβάνειν ex anon. Bodl. Kroll*] *ἀντιλαμβάνειν M* ‖ 32 *εἴτε ἐντεῦθεν ὁ ἀργυροπράτης ὀφείληται (scr. ὠφελεῖται) ἢ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ anon. Bodl.*

γυναῖκας, ταύτην παρ' αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον εὑρίσκειν, οὐδὲν παντελῶς τῶν προκομισάντων βλαβῆναι διὰ τὴν προκομιδὴν συγχωρουμένων. Εἰ δὲ ἀντισυγγράφους ἔθεντο πρός τινας ὁμολογίας ἢ διαλύσεις ἢ καὶ οἱασοῦν συνθήκας ἢ καὶ μετὰ ταῦτα ποιήσαιεν, καὶ αἱ παρ' αὐτοῖς κείμεναι κατὰ διαφόρους τρόπους ἀπώλοντο, ἀναγκάζεσθαι τοὺς ἔχοντας τὰ ἀντισύγγραφα προκομίζειν ἢ ὅρκον παρέχειν, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον ἔχουσιν οὐδὲ προκομίσαι δυνατοὶ καθεστήκασιν. εἰ γὰρ τοῦτον τὸν ὅρκον ἐν ὑπομνήμασι παράσχοιεν, αὐτοὺς οὐ χρὴ περαιτέρω πολυπραγμονεῖσθαι. οὐδεὶς δὲ ὑπερβήσεται τὸ μέτρον τῆς ἡμετέρας διατάξεως προφάσει σπορτούλων ἢ δικαστικῶν δαπανημάτων, τὴν ποινὴν εὐλαβούμενος τὴν ἐπικειμένην τοῖς τὰ τοιαῦτα πράττουσιν.

CAPUT VIII.

Ἐπεὶ δὲ ἀρχόμενοι τῶν δεήσεων ᾔτησαν, ὥστε καὶ τὴν σὴν ὑπεροχὴν προνοεῖν αὐτῶν καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν ὑποθέσεων τῶν ἐπαγομένων αὐτοῖς, καὶ εἴ τινας ἐνόχους ἔχουσιν ἢ ἕτεροι [πρὸς] αὐτούς, τούτων ἀκούειν κατὰ τὸ τοῦ ἰδικοῦ δικαστοῦ σχῆμα, διὰ τὴν περὶ τοὺς νόμους ἀκρίβειαν καὶ τὴν τοῦ δικαίου τήρησιν καὶ τὸ τρόπους ἐξευρίσκειν ῥᾳδίως, δι' ὧν ἔξεστι καὶ τὰ σφόδρα δοκοῦντα δύσκολά τε καὶ ἑτέροις οὐκ ἐφικτὰ διαλύειν, θεσπίζομεν, κατὰ τὰ παρ' ἡμῶν θεσπισθέντα καὶ ἀκροᾶσθαι αὐτῶν κατὰ τὸ τοῦ ἰδικοῦ δικαστοῦ σχῆμα, ἐναγόντων τε καὶ ἐναγομένων, καὶ τὰ παρῳχηκότα διαθεῖναι κατὰ τόνδε τὸν νόμον, καὶ καθάπερ ἂν ὀρθῶς ἔχειν συνίδοις, καὶ τοῦ μέλλοντος προνοεῖν, ὥστε νενομισμένην τινὰ καὶ πρέπουσαν βοήθειαν παρ' ἡμῶν αὐτοῖς ἐπιδοθῆναι. δεῖ γὰρ τοὺς ἐνόχους γινομένους ὑπὲρ ἁπάντων καὶ χρησίμους ἑκάστῳ φαίνεσθαι σπεύδοντας καὶ ἐξαιρέτου τινὸς ἀπολαῦσαι βοηθείας. πάντων δηλαδὴ τῶν τε νῦν τῶν τε πρώην πεπορισμένων αὐτοῖς ἢ ἐξ ἡμετέρων νόμων ἢ ἐκ θείων πραγματικῶν τυπων, ἀκεραίων φυλαττομένων, καὶ χώραν ἐχόντων ἐπί τε τῶν προγεγενημένων φάκτων ἐπί τε τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα νόμου ἥ τε σὴ ἐνδοξότης καὶ πᾶς δικαστὴς ἕτερος τῆς ἡμετέρας πολιτείας βέβαια φυλαξάτω.

Ι

ΠΕΡΙ ΤΑΞΕΩΤΩΝ.

⟨Προοίμιον.⟩ Τὴν τῶν ἐπιχωρίων ταξεωτῶν ἐπιβουλήν, ἣν περὶ τὸ δημόσιον ἔχουσιν, ἐξ αὐτῶν πολλάκις ἔγνωμεν τῶν πραγμάτων.

CAPUT I.

*Ἐπειδὴ τοίνυν ἐδιδάχθημεν καὶ τοῦτο ἓν εἶναι τῆς αὐτῶν θρασύτητος, τὸ τὰ δημόσια μὲν ἐν χερσὶ λαμβάνειν, ἔσω δὲ τῶν ἱερῶν χωρίων ἑαυτοὺς κατακρύπτειν καὶ οἴεσθαι ταύτῃ διαδιδράσκειν τὰς ἐφ' αἷς εὐθυνθῆναι δίκαιοι καθεστᾶσι ποινάς, θεσπίζομεν * * * τὴν σὴν ὑπεροχήν (τοῦτο ὅπερ δὴ καὶ τοῖς θεοφι-*

Edictum X Graece tantum extat in M.

---

adversus mulieres fieri coegerint, hunc secundum legem ex iis sentiant, ita ut nullo prorsus damno, qui protulerint, ex prolatione affici concedantur. Sin autem antisyngraphas ad aliquos confessiones vel liberationes vel quaelibet pacta exposuerint aut etiam posthac exponant, et quae apud ipsos manserunt variis modis perierint, eos qui antisyngrapha habent, ea proferre aut iusiurandum dare se nihil eiusmodi habere aut proferre posse. Si enim hoc iusiurandum apud acta praestiterint, non ulterius eos molestia affici oportet. Nemo vero excedet nostrae constitutionis modum sub praetextu sportularum vel iudicialium expensarum, poenam veritus, quae talia committentibus imminet.

VIII. *Quoniam vero in precum exordio petierunt, ut etiam tua excellentia sibi provideat et lites ipsis illatas audiat, et si quos obligatos habeant aut alii ipsos, his sub forma specialis iudicis audientiam praebeat, propter subtilem legum cognitionem et iusti observationem et facilem rationum inventionem, quibus quae valde difficilia videntur et ab aliis non inveniuntur dissolvi queant, sancimus, ut secundum ea, quae a nobis constituta sunt, et audias eos sive actores sunt sive rei in specialis iudicis modum, et praeterita secundum hanc legem componas, et quemadmodum aequum tibi videbitur, etiam futuris curam adhibeas, ut legitimum quoddam ac conveniens a nobis eis tribuatur auxilium. Aequum est enim eos, qui pro omnibus se obstringunt omnibusque utiles se exhibere student, etiam eximio aliquo frui auxilio; omnibus videlicet, quae et hoc tempore et olim aut nostris legibus aut sacris pragmaticis formis concessa iis sunt, incolumibus servatis, et in iis, quae antea facta sunt et quae posthac fient, locum habentibus.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt ac per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, et gloria tua et quilibet alius reipublicae nostrae iudex firma conservet.

X.

DE COHORTALIBUS.

Praefatio. Provincialium cohortalium dolum, quem circa fiscum habent, ex ipsis saepe rebus cognovimus.

I. *Quoniam igitur etiam hoc unum ipsorum audaciae caput esse edocti sumus, quod fiscalia quidem in manus accipiunt, sed intra sacra loca se occultant et videntur sibi hac ratione poenas, quibus digni sunt qui castigentur, effugere, sancimus, (id quod etiam dei amantissimis provinciarum episcopis scripsi-*

---

1 *λαβῆναι M* ‖ 5 *οὔτε M, correxi* ‖ 6 *διατάξεως*] *Cod.* 3, 2, 5 ‖ 9 *πρὸς del. Agylaeus* ‖ 12 *θεσπίζομέν σε Zachariae, fort. pro αὐτῶν αὐτὴν legendum* ‖ 16 *νῦν τῶν Agylaeus*] *ναυτῶν M* ‖ 20 *data est const. certe ante Triboniani mortem* (*a.* 545); *recentiorem const. CXXXVI* (*k. April. a.* 536) *putat Zachariae, quod tum ad comitem sacrarum largitionum pertinuerint argentariorum causae. Quod parum certum esse vides ex ed. VII c.* 6 ‖ 23 *ταξεωτῶν Agylaeus*] *βουλειτῶν M* ‖ 26 *malim ὑφ' αἷς* ‖ *excidisse putaverim aliquid eiusmodi: τῷδε τῷ θείῳ τύπῳ χρώμενοι πρὸς. Post ὑπεροχὴν supplet Zachariae προστάξεσι χρῆσθαι κατὰ.*

*λεστάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἐπισκόποις ἐγράψαμεν), ὥστε εἴ τινες αὐτῶν προσφύγοιεν εἰς τοὺς θείους περιβόλους, ἄδειαν εἶναι τῇ σῇ ὑπεροχῇ τούτους προστάττειν ἔξω γίνεσθαι τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης εἶναί τε ἐν ᾧπερ ἂν βουληθείης τόπῳ. τούτου δὲ προσταχθέντος ἀνάγκην ἔχειν τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἔξω καθιστᾶν αὐτοὺς τῶν ἱερῶν χωρίων, τὸν καλούμενον λαμβάνοντας λόγον, ὅτιπερ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, ἐν οἷς ἀπελθεῖν * * * * αὐτοὺς τοὺς δημοσιεύοντας ἄγειν ἐπὶ τοὺς εἰρημένους τόπους χωρὶς τῆς οἱασοῦν δυσκολίας. κατὰ τοῦτο τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ ταῖς κατὰ τῶν ταξεωτῶν χρήσθω προστάξεσι. κἀκεῖνο γὰρ ἠπείληται τοῖς τε θεοφιλεστάτοις ⟨ἐπισκόποις καὶ τοῖς⟩ αὐτῶν κληρικοῖς, ὡς εἴπερ μὴ βουληθεῖεν αὐτοὺς μετὰ τοῦ καλουμένου λόγου τῆς ἐπαρχίας ἐκβαλεῖν καὶ εἰς τοὺς τόπους, εἰς οὓς ἀπεστάλησαν, ἄγειν μετὰ τῆς τοῦ λόγου πίστεως, ὡς ἐν τῷ ἴσῳ τῶν ἱερῶν χωρίων ἐκεῖσε διατρίβειν, οἴκοθεν, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πόρων, οὗτοι τὸ ἀζήμιον τοῖς δημοσίοις περιποιήσουσιν, οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ περὶ τὴν ἱερωσύνην ἐξῃρημένοι κινδύνου.*

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα νόμου ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat.......

ΙΑ

ΩΣΤΕ ΜΗΔΕΜΙΑΝ ΑΔΕΙΑΝ ΕΧΕΙΝ ΤΟΥΣ ΠΑΡ' ΑΙΓΥΠΤΙΟΙΣ ΖΥΓΟΣΤΑΤΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΧΡΥΣΩΝΑΣ ΤΟΥ ΛΟΙΠΟΥ ΥΠΕΡ ΟΒΡΥΖΗΣ ΤΙ ΑΠΑΙΤΕΙΝ, ΑΛΛΑ ΚΑΘ' ΟΜΟΙΟΤΗΤΑ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΤΑΥΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΤΟ ΧΑΡΑΤΤΟΜΕΝΟΝ ΕΚΕΙΣΕ ΧΡΥΣΙΟΝ ΓΙΝΕΣΘΑΙ, ΤΑΣ ΔΕ ΣΦΡΑΓΙΔΑΣ ΕΝΤΙΘΕΝΑΙ ΑΥΤΟΥΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΣΩΖΟΜΕΝΟΝ ΕΝ ΤΩΙ ΧΑΡΑΓΜΑΤΙ ΣΤΑΘΜΟΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν ἱερῶν praetori*ων τὸ δεύτερον καὶ ἀπὸ κομήτων τῶν θείων λαργιτιόνων τὸ δεύτερον καὶ ἀπὸ ὑπάτων.*

⟨Προοίμιον.⟩ Τὴν παρ' Αἰγυπτίοις λεγομένην ὄβρυζαν τοῖς ἄνωθεν μὲν χρόνοις οὐκ ἐγνωσμένην, ὀλίγῳ δὲ πρόσω ἐναρξαμένην τοῖς ἐπ' Αἰγύπτου συναλλάγμασιν ἐνοχλεῖν καὶ εἰς τοσοῦτον ἀτοπίας ἐκβᾶσαν, ὡς ἐννέα χρυσοῦς ἐφ' ἑκάστῃ παρέχεσθαι λίτρᾳ, πρὸς τὸ λοιπὸν ἀναστεῖλαι καὶ παῦσαι δεῖν ἡγησάμεθα, ὡς ἂν μὴ μέλλῃ καὶ τῷ δημοσίῳ λυμαίνεσθαι καὶ τοῖς τῶν ὑποτελῶν παρενοχλεῖν συναλλάγμασι, μάλιστα ὅτι καὶ τὸ πλεῖστον, ὡς ἔγνωμεν, ἐπ' αὐτῆς μόνης τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων ἐξετάσθη τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον, οὐχ οὕτω κατ' Αἴγυπτον ἢ τὰς ἄλλας πόλεις τῆς διοικήσεως ἐκείνης τῆς ἐπαρχίας πολιτευόμενον.

CAPUT I.

Θεσπίζομεν τοίνυν, κατὰ τὸ πάλαι πολιτευσάμενον, κἂν εἰ παρὰ τοὺς ἐν μέσῳ παρέφθαρται χρόνους ἐν τῷ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν ἀπολύτῳ καλουμένῳ χαράγματι, τὸ κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν πολιτεύεσθαι

Edictum XI Graece tantum extat in M.

---

mus), ut, si qui eorum in sacra saepta confugiant, venia tuae excellentiae sit iubendi hos excedere illa provincia et in quocunque velis loco esse; hoc autem imperato dei amantissimi episcopi necesse habeant illos ex sacris locis educere accepta fide quae dicitur, in illis locis, in quae discedere iussi sint tutos eos fore et debere ministros publicos ducere eos in illos locos sine ulla molestia. Hoc igitur modo excellentia tua mandatis in cohortales utatur. Nam illud quoque dei amantissimis episcopis et eorum clericis minati sumus, nisi velint eos cum fide quae dicitur ex provincia eicere et in loca, in quae missi sunt, cum fidei securitate ducere, ut aeque atque in sacris locis illic morentur, eos de suo, minime vero de ecclesiasticis reditibus fisco indemnitatem praestaturos esse ne a sacerdotii quidem periculo exemtos.

Epilogus. Tua igitur excellentia quae nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam declarantur legem operi et effectui tradere studeat.

XI.

UT NULLAM COPIAM HABEANT PONDERATORES ET MONETARII APUD AEGYPTIOS POSTHAC QUICQUAM PRO OBRUSSA EXIGENDI, SED AD INSTAR MAGNAE HUIUS URBIS SIGNATUM ILLIC AURUM FIAT, SIGNA VERO ILLI IMPONANT SECUNDUM PONDUS IN SIGNATO SERVATUM.

Idem Imperator Petro gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum et comiti sacrarum largitionum iterum et exconsuli.

Praefatio. Obrussam quae apud Aegyptios dicitur prioribus quidem temporibus incognitam, paulo autem ante contractus in Aegypto turbare exorsam et ad tantam impudentiam progressam, ut in unamquamque libram novem aurei dentur, in posterum reprimere ac tollere oportere putavimus, ne et rempublicam laedat et subditorum contractibus molesta sit, praesertim cum maxime huius rei absurditas, ut cognovimus, in ipsa sola Alexandria consederit, neque similiter per Aegyptum aut illius provinciae alias civitates in usum pervenerit.

I. *Sancimus igitur, secundum antiquam consuetudinem, etsi per medium tempus in signatura Alexandrinorum absoluta quae dicitur corrupta est, in Aegyptiaca dioecesi aurum administrari, ita ut*

---

1 *edictum ad episcopos missum non servatur* ‖ 5 *ita fere suppleverim:* ἀπελθεῖν ⟨αὐτοὺς ἐκέλευσας, ἀσφαλῶς διατρίψουσι καὶ ὅτι δεῖ⟩ αὐτούς. *Similiter Zachariae ceteri* ‖ 7 *supplementum est Agylaei* ‖ 9 ὡς ἐν *Kroll*] καὶ *M*, καὶ τοῦ ἐν ἴσῳ *Zachariae* ‖ 12 *subscr. praeter* dat. *om. M. Ob prooemii brevitatem et epilogi formam anno* 535 *priorem esse legem existimat Zachariae* ‖ 19 ἱερῶν $\overline{\text{ρο}}$ τὸ β' *M* ‖ 20 τὸ β' *M* ‖ 23 πρὸς τὸν τολοιπὸν *M* ‖ 24 μέλλοι *M* ‖ 26 ἐκεῖνο *M*ᵃ ‖ 28 πολιτεῖσθαι *M*

1 *χρυσίον, οὐ δυναμένου τινὸς ὑπὲρ τῆς κακῶς ἐπινενοημένης ὀβρύζης ἀπαίτησιν ποιεῖσθαί τινα. Ἀλλὰ καὶ τὸ κατ' Αἴγυπτον πολιτευόμενον χρυσίον οὕτως ἐν τοῖς συναλλάγμασι συλλογίζεσθαι, ὡς τὸ κατὰ ταύτην τὴν μεγάλην χαραττόμενον πόλιν, παραφυλαττομένου τούτου κινδύνῳ τοῦ τε κατὰ καιρὸν παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν αὐγουσταλίου καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ τάξεων.*

CAPUT II.

Ἐπειδὴ δὲ κεφάλαιον τοῦ κακουργήματος οἵ τε ζυγοστάται καὶ οἱ χρυσῶνες τυγχάνουσιν, ἐπετρέψαμεν τῷ νῦν ἐκείνας ἔχοντι τὰς ἀρχὰς ὑπὸ τὴν προσήκουσαν αὐτοὺς ἀσφάλειαν καταστήσασθαι, ὡς δι' ἀπολύτου χαράγματος ὑπουργήσωσι τοῖς συναλλάγμασι, καὶ εἴ γε καὶ σφραγίσαι δέοι ποτέ, τοσοῦτον ἐπιγράψωσι μόνον, ὅσον ταῖς ἀληθείαις ἐστὶν ὁ τοῦ ταῖς σφραγῖσιν ἐμβληθέντος χρυσίου σταθμός, οὐ δυναμένους πλέον τοῦ ταῖς ἀληθείαις ἐμβεβλημένου σταθμοῦ ταῖς σφραγῖσιν ἐγγράφειν κατὰ τοῦτο δὴ τὸ κακῶς ἄχρι τοῦδε πολιτευσάμενον. εἰ γάρ τι τοιοῦτο τολμήσουσι, καὶ δημοσίας αὐτῶν τὰς οὐσίας ποιοῦμεν καὶ ταῖς εἰς σῶμα ποιναῖς ὑποτίθεμεν, ὡς μηδὲ κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν τῆς συνήθους αὐτοῖς κακουργίας ἐκστάντας. ἀλλὰ καὶ ἀνάγκην ἕξουσι πᾶσαν χορηγεῖν χρυσίον τοῦτο μὲν τῷ τε παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν αὐγουσταλίῳ καὶ τοῖς κατὰ καιρὸν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ ταῖς συνειθισμέναις ἐκπομπαῖς, τοῦτο δὲ τῷ τε νῦν ⟨καὶ τῷ⟩ κατὰ καιρὸν ἀλαβάρχῃ τῷ τε πραιποσίτῳ τῶν θείων ἡμῶν θησαυρῶν, οὐδὲν διάφορον ὑπὲρ ὀβρύζης παντελῶς κομιζόμενοι.

CAPUT III.

Οὕτω δὲ αὐτὸν ἐπετρέψαμεν τοῦ πράγματος προνοεῖν καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν τὴν ἀρχὴν παραληψομένους καὶ τὰς πειθομένας αὐτοῖς τάξεις, ὡς εἰδότας, ὅτιπερ εἴ τι φανεῖεν ὑπὲρ ὀβρύζης ἀπαιτηθέντες ἢ οἱ τῶν θείων ἡμῶν προεστῶτες ἀλαβαρχιῶν ἢ ὁ τῶν θείων ἡμῶν λαργιτιόνων πραιπόσιτος, οἴκοθεν καταθήσουσι, τοῦτο μὲν ἐκ τῶν χορηγουμένων αὐτοῖς τε καὶ τάξεσιν ἀννόνων, τοῦτο δὲ τῶν οὐσῶν αὐτοῖς περιουσιῶν, οὐ μόνον ἐφ' ὅσον ἔχονται τῶν ἀρχῶν, ἀλλὰ κἂν εἰ ταύτας καταθέμενοι τύχωσι, καὶ εἴτε γράψαντες ὁμολογίας τούτου τοῦ μέρους ἀντελάβοντο τῆς ἀρχῆς εἴτε καὶ τοιοῦτο μηδὲν ὡμολογηκότες, ἐπεί γε μάλιστα μηδὲ
1 *ἀρχαῖον τὸ τῆς ὀβρύζης ἐστίν, ἀλλ' ἐκ νεωτέρων ἀρξάμενον χρόνων. Καὶ τοῖς ἄλλοις δέ, ὅσοι τὰς ἐμπορίας ποιοῦνται καὶ μέχρι νῦν λαμβάνειν τι διάφορον εἰθίσθησαν, προαγορεύσεις ὁμοίως, ὡς εἴ τι φανεῖεν ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ὑπὲρ ὀβρύζης λαμβάνοντες ἢ ὑπολογιζόμενοι, καὶ οὐσίας ἔκπτωσιν καὶ τὰς εἰς σῶμα ποινὰς ὑποστήσονται. πρᾶγμα ⟨γὰρ⟩ κακῶς ἀρξάμενον, εἰς τοσοῦτον δὲ προελθὸν καὶ ὅλῳ τῷ πολιτεύματι λυμαινόμενον ἀνασταλῆναι πρὸς τὸν ἔπειτα χρόνον διὰ τοῦ παρόντος ἡμῶν κελεύομεν νόμου καὶ μὴ παρενοχλεῖν λοιπὸν τοῖς συναλλάγμασιν, ἀλλ' οὕτως αὐτὸ παραφυλαχθῆναι κινδύνῳ τοῦ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν αὐγουσταλίου καὶ τῶν κατὰ καιρὸν τὴν αὐτὴν διοικησόντων ἀρχὴν καὶ τάξεων ἑκατέρων, ὥστε καὶ αὐτὴν αὐτοῦ τὴν μνήμην ἀναιρεθῆναι καὶ ζημίας τοσαύτης ἐλεύθερα εἶναι τὰ κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν συναλλάγματα.*

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοθῆναι καὶ παραφυλαχθῆναι προσταξάτω. Dat. VI. kal. Ian. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXXIII. post Basilii vc. cons. anno XVIII. [*a.* 559.]

---

1 *nemo possit pro obrussa male excogitata quicquam exigere. Sed etiam aurum per Aegyptum usitatum sic in contractibus computari, ut illud quod in hac magna signatur urbe; observato hoc periculo eius qui quoque tempore praefectus est apud Alexandrinos augustalis et quae ei parent cohortium.*

II. *Quoniam vero caput fraudis tam ponderatores quam monetarii sunt, iniunximus illi, qui illos magistratus nunc sub dispositione habet, ut sub iusta cautione eos constituat; ut per absolutam signaturam contractibus inserviant et, si quando etiam signare oporteat, tantum inscribant, quantum revera est auri formis iniecti pondus, nec liceat eis e more perperam hactenus servato plus inscribere quam revera auri formis iniecti pondus sit. Si quid enim tale ausi fuerint, et bona eorum publicamus et corporis poenis eos subicimus, quippe qui ne post nostrum quidem mandatum de familiari ipsis improbitate destiterint. Sed etiam prorsus necesse habebunt aurum inferre, tum praefecto apud Alexandrinos augustali et qui quoque tempore eum magistratum gerunt in consuetis emissionibus, tum alabarchae et qui nunc est et qui quoque tempore futurus est, et sacrorum nostrorum thesaurorum praeposito, nullo prorsus pro obrussa accepto lucro.*

III. *Ita autem eum iussimus hanc rem curare eosque, qui post eum magistratum suscepturi sunt, et cohortes iis parentes, ut sciant, si pro obrussa aut a sacrarum nostrarum alabarchiarum praefectis aut a sacrarum nostrarum largitionum praeposito quicquam ipsos exegisse manifestum fiat, de suis se id pensuros esse, tam ex deputatis ipsis et cohortibus annonis, quam ex facultatibus suis, non solum donec in magistratu fuerint, verum etiam postquam eum deposuerint, et sive confessionibus scriptis hanc magistratus partem susceperint sive etiam nihil eiusmodi pacti sint, cum praesertim ne vetusta quidem sit*
1 *obrussa, sed a recentioribus exorsa temporibus. Sed etiam ceteris, quicunque mercaturas faciunt et hactenus lucri aliquid capere consueverunt, denuntiabis similiter, si quid in contractibus pro obrussa accipere aut in rationem inducere comperiantur, et bonorum publicationem et corporis poenas se subituros esse. Rem enim male coeptam, in tantum vero progressam et universae reipublicae nocentem aboleri in posterum praesenti nostra lege iubemus, nec posthac contractus turbare, sed ita hoc observari periculo praefecti apud Alexandrinos augustalis eorumque qui quoque tempore eundem magistratum gesturi sunt et utriusque cohortis, ut vel ipsa eius memoria extinguatur et tanto damno contractus in Aegyptiaca dioecesi liberi sint.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram declarantur legem, gloria tua operi effectuique tradi et observari iubeto.

---

8 *δυναμένους Zachariae*] *δυναμένου M* ‖ 11 *αὐτοῖς*] *αὐτῆς M* ‖ 12 *νῦν post τῷ τε add. Zachariae* ‖ 13 *καὶ τῷ add. Kroll, ἢ Zachariae* ‖ 14 *πρεποσίτω M* ‖ 17 *αραβαρχίων* (sic) *M* (*antea casu lac.* 2—3 *litt.*) ‖ 18 *ταῖς post καὶ et ἐκ post δὲ add. Zachariae* ‖ 21 *νεοτέρων M* ‖ 22 *εἰθίσθησαν Kroll*] *εἴθισαν M* ‖ 24 *γὰρ add. Zachariae* ‖ 25 *ὑμῶν M* ‖ 27 *διοικησάντων M* ‖ 31 *subscr.* d. VI. k. iannuar. *M* ‖ iust. M ‖ 32 XXXIII *Spangenberg*] XVII *M* ‖ basiliu *M* ‖ conss. *M.*

ΙΒ

ΠΕΡΙ ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΟΥ.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Ἐδιδάχθη τὸ ἡμέτερον κράτος Ἰωάννην σκρινιάριον ⟨πεμφθῆναι⟩ κατὰ τὴν Ἑλλήσποντον ὡς δὴ τύπους τινὰς ἐγκεχειρισμένον προφάσει λογοθεσίων πολιτικῶν πόρων ἤτοι τῶν καλουμένων σολεμνίων, καὶ ὡς ἐν τῇ χώρᾳ γενόμενος οὐδενὸς ἀπέσχετο παντελῶς τῶν εἰς ἁρπαγὴν ἐσχάτην ἡκόντων, τάς τε πόλεις λῃϊσάμενος καὶ ἐπανελθὼν εἰς ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν αὐτὸς μὲν χρυσίου μεστός, τῇ δὲ Ἑλλησποντίων χώρᾳ πᾶσαν ἀπολιπὼν πενίαν. τὰ μὲν οὖν κατ᾽ ἐκεῖνον ὁποῖον προσήκει διατεθῆναι τρόπον καὶ θεραπευθῆναι τοὺς ἠδικημένους διώρισται παρ᾽ ἡμῶν.*

CAPUT I.

Ἐπειδὴ δὲ ᾠήθημεν χρῆναι διὰ τὴν τῶν τὰ τοιαῦτα ἐγχειριζομένων ἀπληστίαν τύπῳ γενικῷ τὸ πᾶν θεραπεῦσαι, θεσπίζομεν, εἴ τις γένηται κατὰ τὴν χώραν προφάσει τοιαύτης τινὸς ζητήσεως ἢ ἐπὶ τῆς Ἑλλησποντίων ἢ ἐφ᾽ ἑτέρας οἱασδήποτε χώρας, εἰ μὲν ἀρχικὴν ἔχοι πρόσταξιν, μηδένα παντελῶς αὐτῷ προσέχειν, ἀλλ᾽ ἀκινδύνως ἀποσείεσθαι τὸν ἐκβιβασμὸν τὸν παρ᾽ αὐτοῦ, εἰ δὲ μετὰ θείου πραγματικοῦ γένηται τύπου, εἰ μὲν κομμονιτόριον εἴη τὸ δεικνύμενον ἢ γράμματα περὶ τούτου γενόμενα, μηδὲ τούτοις προσέχειν, οἷα κατὰ συναρπαγὴν καὶ παρὰ γνώμην ἡμετέραν προελθοῦσιν· εἰ δὲ πραγματικὸς εἴη τὸ δεικνύμενον τύπος, μηδὲ οὕτως ἐξ αὐτοῦ τι πράττεσθαι προχείρως, τὸν δὲ τοιοῦτον πραγματικὸν τύπον λαμβάνειν καὶ μηνύειν τὸν τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενον εἰς ἡμᾶς τὰ περὶ τούτου καὶ ἀναμένειν ἡμῶν δευτέραν κέλευσιν· ὥστε εἰ μὲν ἐπιγνοίημεν αὐτὸν καὶ τὸν ἐγχειρισθέντα τὸν τοιοῦτον τύπον, δεύτερον ἡμῶν γίνεσθαι πραγματικὸν τύπον ἐπιτρέποντα γενέσθαι τὴν ζήτησιν, εἰ δὲ ἀποδοκιμάσαιμεν ἢ τὸ πρᾶγμα ἢ τὸ πρόσωπον, μηδὲν ἐντεῦθεν γίνεσθαι, ἀλλ᾽ ἀναπέμπεσθαι τὸν θεῖον τύπον παρὰ τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος γινώσκοντος, ὡς εἰ ῥαθυμήσειε τούτου καί τις ἐπιστῇ τοῖς ὑπηκόοις τοῖς ἡμετέροις ἐντεῦθεν ζημία, ταύτην αὐτὸς οἴκοθεν ἐπιγνώσεται.

CAPUT II.

Ἄδειαν δὲ δίδομεν καὶ τοῖς ἐπισκόποις, εἰ ῥαθυμήσειεν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος καὶ μὴ τὸν πραγματικὸν ἐπισχοίη τύπον, ἀλλ᾽ ἐνδοίη τῷ τοῦτον μεταχειριζομένῳ, αὐτοὺς ταῦτα μηνύειν εἰς ἡμᾶς, ⟨οἳ⟩ εἴ γε ταῦτα μάθοιμεν, ὡς κοινωνὸν τῆς αἰτίας καταστάντα καὶ τῆς ἀρχῆς παραλύσομεν καὶ τῆς ζώνης αὐτὸν καὶ τῆς οὐσίας στερήσομεν, καὶ τοῖς καθ᾽ οἱανοῦν ἠδικημένοις αἰτίαν τὸ ἀβλαβὲς περιποιήσομεν.

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν* [*καὶ*] *διὰ τοῦ παρόντος θείου πραγματικοῦ μανθάνουσα τύπου ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω* Dat. XV. kal. Sept. CP. Belisario vc. cons. [*a.* 535.]

Edictum XII Graece tantum extat in M.

XII.

DE HELLESPONTO.

Praefatio. Edocta est nostra potentia Iohannem scriniarium in Hellespontum missum esse, quod ei formae commissae essent ob ratiocinia civilium redituum aut sollemnium quae vocantur, et cum in provinciam venisset, a nulla prorsus earum rerum, quae ad extremas accedunt rapinas, abstinuisse, civitates spoliantem et reversum in felicem hanc urbem ipsum quidem auro repletum, Hellespontiorum vero regioni summa paupertate relicta. Et de illo quidem quid debeat fieri quove modo damnum restitui affectis, a nobis definitum est.

I. *Quoniam vero propter eorum, quibus talia demandantur, avaritiam putavimus oportere generali forma universae rei mederi, sancimus, ut, si quis eiusmodi quaestionis causa in provinciam, sive Hellespontiorum sive aliam quamlibet veniat, si quidem praesidis mandatum habeat, nemo prorsus ei obtemperet, sed sine periculo exactionem eius excutiat, sin autem cum sacra pragmatica forma venerit, si quidem quod profert commonitorium sit aut litterae de hoc conceptae, ne iis quidem obtemperetur, quippe quae per furtum et contra nostram voluntatem prodierint, sin autem quod ostenditur pragmatica forma sit, ne sic quidem ab eo festinanter quicquam agatur, sed talem pragmaticam formam provinciae praeses accipiat et de ea ad nos referat et alterum nostrum mandatum exspectet, ut si eam eumque cui talis forma commissa est agnoscamus, altera nostra procedat pragmatica forma quaestionem fieri praecipiens, sin autem aut rem aut personam reiciamus, nihil inde fiat, sed sacra forma a provinciae praeside remittatur sciente, si hanc rem neglexerit indeque damnum aliquod subditis nostris obvenerit, fore ut hoc ipse de suo resarciat.*

II. *Permittimus vero etiam episcopis ut, si provinciae praeses negligens sit et pragmaticam formam non inhibeat, sed ei, qui illam producit, morem gerat, ipsi eam rem nobis denuntient, qui si hoc didicerimus, eum tamquam criminis socium et de magistratu deiciemus et cingulo eum atque substantia privabimus et eis, qui qualibet in re iniuriam passi sunt, indemnitatem praestabimus.*

Epilogus. Tua igitur sublimitas quae nobis placuerunt et praesenti sacra declarantur pragmatica forma cognoscens operi et effectui tradere studeat.

---

2 *ad Iohannem praef. praet. missa est forma* ‖ 3 *ὑμέτερον M* ‖ *πεμφθῆναι addidi* (*γενέσθαι Zachariae*) ‖ 7 *διατεθεῖναι M* ‖ 17 *γενέσθαι cum Scrimgero vulg.* ‖ 22 *οἳ addidi* ‖ 24 *περιποιήσωμεν M* ‖ 25 *καὶ del. Skutsch*; *δηλούμενα pro μανθάνουσα* (*quod post θείου ponebat vulg.*) *maluerat Beck* ‖ 26 *subscr. δι.* XV. k. *M* ‖ bilisario vc. conss. *M*

ΙΓ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΩΝ ΕΠΑΡΧΙΩΝ.

⟨Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς⟩ Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

⟨Προοίμιον.⟩ Εἰ καὶ τὰ σμικρότατα τῶν πραγμάτων τῆς ἑαυτῶν ἀξιοῦμεν προνοίας, πολλῷ μᾶλλον τὰ μέγιστά τε καὶ συνέχοντα τὴν ἡμετέραν πολιτείαν οὐκ ἐγκαταλείψομεν οὐδὲ ἀπρονόητα οὐδὲ τοῦ προσήκοντος χηρεύοντα κόσμου ἐάσομεν, καὶ μάλιστα τῆς σῆς ἡμῖν ὑπουργούσης ὑπεροχῆς, ᾗπερ μέλει τῆς τε ἡμετέρας διὰ πάντων θεραπείας τῆς τε αὐξήσεως τῶν δημοσίων τῆς τε τῶν ὑποτελῶν τῶν ἡμετέρων φροντίδος. ἐννοήσαντες τοίνυν, ὡς ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν χρόνων, εἰ καὶ τὰ ἄλλα τῶν δημοσίων εἰσπράξεων ἐδόκει πως τετάχθαι, ἀλλ' οὖν κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν οὕτως ἦν συγκεχυμένα, ὥστε μηδὲ ὅ τι πράττεται κατὰ χώραν ἐνταῦθα γινώσκεσθαι, [καὶ] ἐθαυμάσαμεν τὴν μέχρι νῦν τοῦ πράγματος ἀταξίαν· ἀλλ ἔδωκεν ὁ θεὸς καὶ τοῦτο τοῖς ἡμετέροις φυλαχθῆναι καιροῖς καὶ ταῖς σαῖς ὑπουργίαις. ὥσπερ γὰρ ἡμῖν τὸν σῖτον τὸν ἐκεῖθεν προσρίπτοντες, οὕτως οὐδὲν ἕτερον ἠξίουν εἰσφέρειν· ἀλλ' οἱ μὲν συντελεῖς καθάπαξ ἰσχυρίζοντο πάντα εἰς ὁλόκληρον ἀπαιτεῖσθαι, οἱ παγάρχαι δὲ καὶ οἱ πολιτευόμενοι καὶ οἱ πράκτορες τῶν δημοσίων καὶ διαφερόντως ⟨οἱ⟩ κατὰ καιρὸν ἄρχοντες οὕτω τὸ πρᾶγμα μέχρι νῦν διετίθεσαν, ὡς μηδενὶ δύνασθαι γενέσθαι γνώριμον, αὐτοῖς δὲ μόνοις ἐπικερδές. ἐπειδὴ τοίνυν, εἴπερ καταλίποιμεν ἐν ὁμάδι τὸ πρᾶγμα διοικούμενον, οὐκ ἂν ποτε ἰσχύσαιμεν αὐτὸ διακαθᾶραι καὶ τάξαι προσηκόντως, διὰ τοῦτο συνείδομεν τὴν ἀρχήν, ἥπερ ἐφέστηκεν τοῖς Αἰγύπτου πράγμασι (φαμὲν δὲ τὴν τῶν αὐγουσταλίων), μετριωτέραις ἐπιστῆσαι φροντίσιν. οὐ γὰρ ἂν δύναιτο ῥαδίως εἷς ἀνθρώπου νοῦς τοσαύταις ἀρκέσαι μερίμναις καὶ τὸ πρᾶγμα οὕτως διαθεῖναι, ὥστε αἴσθησιν ἡμῖν ἀγαθὴν ἐν αὐτῷ καταστῆσαι.

CAPUT I.

Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν τόνδε ἡμῶν τὸν ἐπὶ τούτῳ νόμον παραλαμβάνουσαν οὕτως αὐτὸν διαθεῖναι, ὡς ἄξιόν ἐστιν ἡμᾶς μὲν θεσπίσαι, τὴν δὲ σὴν ὑπεροχὴν ὑπουργῆσαι. τέως οὖν τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον βουλόμεθα αὐτῆς τε Ἀλεξανδρείας ἄρχειν καὶ ἁπάντων τῶν κατ' αὐτὴν φροντίζειν, καὶ πρός γε δύο Αἰγύπτων καὶ μόνων, ἐξῃρημένου τοῦ λεγομένου Μενελαΐτου τῆς πόλεως ἥτις ἐστὶ
1 *πρώτης Αἰγύπτου, καὶ πρός γε τοῦ Μαρεώτου· ἐπ' ἐκείνοις γὰρ τὰ εἰκότα διατυπώσομεν. βουλόμεθα δὲ αὐτὸν ὡς εἴρηται μὴ μόνης Ἀλεξανδρείας, ἀλλὰ καὶ τῶν δύο Αἰγύπτων (μετὰ τὴν εἰρημένην ἐξαίρεσιν τοῦ τε Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου) ἄρχοντα καθεστάναι, ὥστε τὸν ἄρχοντα τὸν ἐπιχώριον τῶν εἰρημένων δύο ἐπαρχιῶν ἐπ' αὐτῷ τετάχθαι καὶ μόνῳ, καθάπερ καὶ μέχρι νῦν σχήματος ἔχει. ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον διὰ τὸ τῆς εἰρημένης μεγίστης πόλεως πολυάνθρωπον ἔχειν τὰ δίκαια καὶ τῆς*

Edictum XIII (numerum om. M in textu, habet ind. M) Graece tantum extat in M.

XIII.

DE URBE ALEXANDRINORUM ET AEGYPTIACIS PROVINCIIS.

Idem imperator Ioanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio.

Praefatio. Si vel minimas res nostra cura dignas iudicamus, multo magis maximas et quae nostram rempublicam continent non derelinquemus neque neglectas aut conveniente ordine viduas sinemus, praesertim cum tua sublimitas nobis inserviat, cui cordi est et nostra per omnia salus et incrementum publicorum redituum et subditorum nostrorum cura. Considerantes igitur superioribus temporibus, licet ceterae publicorum exactiones quodammodo ordinatae esse viderentur, tamen in Aegyptiaca dioecesi rem ita fuisse confusam, ut ne notum quidem esset hic quid in provincia ageretur, mirati sumus eius rei inordinatum hactenus statum; sed deus etiam hoc temporibus nostris tuoque ministerio reservari concessit. Nam quod frumentum inde nobis proicerent, nihil aliud contribuere volebant; sed collatores omnia omnino a se exigi simul omnes affirmabant, pagarchae vero et curiales et publicorum exactores et inprimis qui quoque tempore praefecti erant rem hactenus ita tractarunt, ut nemini posset esse perspicua, ipsis autem solis lucrosa. Quoniam igitur, si rem sine ordine administratam relinqueremus, nunquam eam possemus castigare et iuste componere, ideo constituimus administrationem quae Aegypti rebus praeest (Augustalem dicimus) minoribus curis praeficere. Neque enim facile unius hominis mens tot curis sufficere potest et rem ita disponere, ut bonam eius notitiam nobis praestet.

I. Propterea igitur sancimus sublimitatem tuam hancce nostram de ea re legem accipientem sic ea uti, ut dignum est et nos sancire et tuam sublimitatem obsequi. Nunc igitur spectabilem Augustalem ipsam Alexandriam regere et omnium quae ad eam pertinent curam habere volumus et insuper duas Aegyptos solas, exempta urbe quae Menelaïtes dicitur et primae Aegypti est, et insuper Mareota: de his enim con-
1 *sentanea constituturi sumus. Volumus autem eum, ut dictum est, non solius Alexandriae, sed etiam utriusque Aegypti (post dictam exemptionem Mareotae et Menelaïtae) praefectum esse, ut iudex provincialis dictarum duarum provinciarum in eo solo gradu consistat, quem etiam hucusque obtinet. Vel quod idem est, spectabilem Augustalem propter hominum in memorata maxima urbe multitudinem habere etiam*

---

1 *Ita haec in M: ἀρχὴ συν θεῷ τοῦ πρὸς ἰωάννην τὸν ἐνδοξότατον ὕπαρχον* (correxi) *τῶν ανατολικῶν ἱερῶν πραιτωρίων: — νόμος περὶ τῶν* (corr. *Zachariae*) *ἀλεξανδρέων καὶ τῶν αἰγυπτιακῶν ἐπαρχιῶν. — Forsitan errore Iohannis nomen constitutioni praemitti statuit Zachariae; cf. ad subscr.* ‖ 6 *προσ|σήκοντος M* ‖ 10 *συνκεχυμένα M* ‖ 11 *καὶ del. Zachariae* ‖ 14 *παγάρχοι M, corr. Zachariae* ‖ 15 *οἱ add. Zachariae* ‖ 16 *αυτοῖς M* ‖ *ἐνομάδι M, ἐνομάδας cum Scrimgero vulg.* ‖ 20 *ἐπ' αὐτῷ, postea ἐν αὐτῷ Zachariae* ‖ 21 *παραλαμβάνουσιν M* ‖ 22 *αὐτὸ Zachariae* ‖ 24 *πρώτης Zachariae*] *πρὸ τῆς M* ‖ 28 *an ὑπ' αὐτῷ? cf. c. XV in.* ‖ *βουλόμεθα δὲ καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα ante ταὐτὸν inserit Zachariae*

Alexandrinorum, quantum regiones et urbes sub eo constitutae conferunt: periculum subeuntibus etiam clarissimis tribunis et omni civili et publico adiutorio, tam circa cingulum quam circa substantiam atque ipsam salutem, si opem non tulerint. Sed felicis frumenti evectionis quae huc fit usque ad decimum diem mensis Septembris cuiusque indictionis mensuram mittet et tradet in urbe Alexandrinorum eius Augustali vel his qui ab eo deputantur; quod autem nos alimoniae urbis Alexandrinorum largimur usque ad quintum decimum mensis Octobris mittet et tradet eidem spectabili Augustali vel his qui ad hoc ab eo deputantur, id quod etiam antea disposuimus. Faciet autem plenariam secundum id quod supra a nobis constitutum est.

XXVII. *Deinde, quod rem sequitur* (*naula dicimus*), *curam et omne periculum ei et provincialibus iudicibus et officiis eis parentibus facesset, ut ab urbibus et locis et personis quas in subiecta huic legi descriptione subdidimus et naulorum titulo assignavimus, colligant sine ulla imminutione et aurum inde omne exigant et naulorum susceptori dent intra praefinitum tempus nequaquam hoc egressi, ne naulorum rationem impediant, id quod rursus impedimento est felici embolae. Etenim etiam periculum eius rei ita ad eum pertinebit, ut quidquid intra statutum tempus naulorum susceptori non solverit, hoc duplum exigatur ab ipso et eius officio. Quaecunque vero ex regione a nobis ei commissa mensis sublimitatis tuae inferuntur, ea per officium sublimitatis tuae et scriniarios et tractatores dictarum provinciarum proprio eorum periculo exigi volumus e locis et urbibus et personis huic sacrae legi nostrae subiectis et planiorem reddentibus exactionis facilitatem: ei enim haec peragent et huc mittent.*

XXVIII. *Ac ne λόγον quidem asyli quisquam dabit sive qui imperium habet sive urbis episcopus sive urbis Alexandrinorum spectabilis Augustalis, nisi iussio procedat sedis tuae hoc praecipiens aut etiam ipsi tractatores et scriniarii vel qui eorum locum obtinent id petierint, eodem tamen die praefinito et eisdem condicionibus, sub quibus id fieri sedes tua praeceperit aut etiam ipsi id fieri voluerint. Nisi λόγον ea dent condicione, ut intra certos dies e sanctis locis egressi provideant, ut omnibus modis publico debitum exsolvant vel satis ei faciant, quemadmodum hoc accipere scriniarii tribunalis tui huius rei periculum sustinentes voluerint. Λόγον enim praeter haec datum ne esse quidem λόγον volumus, sed omnino exactionem sustinere etiam intra sancta loca eum qui temere huiusmodi λόγον acceperit, et insuper eum qui hunc praebuerit obnoxium esse exactionibus et conventionibus inde oriundis, et heredes eius et successores et substantiam. Quodsi quis dei amantissimorum episcoporum praeter ea quae dixi-*

---

1 *αἱ add. Zachariae* ‖ *ὑπ᾽ Kroll*] *ἐπ᾽ M* ‖ *εἰσφέρουσι add. Zachariae, exciderunt forsitan plura, cf. e. g.* 785, 10. 790, 8 ‖ 4 *lacunam statuunt vulgo, quam ad exemplar loci* 782, 26 *sqq. explet Zachariae; sed potius εἰ μὴ solum corruptum est* (*sententiae aptum τὸ μέτρον*) ‖ 6 *ὀκτωμβρίου M* ‖ *στέλλειν καὶ παραδώσειν M, corr. Kroll* ‖ 7 *post τοῦτο commate falso interpungunt vulgo* (*unde ὥσπερ Zachariae*) ‖ 10 *αὐτοῖς Zachariae*] *αὐτῷ M* ‖ 13 *ὑπερβαίνοντας Zachariae* ‖ 14 *ἔσται Zachariae* ‖ 16 *ἀπαιτεῖσθαι Agylaeus*] *ἀπαιτῆσαι M, ἀποκαταστῆσαι Zachariae* ‖ 18 *αὐτῶν Zachariae* ‖ 20 *εἰσπράξουσι Zachariae* ‖ 21 *οὐδὲ Kroll*] *οὔτε M* ‖ 24 *ἢ Zachariae*] *εἰ M* ‖ 25 *ἐφ᾽ ᾧ Zachariae* ‖ *εἰσορητὸν M, corr. Zachariae* ‖ 27 *λάβοιεν M perperam*] *λαβεῖν οἱ Zachariae, an διαθεῖναι οἱ?* ‖ 29 *παρασχῶντα M*[a] ‖ 31 *δοίει M*

ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας θεοφιλέστατοι οἰκονόμοι τε καὶ ἔκδικοι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν θεραπεῦσαι τῷ δημοσίῳ ζημίαν, πρότερον μὲν οἴκοθεν καὶ ἐκ τῆς ἰδίας αὐτῶν ὑποστάσεως, εἰ δὲ ἀποροῖεν, καὶ τῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ δὲ τολμήσειαν παρὰ γνώμην τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου δοῦναί τινα λόγον, οὐ μόνον ἄκυρον παντελῶς ἔσται τὸ γενόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ζημίαν θεραπεύσουσι τῷ δημοσίῳ, πρὸς τῷ εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν παρὰ γνώμην τοῦ αὐτῶν ἐπισκόπου, πάντως αὐτοὺς καὶ ἀποκινεῖσθαι τῶν φροντισμάτων ὧν ἔχουσι καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκβάλλεσθαι. εἰ δὲ ἄρχων παρὰ τὰ διηγορευμένα δοίη τινὶ λόγον ὀφείλοντι δημόσια ταῖς τραπέζαις ταῖς σαῖς ἀφωρισμένα, ἢ οἱ τριβοῦνοι ἢ οἱ πρωτεύοντες [ὄντες] * * *

mus λόγον dederit, necesse habebunt dei amantissimi oeconomi et defensores ecclesiae sub eo constitutae damnum inde ortum fisco sarcire, primum quidem de suo et e propria ipsorum substantia, si vero inopes sint etiam e rebus sanctissimae ecclesiae. Sin autem ausi erunt praeter voluntatem dei amantissimi episcopi λόγον alicui dare, non solum quod factum est omnino irritum erit, sed etiam ipsi damnum fisco restituent; praeterquam quod si quid tale praeter voluntatem episcopi sui fecerint, omnino removebuntur ab officiis quibus funguntur et e sacerdotio eicientur. Sin autem iudex contra vetita λόγον cui dederit publica tuis mensis deputata debenti, sive tribuni sive principes * * *

3 *τολμήσεις M, corr. Zachariae (τολμήσαιεν Agylaeus)* ‖ *τινι Zachariae* ‖ 7 *ὄντες delevi. Post ὄντες dimidia pagina in M vacua; deinde sequitur: τέλοσ τῶν νεαρῶν ιουστϊ*nianū. *Excidit cum ceteris notitia de qua agitur* 781, 27. 783, 31 787, 17. 790, 2. 794, 11. 19 ‖ *Data est constitutio indictione aliqua secunda* (788, 10. 793, 1), *i. e. aut a.* 539 (*Zachariae olim*) *aut a.* 554 (*Zachariae nunc*). *Illud suadet quod Johanni lex missa esse dicitur* (780, 4), *hoc quod Strategius plus quindecim annis ante legem magistratum aliquem gessisse perhibetur, quem annis* 536 *et* 537 *comitem sacrarum largitionum fuisse accepimus* (*nov. XXII subscr. CV. CXXXVI inscr.*). *At comitem s. l. Strategium tum fuisse non dicitur p.* 788, 10; *quem praefecti potius Augustalis munus ante a.* 524 *gessisse putaverim* (*cf. Zeitschr. d. Sav. St.* XV 371). „*De Anastasianis temporibus tamquam dudum praeteritis*" *loqui Iustinianum* (788, 1) *non concedo*; *certe ex eius verbis colligi non potest triginta sex potius quam unum et viginti annis post Anastasii mortem legem latam esse. Quamobrem intra Sept. a.* 538 *et Aug. a.* 539 *constitutionem emissam esse iudico.*

II.

APPENDIX CONSTITUTIONUM DISPERSARUM.

I.

DE ADSCRIPTICIIS ET COLONIS.

Imp. Iustinianus Aug. Dominico praefecto.

⟨Praefatio.⟩ Adierunt nostram serenitatem Lugdunensium habitatores et hoc nos docuerunt: quia ante proposuimus legem, per quam iussimus adscripticios vel colonos commiscentes se liberis mulieribus procreare filios ad similitudinem liberorum, [et] ex hoc detrimentari fundos et eorum functiones, recedentibus agricolis velut ex utero libero procedentibus.

CAPUT I.

Et hoc corrigentes sancimus, secundum veterem legem de adscripticiis et colonis constitutis agricolis quod nascitur adscripticium et colonum fieri; sed si sola fuerit mulier libera constituta cum procreaverit filios, tunc ergo nullo modo patimur laedi ex hoc penitus liberum uterum, ut quae talis mulier tali viro sociata fuerit, neque adscripticio neque colono; in hoc tantummodo casu obtinente lege. Sancimus ergo generalem legem, ut qui ex adscripticio et colono natus est patris naturam sequatur. Sic ergo et indemnitas fisci collatoribus erit, parens carissime. Hoc ergo medentes praesentem dispositionem disposuimus, quam observare tuam celsitudinem sancimus in omnibus Illyricianis partibus, ut non exinde deminutio aliqua dominis inferatur.

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur gloria quae nobis visa sunt et per hanc legem divinam significantur effectui mancipare festinet, multa imminente decem librarum auri qui eam violaverit aut concesserit violandam. Dat. VII. id. April. CP. imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. anno XIV. Iustino ⟨vc.⟩ cons. [*a.* 540.]

II.

IUSSIO IUSTINIANI IMPERATORIS PRO PRIVILEGIO CONCILII BYZACENI.

Imperator Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Uuandalicus Africanus ⟨pius⟩ felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Daciano metropolitano Byzacii et omni concilio Byzaceno.

Restitutus et Heraclius reverendissimi viri omnium quodammodo vestri concilii sacerdotum non relationem tantum sed ipsam visi sunt adtulisse praesentiam; relucebat namque in eis puritas vestrae auctoritatis et vitae. Nec solum ecclesiasticis causis sed totius provinciae utilitatibus profuerunt, dicentes et

*App. I est in Iul.*ᵖ *(contulit Girard), eiusdem Utin. et Trivulz., praeterea in lege Romana canonice compta (cod. Paris.* 12448 [*l*] *contulit Krüger).*

App. II est in Iul. Utinensi (contulit Haenel), ed. Pithoeus p. 237 *codice usus ignoto.*

---

4 ascripticiis *Iul.*ᵖ (*sic semper*) de scriptitio et colono ex fine nouellae *l* ‖ 5 Dominico pp. Illyrici *coni. Miraeus* ‖ 6 adierunt *Kroll et Skutsch*] docuerunt *libri* ‖ ligdinensium *Iul.*ᵖ, ligdiniensium *l* ‖ 7 legem] *Cod.* 11, 48, 24 *cf. nov. CLXII c.* 2 ‖ commiscentibus *Iul.*ᵖ *l* ‖ mulieribus *om. l* ‖ 8 proquare *l* ‖ filios] liberos *l* ‖ et *del. Skutsch* ‖ 9 procedentes *Iul.*ᵖ ‖ 10 et hoc *l*] ex hoc *Iul.*ᵖ ‖ 11 quod nascitur *om. l* ‖ fierieri *l* ‖ 12 utque *Iul.*ᵖ *l* ‖ 13 adscriptio *l*ᵃ ‖ non fuerit *Zachariae* (*ὡς τῆς τοιαύτης γυναικὸς τοιούτῳ ἀνδρὶ συζευχθείσης*) ‖ 14 generali lege *coni. Zachariae* ‖ 15 fisci *Zachariae*] fisco *Iul.*ᵖ, a fisco et *l* ‖ hoc *Kroll*] in hoc *Iul.*ᵖ *l* ‖ posuimus *l* ‖ 16 quem *Iul.*ᵖ *l* ‖ diminutio *l* ‖ 18 et *om. l* ‖ significantem *Iul.*ᵖ *l*, *corr. Kroll* (significata *Miraeus*) ‖ 19 effectu *l* ‖ mulcta *l* ‖ imminentem *Iul.*ᵖ *l* ‖ 20 *subscr.* dat. sub id. (d. *l*) aprilis constantinopoli (-lim *l*) imp. dom. nn. (dn∗n. *l*) iustiniano aug. anno (an. *Iul.*ᵖ) iustino (austino *l*) consule *Iul.*ᵖ *l* ‖ 22 hic habetur iussio *Utin.* ‖ privilegio *Pith.*] priuilegia *Utin.* privilegiis *Zach.* ‖ 23 Uizaceni *Utin. Pith.* (*idem v.* 26) ‖ 24 gotticus *Utin. Pith.* ‖ 27 hereacleus *Utin.* ‖ quod ad modum *Utin.*, quod ad modo *Pith.*, *corr. Zachariae* ‖ 28 ipsam *Zachariae*] sua *Pith.* (*Utin.*) ‖ usi *Utin.* ‖ 29 et *post* dicentes *om. Pith.*

quibus iam beneficiis gaudeatis et quae a nostra sunt mansuetudine conferenda. Unde precibus eorum summa cum benignitate susceptis ad universa respondimus; et quantum apud nos eorum legatio valuit, ipsa testatur exhibitio praestitorum. Quaecumque igitur ad privilegia vestra vestrique concilii pertinent, iuxta veterem firmamus disciplinam. Orate igitur divinam misericordiam, ut et nos reipublicae et ipsam nobis servet incolumem, et quos a iugo subripuimus Vvandalorum, ultra florem felicitatis antiquae sicut volumus erigamus. Dat. prid. non. Octob. CP. imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. anno XV. [*a.* 541.]

III.

IUSSIO IUSTINIANI IMPERATORIS PRO PRIVILEGIO CONCILII BYZACENI.

Imperator Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus ⟨Alanicus⟩ Vvandalicus Africanus ⟨pius⟩ felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Daciano metropolitano Byzacii.

Semper nostrae serenitati cura fuit servandae vetustatis maxime disciplinae, quam nunquam contempsimus, nisi et in melius augeremus; praesertim quotiens de ecclesiasticis negotiis contingit quaestio, quae patrum constat regulis definita, immo adventu superni numinis inspirata, quia constat esse caelitus constituta quicquid apostolica decernit auctoritas. Hinc est quod in Africanis quoque conciliis illa volumus reservari, quae antiquitas statuit et sequentium oboedientia custodivit atque in nostrum usque saeculum intemerata perduxit. Nullus inter primates illud sibi privilegium vindicet quod accepisse non legitur, nullus adripiat quod habuisse iugiter non probatur; nec de rescriptis ad unius suggestionem promeritis aut de exemplis consuetudinem violantibus cuiuslibet sibi blandiatur ambitio. Illud pro lege servandum est, quod conciliis definitum servavit devota posteritas; nam quae quis in praeiudicium statutorum quibuslibet rebus usurpavit, corrigenda potius quam imitanda censemus. Si quid igitur metropolitano Karthaginis vel primatibus Numidiae vel Byzacii conciliorum auctoritas praestitit et inoffensa consuetudo servavit, hoc sibi quisque optet, hoc vindicet, hoc nostra speret sanctione firmari. Nos tutores tantum sumus vetustatis et vindices; nec deerit ecclesiastica vindicta vel nostra in eos, qui aut ambitiosa superbia aut subrepticiis postulationibus antiquitatem temerasse docebuntur, quoniam ad divinitatis tendit iniuriam, qui sanctorum patrum constituta contemnere ac violare non metuit, sancte ac religiosissime pater. Beatitudo itaque tua, quae per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, effectui mancipari observarique procuret. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Dat. IIII. kal. Novemb. imp. dn. Iustiniani anno XVI. [*a.* 542.]

IV.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗΔΕΝΑ ΜΗΤΕΥΕΣΘΑΙ ΕΠΙ ΙΔΙΩΤΙΚΑΙΣ Η ΔΗΜΟΣΙΑΙΣ ΠΡΟΦΑΣΕΣΙΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς .....

Τὸ στρατιωτικὸν ἡμῖν ἡ πολιτεία διὰ τοῦτο τρέφει ....

1 *Μηδεὶς τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν λογοθετῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν τὰ δημόσια πραττόντων μητευέτω οἶκόν τινος προφάσει δημοσίων ὀφλημάτων, ἀλλ' εἴπερ οἴεται τοὺς ὑπευθύνους ἔνδον τῶν οἴκων κρύπτεσθαι, δημοσίοις κεχρήσθω προσώποις πρὸς τὴν τούτων ἀναζήτησιν· καὶ εἴπερ εὕρεν αὐτούς, δημοσίᾳ παραγέτω καὶ τὴν εἴσπραξιν ποιείσθω μηδαμῶς τοῖς οἴκοις παρενοχλῶν. εἰ δὲ καὶ στρατιωτικῆς δεηθείη βοηθείας πρὸς τὴν ἐξάνυσιν τῶν δημοσίων, μὴ κεχρήσθω νεολέκτοις στρατιώταις πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς ἐν πράγμασι τετριμμένοις καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἐπισταμένοις καὶ τὴν εἴσπραξιν οὐκ ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ δημοσίᾳ ποιουμένοις μετὰ τῆς πρεπούσης καθοσιώσεως.*

App. III extat in Iul. Utinensi; ed. Pithoeus p. 237 *e codice ignoto.*
App. IV epitome extat apud Ath. 20, 5.

IV.

NE QUIS METETUR OB OCCASIONES PRIVATAS AUT PUBLICAS.

Idem imperator ...

Exercitum nobis res publica ideo alit ...

1 *Nemo magistratuum aut rationalium aut ceterorum qui publica tractant metato domum cuiusquam propter debita publica, sed si debitores intra domos abscondi existimat, publicis utatur personis ad eos indagandos; atque si eos invenit, publice producat et exactionem faciat nullo modo domos molestans. Si vero etiam militari indigeat auxilio ad publicorum exactionem, non utatur ad hoc militibus modo conscriptis, sed eis qui in rebus triti sint et rei publicae ordinem cognitum habeant et exactionem non in domibus, sed publice faciant cum debita devotione.*

4 iusta *Pith.* ‖ 5 Vandalicorum *Pith.* ‖ ultra *Zachariae*] ultro *Pith.* (*Utin.*) ‖ 8 idem alia iussio *Utin.* alia iussio *Pith.* ‖ privilegio *Pith.*] priuilegia *Utin.*, privilegiis *Zach.* ‖ 9 Vizaceni *Pith.* (*Utin.*) *idem v.* 11. 22 ‖ 10 Anticus] atthicus *Utin.* Alanicus *Pith.* ‖ 14 constant *coni. Skutsch* ‖ adventu (*vel* obventu) *Zach.*] abventu *Pith.* (*Utin.*) ‖ 15 constitutum *coni. Zach.* ‖ discernit *Utin.* ‖ 19 cuiuslibet *Kroll*] quibuslibet *Pith.* (*Utin.*) ‖ 20 posteritas *Zach.*] prosperitas *Pith.* (*Utin.*) ‖ 23 optet, sibi vindicet *Pith.* ‖ 27 observareque *Pith.* (*Utin.*), *corr. Kroll* (*at cf. bull. corr. hell. XVII* 504 *l.* 18) ‖ 29 XV *an* XVI *Utin. incertum* ‖ 34 τὸ] τὰ *cod.* ‖ ἡμὴν *cod.* ‖ 36 εἰ περὶ τόται *cod., corr. Zach.* ‖ 37 εὗρεν *Kroll*] εὗρον *cod.* ‖ 39 κεχρίσθω *cod.* ‖ 40 τετριμένοις *cod.*

2 *Καθόλου δὲ πᾶσι προαγορεύει ἡ διάταξις ἐπὶ προφάσεσιν ἰδιωτικαῖς στρατιώταις μὴ κεχρῆσθαι ἢ
τὴν οἱανοῦν δι' αὐτῶν ἐπαγαγεῖν μεθοδείαν τισίν· εἰδότων τῶν τοιοῦτό τι πράττειν ἐπιχει-
ρούντων, ὡς καὶ πάσης ἀγωγῆς, ἣν ἂν ὡς εἰκὸς ὁ νόμος αὐτοῖς ἐδίδου κατὰ τῶν εὐθυνομένων,*
3 *ἐκπεσοῦνται δι' αὐτὴν καὶ μόνην τὴν ἐγχείρησιν. Τοὺς δὲ ἀφοριζομένους στρατιώτας εἰς
ἐξάννσιν δημοσίων παρακελεύεται πάσης σπορτούλων ἀπέχεσθαι λήψεως καὶ μηδὲν καθόλου*
4 *παρά τινος λαμβάνειν, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις ἀρκεῖσθαι σιτήσεσιν. Τὴν δὲ τῶν εἰρημένων πάν-
των παραφυλακὴν τοῖς κατὰ τόπον ἐπισκόποις τε καὶ ἄρχουσιν ἐπιτρέπει.*

5 *Πρὸς τούτοις ἀπαγορεύει τοῖς ἄρχουσι καὶ παντὶ ἑτέρῳ οἰκόν τινος μὴ καταλύειν προφάσει τοῦ ἀνανεῆσαι κατὰ τοῦ δεσπότου τοῦ οἴκου, δίχα μέντοι καινοτομίας καθ' ἑτέρου γενομένης· τῷ τοῦτο πράξαντι τὴν κατὰ τὸ διπλάσιον ἔκτισιν τῆς ζημίας τῆς γενομένης τῷ δεσπότῃ τοῦ οἴκου καὶ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν ⟨ἐπιτιθεῖσα⟩ καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν· τούτων παραφυλαττομένων ὑπό τε τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν τὰ δημόσια πραττόντων. Ἐγράφη ....*

V.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΞΗΣ.

Χρὴ τὴν μέταξον τοὺς κομμερκιαρίους πρὸς τοὺς βαρβάρους πραγματεύεσθαι ιε' νομίσμασι τὴν λίτραν καὶ μεταπωλεῖν τοῖς μεταξαρίοις ἢ τοῖς ἄλλοις οὐ πλέον καθαρὰν δίχα σφηκώματος ἢ ἄλλης προσθήκης ἢ ῥύπου. Εἰ δέ τις πρὸς βαρβάρους μὴ ὢν κομμερκιάριος πραγματεύσηταί τι καὶ μέταξον ἐκεῖθεν ἀγάγῃ, δύναται αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι ὁ κομμερκιάριος, καὶ ὁ πραγματευσάμενος δημεύεται καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. Εἰ δὲ ὁ κομμερκιάριος ἢ ὁ μεταξάριος ὑπὲρ τὸ ῥηθὲν ποσὸν πωλήσῃ ἢ ἀγοράσῃ, ὁμοίως τιμωρεῖται.

Χρὴ δὲ τοὺς πραγματευτὰς τῶν τοιούτων ἐγγύας διδόναι τῇ πολιαρχίᾳ, ὡς οὐ πωλοῦσι κρύφα ἀλλὰ δημοσίᾳ πᾶσαν ἣν ἔχουσι πραγματείαν· ἐπεὶ τιμωροῦνται. Χρὴ δὲ κατὰ ταῦτα λογίζεσθαι τῷ δημοσίῳ τὴν τιμὴν παντὸς τοῦ ὁλοσηρίκου παρὰ τοῦ κόμητος τῶν λαργιτιόνων τοῦ διδομένου παρ' αὐτοῦ τῷ δημοσίῳ. Ὁ δὲ ἀγοράσας ὑπὲρ τὸ ταχθὲν ἀναγκαζόμενος δοῦναι προσαγγέλλει τῷ πράτῃ καὶ τὸ διπλοῦν ἀναπράττει· λοιπὸν γὰρ ὁ πράτης τὰ λεχθέντα πείσεται.

App. V. Epitomen servavit anon. cod. Bodl. 3399 *fol.* 58, *quam ed. Zachariae anecd.* 263 *adn.* 46 *et ed. nov. II* 293.

---

2 *Omnino autem omnes vetat constitutio ob occasiones privatas militibus uti aut ullum cuiquam
per eos dolum parare; scientibus qui tale aliquid facere conantur se etiam omni actione quam fere lex*
3 *eis dabat contra debitores privatum iri ob ipsum solum conatum. Milites autem ad exactionem publi-
corum delegatos iubet sportulis accipiendis omnino abstinere ac nihil omnino a quoquam accipere, sed*
4 *propriis contentos esse annonis. Eorum autem quae dicta sunt omnium custodiam et episcopis et
magistratibus locorum committit.*

5 *Praeterea vetat magistratus et ceteros omnes domum cuiusquam destruere nisi propterea, ut cum domus domino renovet* (?), *ita tamen ut novo opere alius non offendatur; ei qui hoc fecit damni domus domino illati per duplum restitutionem et poenam decem librarum auri imponens et imperatoris iram; his observandis et a magistratibus et ab iis qui publica tractant. Scripta est ...*

V.

DE METAXA.

Oportet metaxam commerciarios a barbaris emere quindecim solidis libram et rursus vendere metaxariis aut ceteris non pluris puram sine sphecomate aut alia appendice aut sordibus. Si quis autem qui non est commerciarius a barbaris emat quid metaxamque inde importet, potest eam auferre commerciarius et emptor bonis ademptis in perpetuum expellitur. Sin autem commerciarius aut metaxarius supra dictam quantitatem vendat ematve, similiter vindicatur.

Oportet autem talium negotiatores vades dare praefecturae urbis, se non clam sed publice vendere omnia quaecunque vendunt; puniuntur enim. Oportet autem secundum haec fisci rationibus inferri a comite largitionum omnis holoserici pretium quod ab eo fisco datur. Emptor autem qui supra statutum dare coactus est litem intendit venditori et duplum reposcit; tum enim venditor quae dicta sunt patietur.

---

1 *προφεύσεσιν* cod. ‖ 2 *μεθοδιὰν* cod. ‖ 3 *ἣν ἂν ὡς εἰκὸς Zach.*] *ἢ ἀνανεώσει κος cod.* ‖ 4 *ἐγχειρίσιν cod.* ‖ 5 *σπορτούλλων cod.* ‖ 6 *σητήσεσιν cod.* ‖ 9 *locus corruptus; ἀγανακτῆσαι Zach. cl. 'Enantiophane' in B I* 812 *Hb. ἀνερευνῆσαι Skutsch. Possis ⟨εἰ μὴ⟩ προφ τοῦ ἀνανεῶσαι μετὰ τ. δ.* ‖ *γενομένης Zach.*] *γενομένου cod. Cf. nov. CLXV* ‖ 11 *ἐπιτιθεῖσα supplevi, ἐπάγει vel ἐπάγουσα Heimbach* ‖ *ἀγανάκτισιν cod.* ‖ 12 *eodem fere tempore quo nov. CXVI datam esse putat Zachariae* ‖ 16 *σφικώματος Bodl.* ‖ 22 *an ἐπείτοιγε?* ‖ 23 *ὁλοσηρήκου Bodl.* ‖ *λαργητιόνων Bodl.* ‖ 25 *Inter annos* 540 *et* 547 *legem a Iustiniano latam esse probat Zachariae mém. de l'acad. de St. Pétersbourg VII* 9 (1865) *n.* 6.

VI.

⟨Imp.⟩ Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus ⟨Germanicus⟩ Anticus ⟨Alanicus⟩ Vvandalicus Africanus pius felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Paulo pp. Africae.

Peruidimus scribere tuae magnitudini, ut neminem de colonis qui temporibus Vvandalorum de possessione egressi sunt et inter liberos commorati sunt, iterum attrahi et ad colonatus condicionem iterum reduci; quia volumus eos sicut temporibus Vvandalorum erant, sic et modo sint. Insuper autem de cetero quicumque suam contempserint terram et ad alienam se ducere voluerint, eos restituere iubemus. Dat. VIII. id. Septembris Constantinopoli imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. ⟨anno XXVI.⟩ post cons. Fl. Basilii anno XI. indictione prima. [*a.* 552.]

VII.

1 Ut omnia firma sint, quae Amalasuinta vel Atalaricus vel Theodatus concesserunt. Pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romae ⟨episcopi⟩ quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur. Inprimis itaque iubemus, ut omnia quae Atalaricus vel Amalasuinta regia mater eius vel etiam Theodatus Romanis vel senatu poscente concesserunt, inviolabiliter conserventur. Sed et ea quae a nobis vel a piae memoriae Theodora Augusta quondam coniuge nostra conlata sunt, volumus illibata servari, nulla cuicumque danda licentia contra ea venire, quae a praedictis personis pro quibuscumque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur; excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita Marciani, ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliqua dimidia Maximo viro magnifico relicta; quas apud utrumque firmiter manere censemus.

2 Ut per Totilanem factae donationes omnes irritae sint. Si quid a Totilane tyranno factum vel donatum esse invenitur cuicumque Romano seu cuicumque alio, servari vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus, sed res ablatas ab huiusmodi detentatoribus antiquis dominis reformari praecipimus. Quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

3 Nemini noceat in captivitate degentium amissio instrumentorum. Licet enim generali lege prospectum est, ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcumque praeiudicium rerum possit inferre, tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, cum sciamus per diversas calamitates et hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Ne quam igitur ex hoc quicumque patiantur calumniam aut aliquod sustineant detrimentum, sancimus ut instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praeiudicium pro domino vel possessione ⟨vel⟩ pro credito dominis rerum vel possessoribus aut creditoribus, pro quibus instrumenta conscripta fuissent, inferre. Pragmatica dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [*a.* 554.]

4 Sed et si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem invasit vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato sine ulla dilatione iubemus restitui ipsi vel etiam heredibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus eius restituatur, ⟨ut⟩ legum auctoritas suggerit. Anno die et cons. ss.

5 Non praesumat quis alienum. Quia autem verisimile putamus diversos tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcumque gerentibus vel aliam a Totila commissam

App. VI extat in Iuliani codice Utinensi fol. 92r, *unde edidit Haenel Ber. d. Sächs. Ges.* 1852 *p.* 75 *et Iulian. p.* 225.

App. VII extat in Iuliani Parisino (*P*), *Mediolanensi Trivulziano* (*M*), *Utinensi* (*U*), *ex quibus post Miraeum et Pithoeum edidit Haenel Iulian. p.* 185.

2 Flavius] pius *cod.* ‖ gutticus *cod.* ‖ bandalicus affricanus *cod.* ‖ 3 triumfator *cod.* ‖ 4 ut *del. Zachariae* (= ὥστε) ‖ bandalorum *cod. m*1, v *ex* b *m*2 (*idem* 6) ‖ possessiones *cod.* ‖ 5 atrahi *cod.*, retrahi *coni. Zachariae* ‖ conditione *cod.* ‖ 6 redduci *cod. m*2 ‖ 7 contemserit *cod.* ‖ 8 imp. domnus iustinianus *cod.* ‖ *ō* csl fli basili anno XII indict ter prima *cod.*, *corr. Zachariae* ‖ 11 amalacuncta *P*, amalacynta *M*, malauncta *U* ‖ attalaricus *PM* ‖ teudatus *P*, teodatus *M* ‖ 12 petitionem *MU* ‖ vigili *PMU* ‖ episcopi *add. Miraeus* ‖ essent *U* ‖ 14 attalaricus *P*, athalaricus *M*, adalaricus *U* ‖ amalasuintha *P*, amalasiuntha *M* ‖ teodatus *P*, teudatus *M* ‖ senatui poscenti *coni. Zachariae* ‖ 15 concessa sunt *PMU*, *corr. Pithoeus* ‖ et *om. U* ‖ teodora *P* ‖ 16 coniugem nostram *U* ‖ illiuata *P* ‖ servare *PM* ‖ nullam *U* ‖ quicumque *U*1 ‖ data *MU* ‖ 17 eam *U* ‖ praedictas personas *PMU* ‖ vel *prius om. MU* ‖ 18 excepta] ex prioribus excepta *U* ‖ teodato *P* teudato *M* ‖ pro? ‖ abita *PM* ‖ 19 meminemus *M* ‖ reliquam *U* ‖ dimidiam *PU* ‖ 20 relicto *U* ‖ utriusque *P* ‖ censuimus *P* cessimus *U* ‖ 21 pro *P* ‖ factas *PMU* ‖ omnes *om. M* ‖ inritae *U* ‖ sunt *M* ‖ totilanem *P* ‖ 22 facto *P* ‖ invenitur esse *M* ‖ cuique alio *P*, alii *Beck* ‖ 23 nullum *PM* ‖ ablata *U* ‖ detentoribus *U* ‖ dominus *P* ‖ reformare *M* ‖ 24 eius *del. Skutsch* ‖ 26 degentium *Kroll*] gentium *PMU* ‖ enim] etiam *anonymus*, *malim* iam ‖ 27 generale leges profectum est *U*. *Cf. Cod.* 4. 21, 5. 10. 21 ‖ inscripta *U* ‖ 30 nequaquam *PMU*, *corr. Haenel* ‖ faciantur *P* patitur *M* paciatur *U* ‖ 31 sustineat *PMU* ‖ sanccimus *U* ‖ ut *om. U* ‖ nullus *P* ‖ 32 dominio *Skutsch* ‖ vel *add. Beck*, prove *Zachariae* ‖ 33 instrumento *P* ‖ fuisse *PM* ‖ pragmatum *PM*, pragmat. *U* ‖ CP.] const. *P* constant. *M* cons. *U* ‖ dn.] dom. nro. *P* domn. n. *M* domino nostro *U* ‖ iustiniano *PMU* ‖ pp.] pio pp. *PM* ‖ 34 pc. *om. M* ‖ basili *PM*, bilisari *U* ‖ uic. *PU* ‖ XIII. *M*] XIV *P*, XII *U* ‖ 35 absentes *U* ‖ capiti *U* ‖ 36 liberatos in ullam dilationem *U* ‖ iuuemus *P* ‖ 37 et *et* etiam heredibus eius *del. Zachariae* restitui *scribens cum Beckio*; *rectius* vel etiam heredibus eius *v.* 36 *deleveris* (*Skutsch*) ‖ ut *add. Zachariae* ‖ legis *P* ‖ 38 subgerit *M* ‖ consl. *P* consul. *M* consoles *U* ‖ 39 qui *PMU* ‖ uirisimile *MU* ‖ ponamus *P* potamus *M* ‖ diuerso *P* ‖ tyrannides *U* ‖ 40 permetuunt *PM* ‖ vel *om. M* ‖ quoque *et* alia *codd.* ‖ a tutela *P* at tutela *M* adutela *U* ‖ commissam] comissa uel *U*

actionem vel potentiam vel gratiam apud eum habentibus, sive venditione vel quibuscumque contracti titulis, modo vero quod factum est prius rescindi desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum, sancimus omnibus esse licentiam sui recipiendi sive vindicandi vel possessionis a iudice adipiscendae, pretiis tantummodo videlicet restitutis, quae tamen eo qui se dedisse perhibet adprobante veraciter constiterit exsoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta vel ab eo recepta; cum non absque ratione esse putamus, multa tunc temporis per metum vel violentiam facta esse, quae nostris temporibus rescindi exposcit iustitia; poena videlicet instrumentis inserta propter praedictas sanctiones modis omnibus quiescente. Dat. sub die anno et cons. ss.

6 De tempore póstliminii, id est post captivitatem. Cum autem deo propitio nostro imperio sint omnes restituti, sancimus pro nostrarum legum auctoritate triginta nec non et quadraginta annorum praescriptionem, alias insuper legibus * * * locum habere et suam tenere per omnia firmitatem, his dumtaxat temporibus, quae ab adventu tyrannorum bellica confusio comprehendit, nullatenus in praescriptionum curriculis imputandis. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [*a.* 554.]

7 Ut instrumenta inrita ⟨non⟩ revocentur. ⟨Cum autem⟩ cognovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obsideret, diversos contractus esse factos inter Romanos qui obsidebantur vel etiam instrumenta conscripta, in praesenti vero quosdam praedictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita revocare, sancimus, etsi postea per hostilem incursionem huiusmodi documenta perierunt, nullam esse licentiam quae facta sunt infirmandi, sed omnes contractus obsidionis tempore factos in sua firmitate durare, instrumentis etiam competentem vim habituris et nullo per eorum amissionem dominis praeiudicio generando. Quod enim rite perfectum est, per fortuitos belli casus subverti subtilitatis non patitur ratio. Dat. anno die et cons. ss.

8 De rebus mobilibus vel immobilibus. Res insuper mobiles vel immobiles seseque moventes, quas a Theodorici regis temporibus usque ad nefandissimi Totilae superventum quocumque iure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se vel usufructuarias vel alias personas, per quas unumquemque praecepit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine, quo per praedicta tempora easdem res possedisse noscuntur. Dat. anno die et indict. ss.

9 Pro immunitate tributorum. Ne autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur molestias quascumque provinciarum, sancimus nullius maioris dignitatis officia pro exigendis functionibus dirigi, sed per provinciarum iudices et eorum officia * * * quodcumque damnum collatores sustinere pro tributorum videantur exactione; licentia non deneganda maioribus iudicibus et eorum officiis, si minus inlatae fuerint functiones, ipsos iudices et eorum officia convenire, et quod minus est inlatum exigere, ut tam publicae rationes quam collatoris utilitas procuretur. Dat. anno die et cons. ss.

10 De confirmatione absolutionis tributorum. Ipsarum enim functionum solutionem per consueta loca vel tempora solemniter praecipimus fieri, nulla innovatione per hostilem adventum solutioni tributorum penitus inferenda, sed pro sua consuetudine vel nostrorum beneficiorum tenore sive ad arcam sive in provincia unumquemque solutionem in posterum etiam celebrare. Dat. anno die et cons. ss.

11 Ut leges imperatorum per provincias ipsorum dilatentur. Iura insuper vel leges codicibus nostris insertas, quas iam sub edictali programmate in Italiam dudum misimus, obtinere sancimus. Sed et eas, quas postea promulgavimus constitutiones, iubemus sub edictali propositione vulgari, ⟨et⟩ ex eo tempore, quo sub edictali programmate vulgatae fuerint, etiam per partes Italiae obtinere, ut una deo volente facta republica legum etiam nostrarum ubique prolatetur auctoritas. Dat. anno die et cons. ss.

12 De suffragio collatorum. Provinciarum etiam iudices ab episcopis et primatibus uniuscuiusque regionis idoneos eligendos et sufficientes ad locorum administrationem ex ipsis videlicet iubemus fieri provinciis, quas administraturi sunt, sine suffragio, solitis etiam codicillis per competentem iudicem eis praestandis ita videlicet, ut si aliquam collatoribus laesionem intulisse inveniantur aut supra statuta tributa

---

1 grauam *U* ‖ uenditiones *PU*] uinditionis sive donationis *M*, *corr. Pithoeus*, venditionis *Haenel* ‖ contractus *Zachariae* ‖ titulos *PM*, titulo *U* ‖ 2 uel *P*] aut *MU* ‖ tyrannicis *U* ‖ 3 possessiones *codd.* ‖ 4 praeciis *M* ‖ quae] qui *P* ‖ 5 aliqui *U* ‖ 6 potamus *M* ‖ temporis *Kroll*] tempore *libri* ‖ 7 iustitiam *U* ‖ *an* actiones? ‖ 8 et *om. U* ‖ 9 tempora *codd.* ‖ post liminum *P*, postliminium *M* ‖ est *om. P* ‖ captiuitate *P* ‖ dum *MU* ‖ nostri imperii *U* ‖ 10 auctoritatem *U* ‖ 11 perscriptionem *U* ‖ aliis *coni. Skutsch* ‖ cognitas *suppl. Zachariae*, *an* definitam? ‖ sua *U* ‖ 12 ad *PM* ‖ aduentum *MU* ‖ confusione *U* ‖ perscriptionem *U* ‖ 13 CP.] const. *PM*, cons. *U* ‖ dom. nn. iustiniano pp. *P*, domn. n. iustiniano pc. *M*, dom nostro iustiniano pc. *U* ‖ aug. *om. MU* ‖ anno XVIII. *U* ‖ 14 basili *PM*, basilium *U* ‖ vc. *om. U* ‖ 15 *rubr. om. M* ‖ non *add. Zachariae* (*Osenbrüggen*) ‖ cum autem *addidi* ‖ hostiles *MU* ‖ 16 obsiderit *M*, obsederet *U* ‖ contractos *M*, contractores *U* ‖ factus *P* ‖ obsedebantur *U* ‖ 17 contractos *U* ‖ 18 irrita *om. MU* ‖ pro *U* ‖ 19 ea firmandi *U ex corr.* ‖ omnis *M* ‖ contractos *U* ‖ factus *M* ‖ 20 habituri *P* ‖ et *U*] sed *PM* ‖ nullum — praeiudicium generandum *codd., corr. Zachariae* ‖ 21 enim] domini *P* ‖ fortuitu *U* ‖ belli casus subverti *Zachariae*] belli casus uerti *P*, bellica subuerti *M*, bellica subuertis *U* ‖ 22 et cons.] et consl. *PM*, consulibus *U* ‖ 23 *rubr. om. U*, de res mobiles uel immobiles *PM* ‖ 24 theuderici *U* ‖ tutele *P* ‖ 25 unusquisque *Zachariae. Mihi* praecepit *corruptum videtur* ‖ praecipit *U* ‖ 26 concussionem *U* ‖ quo] quod *codd.* ‖ 27 possedere *M* ‖ et indict.] in. đ *P* ‖ ssta *M* ‖ 28 exactiones *PM*, exactione *U* ‖ instituitu *U* ‖ 29 nullus *MU* ‖ 30 *excidit verbi causa* exactionem fieri, ne (*sim. Zachariae*) ‖ quocunque damno *U* ‖ 31 licentiam non denegandam *PU* ‖ officii *U* ‖ 32 et *prius om. U* ‖ exegere *M* ‖ ut tam *Osenbrüggen*] et tam *PU*, aetiam *M* ‖ 33 puplice *M* ‖ rationis *Haenel* ‖ conlatores *U* ‖ cons.] constit. *U* ‖ 34 absolutis *codd.*, ac solutione *Haenel* ‖ 35 nullam innouationem *U* ‖ aduentus *U* ‖ 36 inferendas *U* ‖ consuetudinem *U* ‖ beficiorum *M* ‖ aream *U* ‖ 37 provinciam *MU* ‖ die *om. P* ‖ consl. *PM*, constit. *U* ‖ 38 vel] et *U* ‖ 39 inserta *U* ‖ edicta libro grammate *M* ‖ italia *U* ‖ optinere *P* ‖ 40 edictale propos. *U* ‖ et *add. Pithoeus* ‖ 41 quas ubedictali *M* ‖ programma aeuolgatae *P* ‖ optinere *P* ‖ 42 re puplica *P* ‖ ibique *U* ‖ consl. *PM*, constitut. *U* ‖ ssto *M* ‖ 43 de suffra collatores *U* ‖ ab] ad *M* ‖ 45 solitis *Kroll*] litis *codd.* ‖ iudicis *om.* eis *U* ‖ 46 lesiones *U*

aliquid exegisse, vel in coëmptionibus mensuris enormibus aliisque praeiudiciis vel gravaminibus aut iniquis solidorum ponderibus possessores damnificasse, ex suis satisfaciant facultatibus. Quod etiam si quis de administratoribus aut actionariis de praeteritorum nefandorum tyrannorum tempore fecisse invenitur, ex suis facultatibus ei, a quo abstulit, restituere iubemus, cum nos indemnitatem subiectorum undique volumus procurari. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [*a.* 554.]

13 Ut proprietas unicuique restituatur. Cum autem cognovimus, inimicis deo propitio diversis expulsis provinciis quosdam greges invenientes ab illis relictas [et] suo eas vindicare dominio, licet ad alios antea pertinebant, sancimus causa discussa, quantum quidem ad eos pertinet, eis praestari. Si quid vero ab aliis agnoscitur, dominum sua recipere, quod vero ex certo domino non cognoscitur, inter illos distribui, qui per eandem provinciam greges amisisse inveniuntur, divisione pro rata portione scilicet facienda. Dat. anno die et cons. ss.

14 De eo, cui aliquid ablatum est, ut restituatur. Si qui etiam collatorum per occasionem tributorum exactionis vel cuiuslibet oneris praetextu aut alio inrationabili modo a quibusdam in auro vel in speciebus laesi esse noscuntur, hoc etiam competenter ei, cui ablatum est, iubemus sine ambiguitate restitui, ut undique provinciarum habitatores legitime sua recipiant et nostri temporis possint felicitatem sentire. Dat. anno die et cons. ss.

15 De servis, qui tyrannorum tempore liberas duxerunt uxores. Illud etiam praeteritis capitulis inserendum esse censuimus, ut, si qui per Gothicae ferocitatis nefandissima tempora servi constituti liberas uxores inveniantur duxisse, vel etiam liberis hominibus ancillae coniunctae, licentiam quidem liberae personae discedendi per praesentes nostros mereantur affatus, ancilla videlicet vel servo in dominorum suorum iura remeantibus, nullo praeiudicio dominis servorum vel ancillarum ex praeterito tempore generando. Si vero in posterum etiam coniugia tenenda esse putaverint, nullum praeiudicium circa libertatem propriam patiantur, filii vero maternam condicionem sequantur; quod etiam in illis, qui ex tali coniugio nati sunt, obtinere iubemus. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [*a.* 554.]

16 De servis vel colonis ab alio detentis. Servos etiam vel colonos, quos ab aliquo contigit detineri, suis restitui dominis una cum medii temporis prole iubemus. Dat. die anno et cons. ss.

17 De deo dicatis virginibus. Cum autem tyrannicae ferocitatis praesumptionem res etiam inlicitas quasi permissas egisse sine dubio sit, sancimus, ut si qui mulieres deo sacratas vel habitum religiosum habentes sibi coniunxisse inveniantur, nullam eas tenendi vel dotes forte conscriptas exigendi licentiam habeant, immo magis nolentes mulieres abstrahantur ac suis iterum monasteriis vel ecclesiis aut sancto proposito, cui dedicatae sunt, restituantur. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [*a.* 554.]

18 Ne per comparationes specierum collatores graventur. Ne vero per coëmptiones etiam quodcumque collatores detrimentum sustinere inveniantur, sancimus per unamquamque provinciam illarum fieri specierum coëmptionem, quae per eandem provinciam abundare noscuntur; neque enim eius, quod ibi non abunde nascitur, coëmptionem fieri patimur; pretiis videlicet pro specierum venalitate, quae tunc temporis in foro rerum venalium obtinere noscuntur, statuendis, ipsis tamen pretiis specierum unicuique collatorum in tributorum imputandis exactionem. Commerciis videlicet navium nullo modo prohibendis, ut et noster felicissimus exercitus possit nutriri et collatores aurarias functiones ex abundantium specierum commercio infundere valeant; distributione coëmptionis pro arbitrio tam locorum antistitis quam primatum uniuscuiusque <regionis> celebranda, ne collatores ex officiorum avaritia per quemcumque modum opprimi videantur. Dat. die anno et cons. ss.

19 De mensuris et ponderibus. Ut autem nulla fraudis vel laesionis provinciarum nascatur occasio, iubemus in illis mensuris vel ponderibus species vel pecunias dari vel suscipi, quae beatissimo papae vel amplissimo senatui nostra pietas in praesenti contradidit. Dat. die anno et cons. ss.

20 De mutatione solidorum id est monetae. Cum autem scimus, veterum Romanorum principum solidos per illa loca facile inveniri, comperimus autem negotiatores vel alios quosdam propter mutationem solidorum dispendium aliquod collatoribus nostris inferre, sancimus solidos Romanorum principum forma signatos sine permutationis dispendio per omnes provincias ambulare et per eos celebrari contractus;

---

1 uel inceptionibus *U*, quoemptionibus *P* ‖ inormibus *P*, inurmibus *M*, *om. U* (*cuius hinc non iam omnes affero lectiones*) ‖ aliis *om. M* ‖ 5 CP.] const. *MU*, *om. P* ‖ dn.] dom. nn. *P*(*M*?) dom̄ *U* ‖ iustiniano *codd.* ‖ Aug. *om. U* ‖ pc.] patrici. *M* ‖ basili *PM*, basilium *U* ‖ uic. *P* ‖ 7 et *del. Zachariae* ‖ 9 agnoscetur *P* ‖ ex certo *Zachariae* (a certo *R. Schneider*)] excepto *codd.* ‖ 10 rata scilicet portione *MU* ‖ 11 consule *PM*, constit. *U* ‖ 12 *totum c. XIV om. U* ‖ eo] eis *PM* ‖ qui] quis *PM* ‖ 13 exactiones *PM* ‖ aut] ut *P* ‖ 16 consl. *PM* ‖ 17 XIV *U et sic deinceps* ‖ 18 guthicae *M*, gutice *U* ‖ 20 affatus *anonymus in marg. Pith.*] affectus *PM*, afectu *U* ‖ 21 remeantibus *Osenbr.*] remanentibus *PM*, manentibus *U* ‖ 23 fili *P* ‖ tali *corruptum iudicat Zachariae. Discernitur inter eos qui nascentur et qui nati sunt* ‖ 24 optinere *P* ‖ idus *U* ‖ CP.] const. *PM*, cons. *U* ‖ dn.] dom. nn. *P*(*M*?) dom̄ *U* ‖ iustiniano *libri* ‖ pp.] pio pp. *libri* ‖ 25 basili *M*, basali *U* ‖ uic. *P* ‖ 26 seruos *MU* seruo *P* ‖ vel *PU*] et *M* ‖ colonos *et* detentos *libri* ‖ seruus *P* ‖ contegit *P* ‖ 27 unam *M* ‖ consl. *PM*, consul. *U* ‖ 28 dicatas uirgines *PMU* ‖ 29 si quis *P* ‖ 30 eas *Osenbr.*] eis *libri* ‖ exigendi — ac suis *om. P vulg.* ‖ 31 ac *M*] ad *U* ‖ 32 dat. subd. id. *M* ‖ CP.] const. *libri* ‖ dom. n̄r̄o (nn. *P*) iustiniano *libri* ‖ pp.] pio pp. *PM*, pio *U* ‖ 33 basili *PM*, basiliu *U* ‖ 34 pro *P* ‖ collatorum *libri* ‖ 35 unumquemque *P*, unamquemque *MU* ‖ 36 enim *om. MU* ‖ 37 habunde *M* ‖ non fieri *M* ‖ uenalitatem *PM* ‖ 38 optinere *P* ‖ 40 *an* arcarias? ‖ habundantium *P* ‖ 41 antistites *P*, antistetis *M* ‖ 42 regionis *addidi* (*cf.* 800, 44), civitatis *Zachariae* ‖ auatia *P* ‖ 43 consl. *PM*, constit. *U* ‖ 45 occansio *P* ‖ 46 cons. ss.] consl. sus. *P*, consl. ss. *M*, consti. ss. *U* ‖ 47 solitorum *M* ‖ monite *MU* ‖ principium *P*

eo qui dispendium aliquod pro mutatione solidorum inferre praesumpserit, pro unoquoque solido alterum tantum ei, cum quo contraxerit, inferente. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [*a.* 554.]

21 Ut pretio satisfaciat de quo tulit quis. Si quis etiam de rebus immobilibus ad alium pertinentibus aliquem ornatum vel materiam abstulisse inveniatur, modis omnibus restituere, vel si iam alicui iniuncta sint aedificio, pretio satisfacere coartetur, ut undique nostrarum legum conservetur auctoritas. Instrumenta etiam, quae ad alios pertinentia forte ab aliis detinentur, prioribus dominis iubemus restitui, ut omnes undique nostrarum legum adiutorio potiantur. Si vero instrumentum perisse inveniatur, cuius exemplar apud alterum invenitur, utpote duobus scriptis authenticis, prout in contractibus solitum est, ex eo, quod apud partem alteram invenitur, aliud conscribi iubemus et parti dari, cuius iam instrumenta perierunt, ut competentem possit habere cautelam. Sed et si quis instrumentum alienum sive ipse tollendo sive quocumque casu inveniendo malignitate vel incendit vel abscondit aut corrupit aut quocumque modo habere desierit, tunc quanti interest eius, ad cuius iura instrumenta pertinebunt, is qui dolum fecit satisfacere compellitur. Dat. die anno et cons. ss.

22 Ut annona ministretur medicis et diversis. Annonam etiam, quam et Theodoricus dare solitus erat et nos etiam Romanis indulsimus, in posterum etiam dari praecipimus, sicut etiam annonas, quae grammaticis ac oratoribus vel etiam medicis vel iurisperitis antea dari solitum erat, et in posterum suam professionem scilicet exercentibus erogari praecipimus, quatenus iuvenes liberalibus studiis eruditi per nostram rempublicam floreant. Dat. die anno et cons. ss.

23 Ut civiliter inter se causas audiant. Lites etiam inter duos procedentes Romanos vel ubi Romana persona pulsatur, per civiles iudices exerceri iubemus, cum talibus negotiis vel causis iudices militares immiscere se ordo non patitur. Dat. die anno et cons. ss.

24 Ut mutationes in suo statu stent. Rei publicae permutationes etiam vel comparationes sive competitiones cum publico factas usque ad adventum sceleratae memoriae Totilae in sua firmitate servamus, si tamen nulli aliquid alio possidenti competit. Dat. die anno et cons. ss.

25 Ut fabricae publicae serventur. Consuetudines etiam et privilegia Romanae civitatis vel publicarum fabricarum reparationi vel alveo Tiberino vel foro aut portui Romano sive reparationi formarum concessa servari praecipimus, ita videlicet, ut ex isdem tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerunt, praestentur. Dat. die anno et cons. ss.

26 Ut per negotiatores coëmptiones fiant. Super haec cognovimus, Calabriae vel Apuliae provinciae possessoribus pro coëmptionibus non inferendis superindicticium titulum impositum esse pro unaquaque millena; unde coëmptiones per negotiatores annis singulis exerceri, in praesenti vero negotiatoribus specierum coëmptiones recusare temptantibus tam superindicticium titulum quam coëmptionis onus provinciae possessoribus imminere; cum abunde mercatores sint, per quos possit exerceri coëmptio, sancimus magnitudine tua haec examinante, si possibile sit per negotiatores species comparatas inferri, collatores provinciae nullatenus praegravari, cum superindicticio titulo semel eis imposito coëmptionis etiam onus inferre sit impossibile. Dat. die anno et cons. ss.

27 Ut qui voluerint ad praesentiam imperatoris navigare, non impediantur. Viros etiam gloriosissimos ac magnificos senatores ad nostrum accedere comitatum volentes sine quocumque impedimento venire concedimus, nemine prohibendi eos habituro licentiam, ne senatoribus nostris vel collatoribus debitus introitus quodammodo videatur excludi. Sed etiam ad Italiae provinciam eundi eis et ibi quantum voluerint tempus commorandi pro reparandis possessionibus aperimus licentiam, cum dominis absentibus recreari possessiones aut competentem mereri culturam difficile sit.

Quae igitur per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare observarique procuret, poena decem librarum auri imminente contra temeratores nostrarum iussionum. Pragmatica dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. Narsi viro ill. praeposito sacri cubiculi, Antiocho viro magnifico praefecto per Italiam. [*a.* 554.]

---

